¶ Querit̄ autē in glo. ꝑmo quidē vtrū christus: ſm ꝙ homo sit filius dei. Et vr̄ ꝙ sic: q̄a hic est christus qui ꝑdestinatus est vt sit: sed ſm ꝙ hō est ꝑdestinatus vt sit: ſm ꝙ homo est filius dei. Et dicendū ꝙ si ly ſm ꝙ denotat vnitatē suppositi: verū est ꝙ ſm ꝙ homo est filius dei: q̄a vnū est suppositū dei ⁊ hois. Si autē designat ꝯditionē nature vel cāꝫ: falsū est: nō enī ex natura humana habet: vt sit fili⁹ dei. In argumēto autē est falsitas cōpositionis ⁊ diuisionis ex eo ꝙ ly ſm ꝙ pōt determinare participium predestinatus: ⁊ sic verū est: ꝙ ſm ꝙ homo est predestinatus: vel pōt determinare ipsum esse filiū dei: ad qđ ordinat̄ predestinatio: ⁊ sic falsum est. Non. n. predestinatus ē: vt ſm ꝙ homo sit filius dei: ⁊ in h̄ sensu procedit ratio.

Ly ſm ꝙ vnitatē suppositi vl̄ cōditionē nāe vel cāꝫ.

2m dubiū.

¶ Scđo querit̄ vtrū christus: ſm ꝙ homo sit persona. Et dicēdū ꝙ si ly ſm ꝙ. referat̄ ad ipsum suppositū hois est persona diuina. Si vo designet nature conditionē vel causam: sic christus ſm ꝙ homo nō est persona: quia humana natura nō causat nouā ꝑsonalitatē in christo. Adiungit̄ enī digniori in cuius personalitatē transit.

3m dubiū.

¶ Ite obiicitur de hoc qđ glo. dicit ꝙ qui suscepit: ⁊ qđ suscepit ē vna ꝑsona. Id aūt qđ suscepit filius dei est humana natura: ergo humana natura est persona. Et dicēdū est ꝙ hō locutiones sunt exponēde: vt sit sensus: ꝙ ille qui suscepit: ⁊ natura quā suscepit vniunt̄ i vna ꝑsona.

4m dubiū.

¶ Quarto querit̄ vtrū hoc sit verū: homo est assumptus a vbo: ⁊ videt̄ ꝙ sic. ſm illud ꝑs. 64. Beatus quē elegisti ⁊ assumpsisti. Et dicēdū est ꝙ cū hō supponat suppositū eternū non pōt ꝓprie dici ꝙ homo sit assumpt⁹ a verbo: non enī assumitur idē a seipso: sed exponēdum est sicubi inueniat̄ hō assumptus. i. humana nā.

Homo. i. humana natura assumpta ē a verbo.

5m dubiū.

¶ Quinto querit̄ vtrū hec sit vera. Iste hō semper fuit. Et dicēdū est hanc eē verā, ꝓpter hoc ꝙ homo supponit eternū suppositū. Unde Heb. vltimo dicit̄. Iesus christus heri ⁊ hodie ipse ⁊ in secula: non tamē cū reduplicatione est vera huiusmodi ꝓpositio. Nō enī ille homo ſm ꝙ homo est: semper fuit: sed ſm ꝙ est filius dei. Sic igitur patet de ꝑordinatione: ⁊ de virtute filij dei.

Homo vt filius dei semꝑ fuit.

¶ Restat tertiū. s. de signo qđ tangitur in eo qđ subditur. SECVNDVM spiritū ⁊c̄. Est enī propriū virtutis diuine per collationē spiritussancti sanctificare hoīes. Leu. 20 Ego dn̄s qui sanctifico vos. Ipse etiā spūm sanctū solus dare potest. ſꝫ illud Isa. 42. Hec dicit dn̄s de⁹ creans celos. Et īfra. Dans flatū populo qui est super terrā: ⁊ spūꝫ calcantibus eā. Ex hoc igit̄ apparet christū hēre virtutē diuinā: q̄a ipse dat spūꝫ sanctū. ſm illud Ioh. 15. Cū venerit paraclitus quē ego mittā. Etiā ēt virtute sanctificamur. ſm illud ꝑme Corin. 6. Sed sanctificati estis: sꝫ iusti-

ficati estis in nomine domini nostri Jesu christi ⁊ spi ritu dei nostri. Dicit ergo ꝙ Christus sit filius Dei in virtute apparet fm spiritum sanctificationis.i.fm ꝙ dat spiritum sanctificantē:que quidem sanctificatio incepit ex resurrectione mortuoꝝ Jesu christi domini nostri.i.ex mortuis.fm illud.7. Nondum erat spiritus datus:quia nondum Jesus fuerat glorificatus: qđ nō est sic intelligēdum ꝙ nullus ante Christi resurrectionem spiritū sanctificantē acceperit. Sed quia ex illo tempore quo Christus resurrexit incepit copiosius ⁊ cōmunius spiritus sanctificationis dari. ¶ Pōt etiam intelligi ꝙ hic designent̄ duo signa virtutis diuine in christo. Primum quidem ex hoc ꝙ dicit. fm spiritum sanctificationis siue intelligat̄ fm sanctificantē spūm sicut dictum est:siue intelligat̄ fm hoc ꝙ ipse per spiritum sanctū est in vtero virginali cōceptus:quod est signum virtutis diuine in ipso.fm illud Luce.1. Spiritus sanctus superueniet in te. Et postea seq̄t:ideoq; ⁊ qđ ex te nascet̄ sanctū:vocabit̄ filius dei. ¶ Scdm autem signum virtutis diuine est resuscitatio mortuoꝝ. fm illud Jo.5. Sicut pater suscitat mortuos:sic ⁊ filius. Est ergo sensus ꝙ apparet christum esse filium dei in virtute ex resurrectiōe mortuoꝝ:idest ex hoc ꝙ mortuos fecit secum resurgere. fm illud Mat.27. Multa corpora sanctoꝝ:qui dormierant surrexerūt: ⁊ tandē faciet omnes resurgere. fm illud Jo.5. Omnes qui in monumētis sunt audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Uel potest intelligi de spirituali resurrectione mortuoꝝ que est a peccatis. fm illud Ephe.5. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. Dicuntur aūt mortui Jesu christi.qui ab ipso resuscitant̄: sicut ⁊ infirmi alicuius medici a quo sanant̄. ¶ Possunt autē hec duo signa ad duas pcedentes clausulas referri ꝙ mōg factus est ei ex semine Dauid: ⁊ hoc fm spūm sanctificationis.ex qua.s.caro eius cōcepta ē:qui pdestinatus est filius dei in virtute: ⁊ hec appet i resurrectiōe mortuoꝝ ⁊c. Sed prima expositio est melior.

Duo sig^a virtutis diuine in christo.

Duo sig^a alr coniuncti.

¶ Per quem accepimus gratiā ac muneris apostolici functionē: vt obediatur fidei inter omnes gentes: super ipsius noie: quoꝝ de numero estis ⁊ vos: vocati Jesu chri. Oibus qui Rome estis dilectis dei: vocatis sanctis: i gra vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ dño Jesu christo.

1.Cor.1.
2.Cor.1.

¶ Per quem accepimus gratiam ⁊ apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius in quibus estis ⁊ vos vocati Jesu christi: omnibus qui sunt Rome dilectis dei vocatis sanct. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre ⁊ domino nostro Jesu christo. Lectio. IIII.

Postꝗ cōmendauit Christum ab origine ⁊ virtute: hic cōmendat ipsum ex liberalitate que ostenditur ex muneribus que fidelibus contulit. Ponitur autem duplex munus. Unum quidem cōmune omnibus fidelibus.s.gratia per quam reparamur: quam quidem a deo per chrm accepimus. Uñ dic. PER QVEM accepimus] oēs fideles GRATIAM.] Joā.1. Gratia ⁊ veritas per iesum christū facta est. Et hic infra Ro.5. Per quem accessum habemus in gratia ista in qua stamus. Conueniēs est enim: vt sicut per verbum dei omnia ista facta sunt: vt habetur Joan.1. Ita per ipsum sicut per artem omnipotētis dei omnia instaurarentur: sicut ⁊ artifex eadem arte reparat domum quam condidit. Col.1. Per eum placuit deo recōciliare omnia: siue que in celo: siue que in terra sunt. Aliud autem est munus spirituale collatum apostolis: quod tangit subdens. ET APOSTOLATVM] quod est precipuū inter ecclesiasticos gradus. pme Cori.12. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum quidem apostolos. Apostolus autē idem est qđ missus. Sunt enim a christo missi quasi eius auctoritatem: ⁊ vicem gerentes. Joā.20. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos: idest cum plenitudine auctoritatis. Unde ipse Christus apostolus nominat̄. Heb.3. Considerate apostolum: ⁊ pontificem Jesum christū. Unde ⁊ per ipsum tanꝗ principalem apostolum siue missum: alij sunt secūdario apostolatum consecuti. Luce.6. Elegit duodecim quos ⁊ apostolos nominauit. Premittit autem gratiam apostolatui. Tum quia nō ex meritis: sed ex gratia apostolatum sunt consecuti. prime Corin.15. Ego sum minimus apostoloꝝ: qui nō sum dignus vocari apostolus: gratia autē dei sum id quod sum. Tum etiam quia apostolatus digne haberi non potest: nisi prehabita gratia sanctificante. Ephe.4. Unicuiq; nostrum data est gratia ⁊c. Describit autem hunc apostolatum. Primo quidem ex vtilitate cum subdit. AD OBEDIENDVM FIDEI.] Quasi diceret ad hoc sumus missi: vt faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locum habet que voluntarie facere possumus: his autem que sunt fidei ex voluntate consentimus nō ex rationis necessitate cum sint supra rationē. Nullus enim credit nisi volens: vt dicit Augustinus. Et ideo circa fidem locum habet. Infra.6. Obedistis ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. De hoc fructu dicitur Joan.15. Posui vos vt eatis ⁊c. Secundo describitur ex amplitudine cum subditur. IN OMNIBVS GENTIBVS.] Quia non tantum in vna gente iudeorum: sed ad instructionē omnium gentium sunt directi. Math. vltimo. Euntes docete oēs gentes. Specialiter Paulus in omnes gentes apostolatum acceperat: vt ei competere possit: quod dicitur Jsa.49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitādum tribus Jacob ⁊ feces Jsrael dedi conuertendas te in lucem gentium. Tamen ab eius apostolatu exclusi nō erant iudei: presertim qui inter gentes habitabant. Infra.11. Quādiu quidem ego sum gentium apostolus ministerium meum honorabo: si quo modo ad emulandum prouocem carnem meā: ⁊ saluos faciam aliquos ex ipsis. Tertio ex plenitudine potestatis cum subdit. PRO NOMINE EIVS] idest vice ⁊ auctoritate ipsius. Sicut enim Christus in nomine patris venisse dicit̄. Joan.20. Quasi plenam patris auctoritatem habens: ita ⁊ apostoli in nomine Christi venisse dicunt̄: quasi in persona Christi. secūde Corinth.2. Nam ⁊ ego quod donaui: si quid donaui: propter vos in persona Chri. Uel per hoc describitur ex fine vt sit sensus: pro nomine eius dilatando non pro aliquo terreno fructu sibi querēdo. Actuū.9. Uas electionis est mihi iste vt portet nomen meum. Unde ad hoc fideles hortabatur. Col.3. dicens. Omnia in nomine Jesu christi agite. Quarto ex potestate super illos quibus scribebat que predicto apostolatui erant subiecti. Unde subdit. IN QVIBVS] idest inter quas gentes nostro apostolatui subiectas. ESTIS ⁊ vos] scz romani ꝗuis sublimes. Jsa.26. Ciuitatem sublimē humiliabit: conculcabit eam pes pauperis: scilz Christi. gressus egenorum.i.apostoloꝝ specialr Petri ⁊ Pauli.2. Cori.10.

Munus duplex.

Gratia prior apostolatu.

Usq3 ad vos peruenimus in euãgelio Chri. Subdit. VOCATI Jesu christi] idest a iesu christo. Sm illud Osee.1. Uocabo nõ populum meũ. Uel VOCATI] vt sitis iesu christi. Infra.8. Quos predestinauit hos & vocauit. Uel VOCATI Jesu christi] .i. dicti a Jesu christo christiani. Act.11. Ita vt cognominarent primũ antiochie discipuli christiani.

¶ Consequẽter describuntur persone salutate: & primo ex loco cum dicit. OMNIBVS qui sunt Rome.] Signanter omnibus scribit: quia omnium salutem cupiebat. prime Corinth.7. Uolo oẽs homines esse sicut meipsum. Act.23. dictum est ei. Oportet te & Rome testificari. Secundo describunt̃ psone salutate ex gratia. Circa qδ primo ponit̃ gratie origo qδ est dei dilectio. & ideo subdit. DILECTIS DEI. Deut.33. Dilexit populos omnes. sancti in manu illius sunt. pͤ Jo.4. Nõ quasi nos dilexerimus deum. s. prius: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dei enim dilectio non prouocat̃ ex bono creature sicut dilectio humana: sed magis ipsum bonum creature causat: quia diligere est bonum velle dilecto: voluntas autem dei est causa rerum. Sm illud ps. Omnia quecunq3 voluit fecit. Secũdo ponitur vocatio cum subdit. VOCATIS.] Que quidem est duplex. Una exterior sm quam vocauit Petrum & Andream. Matth.4. Alia est vocatio interior: que ẽ sm interiorem inspirationẽ. Prouer.1. Uocaui & rẽnuistis. Tertio ponit gratiam iustificationis cum dicit. SANCTIS.] Idest per gratiã: & sacramẽta gratie sanctificatis. prime Cori.6. Sed abluti estis: sed sanctificati estis: vt sitis dilecti a deo: vocatis ad hoc φ sitis sancti.

¶ Deinde ponuntur bona que eis optat quando dicit. GRATIA ET PAX. Quorum vnum scilicet gratia est primum inter dei dona: quia per eam iustificatur impius. Infra.3. Iustificati gratis per gratiã ipsius. Aliud aũt scilicet pax est vltimum quod in beatitudine perficitur. ps. Qui posuit fines tuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax quando voluntas requiescet in plenitudine omnis boni consequẽs immunitatẽ ab oĩ malo. Isa.32. Sedebit pplṡ me⁹ in pulchritudine pacis. Et sic p hec duo bona alia media intelliguntur. Ostendit etiam cõsequẽter vnde sint huiusmodi bona expectanda cum subdit. A DEO patre nostro.] Jaco.1. Omne datum optimum: & omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminum. ps.83. Gratiam & gloriã dabit dominus. Addit autẽ. ET DOMINO Jesu chro.] quia dicitur Jo.1. Gratia & veritas per Jesum christũ facta est. Ipse etiam dicit. Jo.14. Pacem meã do vobis. Qd autem dicit. DEO patre nostro] potest teneri essentialiter pro tota trinitate que dicitur pater: quia nomina importantia relationẽ ad creaturã cõmunia sunt toti trinitati: sicut creator & dominus. Addit autẽ. DOMINO Jesu christo.] Nõ φ sit alia persona a tribus: sed propter humanã naturam: per cuius mysteriũ ad nos dona gratiarum perueniunt. 2.Pe.1. Per quem

Alia expõ. maxima & preciosa nobis promissa donauit. ¶ Uel põt dici φ hoc qδ dicit. DEO patre nostro] tenet̃ pro psona patris que sm proprietatẽ dicitur pater Christi: sed sm appropriationem pater noster. Jo.20. Ascẽdo ad patrem meum & patrem vestrum. Tangitur autẽ psona filij cum dr̃. ET DOMINO Jesu christo.] Persona autem spiritus sancti non ponitur: quia intelligitur in donis eius: que sunt gratia & pax. ¶ Uel etiam quia intelligitur in duabus personis patris & filij: quarum est vnio & nexus.

Gala.1. ¶ Primum quidẽ gratias ago deo meo per Jesum christum: super omnibus vobis: qδ fides vestra annunciat̃ in toto mundo. Testis enim mihi est deus: quẽ colo spiritu meo: in euãgelio filij ipsi⁹ qδ indesinenter mentionẽ vestri faciam: semper in precibus meis orans: si quo modo tandem aliquãdo prosperum iter cõtingat: volente deo: vt veniam ad vos. Desidero enim videre vos: vt aliquod impartiar vobis donum spirituale: quo confirmemini: hoc est: vt cõmunem capiam consolationẽ in vobis: per mutuã fidem: vestrã simul & meam. Nolo aũt vos ignorare fratres: qδ sepe proposuerã venire ad vos: & prepeditus fuerim ad hunc vsq3 diem: quo fructũ aliquẽ haberem inter vos quoq3: quẽadmodum & inter reliquas gentes. Grecis simul & barbaris: eruditis pariter ac rudibus debitor sum: ita quãtum in me est: paratus sum vobis quoq3 qui Rome estis euãgelizare. Non.n. me pudet euãgelij Christi. Ephe.1. 2.Timo.1.

¶ Primum quidem gratias ago deo meo per Jesum christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu in euangelio filij eius: φ sine intermissione memoriam vestri facio semp in orationibus meis: obsecrans si quo mõ tandem aliquãdo prosperum iter habeam in voluntate dei veniẽdi ad vos. Desidero enim videre vos: vt aliquid impartiar vobis gratie spiritualis ad confirmandos vos: idest simul consolari in vobis per eã que inuicem est fidem vestram atq3 meã. Nolo autem vos ignorare fratres: qa sepe proposui venire ad vos: & phibitus sum vsq3 adhuc: vt aliquem fructũ habeam in vobis: sicut & in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris: sapientibus & insipientib⁹ debitor sum: itaq3 qδ in me promptum est & vobis qui Rome estis euangelizare. Non enim erubesco euangeliũ. Lec. V.

Premissa salutatiõe: hic Apostolus epistolarem tractatũ incipit. In quo primo ostẽdit affectũ suum ad eos quibus scribebat: vt reddat auditores beniuolos. Scdo instruit eos de veritate q̃ ptinet ad vtutẽ gratie chri ibi. VIRTVS enim dei est.] Ostendit aũt affectũ ad eos tripl'r. Primo quidem ex gratiarum actiõe qua de eorum bonis gratias agit. Scdo ex oratione quã pro eis ad deum fundit ibi. TESTIS enim est mihi deus.] Tertio ex desiderio visitationis eorum ibi. OBSECRANS si quomodo.] Circa primum tria oportet cõsiderare. Primo quidem gratiarum actionis ordinem: quia dicit. PRIMVM quidem gratias ago deo meo.] Necesse est enim vt in omnibus gratiarum actionem premittamus: sm' illud.2. Thes. vlt. In oĩbus gratias agite. Non enim est dignus bñficiũ ɔsequi qui de acceptis beneficijs grãs non agit. Sap.16. Ingrati spes tanq̃ hybernalis glacies tabescet. & Eccl.

Ad locū vnde exeunt flumina reuertunt̄: q̄a ad ꝓnci-
pium vnde ꝓueniunt beneficia reuertunt̄. s. per gr̄az
actiones vt iterū fluant. s. per iteratā beneficioꝝ exhi-
bitionē. In oībus aūt que petimus vl̄ agimus diuino
beneficio indigemus: ⁊ ideo ante oīa deb; gr̄az actio
ꝓmitti. Scd̄o designat ꝑsonas tres: quaꝝ vna est ꝑso-
na cui fit gr̄aꝝ actio: quā designat dicēs. DEO MEO]
s; cui debet̄ gratiaꝝ actio de oībus bonis: quia ab eo
fluunt. Jaco. 1. Omne datum optimū ⁊ omne donum
perfectū desursum est ⁊c̄. Et q̄uis sit deus oīum per
creationē ⁊ gubernationē. s; illud Infra. 4. Domin⁹
oīuz: specialr̄ tamē dr̄ esse deus iustoꝝ tripl̄r. Primo
q̄dez s̄m spālem curaz quā de eis gerit. ps. Oculi dn̄i
sup̄ iustos. Et alibi dicit. Dn̄s illuminatio mea. Scd̄o
per spālem cultum. Exo. 15. Iste deus meus ⁊ glorifi-
cabo eū. Tertio quia coꝝ premiū. Gen. 15. Ego dn̄s
merces tua magna nimis. ¶ Scd̄a ꝑsona est media-
toris quā tangit dicēs. PER iesum christum.] Eodem
enim ordine debet gratiaruz actio in deum recurrere
quo gratie a deo in nos deueniunt: qd̄ quidem est per
Jesum chr̄m. Infra. 5. Per quē accessum habem⁹ per
fidez in gratia qua stamus. ¶ Tertia est ꝑsona illoꝝ
pro q̄bus gr̄as agit: quā designat subdēs. PRO oībus
vobis] q̄a scil; coꝝ gratias quasi suas reputat ꝓpter
vinculū charitatis. 3. Jo. 1. Maiorē hoꝝ non habeo
gratiaz q̄ vt audiam ⁊c̄. Signanter autez dicit. PRO
oibus vobis] q̄a scil; oībus placere desiderat. prime
Corin. 10. Sicut ⁊ ego per oīa omnib⁹ placeo. Et oīuz
salutez cupit. s̄m illud ꝑme Corin. 7. Volo oēs hoīes
esse sicut meipsum. Tertio ponit materiaz gratiarum
actionis: cū subdit. QVIA fides vestra annunciat̄ in
vniuerso mundo] q: agit q̄dē gratias de fide eo q̄ est
bonoꝝ oīuz spūalium fundamētū. Heb. 11. Est autē
fides sperandaꝝ substātia reruz. Cōmēdant̄ autē ro-
mani de fide: q̄a fidem de facili susceperāt ⁊ in eadez
firmiter ꝑmanebāt. Unde ⁊ vsq; hodie apud eos plu-
rima fidei signa ostēdunt̄ i visitatiōe sanctoꝝ locoꝝ:
vt Hieronymus dicit sup̄ epistolaz ad Gal. Nonduz
tn̄ ꝑfectā fidem habebant: q̄a aliqui coꝝ preuēti erāt
a pseudo apostolis: vt crederent legis cerimonias euā-
gelio iungēdas. Gaudet aūt ⁊ gratias agit de coꝝ fide
nō solum ꝓpter eos: s; ꝓpter vtilitatē inde ꝯtingentem: q̄a
scil; coꝝ exēplo qui erāt dn̄i gentiū alie gētes ꝓuoca-
bant̄ ad fidez: q̄a vt dicit Glo. prompte facit inferior
qd̄ videt fieri a supiori: ꝓpter qd̄ āmonent̄ prelati: vt
fiant forma gregis ex animo. 1. Pe. vltimo.

¶ Consequēter cū dicit. TESTIS enim ⁊c̄.] Ostendit
affectū suū ad eos ex oīone quā pro eis fundit. Et q̄a
orationis negocium in secreto agit̄ corā deo. s̄m illud
Mat. 6. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū tuū ⁊
clauso hostio ora patrē tuū: dei testimonio probat se
pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Scd̄o ma-
nifestat supra: qd̄ testimoniū inducat q̄ sine itermis-
sione. Testem aūt inducit cū dicit. TESTIS est mihi
deus] sub cuius testimonio oīa agunt̄. Je. 29. Ego sum
iudex ⁊ testis. Et vt iustū testem nō frustra inuocare
ostēdat: ponit ꝯiter q̄uō sit ei ꝯiunct⁹. Primo quidez
quātū ad seruitium cū dicit. CVI seruio]. s. per latrie
cultū. Deu. 6. Dn̄m deuz tuū adorabis ⁊ illi soli s̄uies.
Scd̄o quātū ad modū seruiēdi cū dicit. IN spiritu
meo]. q. d. nō solū in exteriori seruitio corporali: sed
ꝑcipue interius. s̄m spūm Jo. 4. Spūs est deus ⁊ eos
qui adorant eū in spiritu ⁊ veritate adorare op;. Uel
IN spiritu]. i. in spūalib⁹ obseruātijs nō i carnalibus:
sicut iudei. Phil. 3. Nos sumus circumcisio: qui spiritu
dei seruim⁹ deo. Tertio q̄tū ad officiū in quo seruit. s.
IN euāgelio filij eius.] s̄m illud supra eodē. Segrega-
tus in euāgelium. Qd̄ q̄dē est filij dei tripl̄r. Uno mō
q̄a est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudiū ma-
gnū. Alio mō q̄a est ab ipso ꝑdicatū ex ꝓprio officio.
Luc. 4. Quia ⁊ alijs ciuitatib⁹ op; me euāgelizare re-
gnum dei: q̄a ideo missus sum. Tertio q̄a est ab eo in-
iunctū. Mar. vlti⁹. Predicate euāgelium oī creature.
¶ Sed s̄m Aug. cū idē sit testis est mihi de⁹: qd̄ iuro
ꝑ deū: vr̄ Apl̄s facere ꝯ id qd̄ dn̄s dicit. Mat. 5. Ego
dico vobis nō iurare oīno. Jac. vltimo. Ante oīa autez
fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. libro ꝯ
manicheos. Intellus sacre scripture ex actib⁹ sanctoꝝ
intelligit̄. Idez. n. spūs quo sacre scripture sunt edite.
s̄m illud. 2. Pe. 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt
sancti dei hoīes: sanctos viros ad operādum inducit.
Infra. 8. Qui spiritu dei agunt̄ hi sunt filij dei. Ex h
ergo q̄ Paulus iurasse inuenit̄ ostēdit̄ vbum dn̄i ⁊
apostoli Jacobi nō sic eē intelligēdū quasi iuramētū
sit oīno illicitū: s; q̄a ad h homo niti d; vt q̄tū ex ipo
est iuramēto nō vtat̄ tanq̄; quodaz bono ⁊ ꝑ se appe-
tibili. Tum ꝑꝑ periculum qd̄ iminet ex frequēti iura-
tione: ne hō labatur in piuriū ꝑꝑ labilitatē humane
lingue. s̄m illd̄ Ecc. 23. Jurationi nō assuescat os tuū:
mā; multi ⁊c̄. Tū; ēt q̄a cōtra reuerētiā dei facere vr̄:
qui ipsū absq; necc̄ia cā testem inducit. Un̄ Eccl. 23.
Nolatio dei non sit assidua in ore tuo. Un̄ nec Apl̄us
iurasse inuenit̄: nisi scribēdo: q̄n hō cū maiori delibe-
ratione ⁊ cautela loquit̄. ¶ Est aūt q̄nq; necessarium
iuramētū: vt fides vbo dicētis adhibeatur: qd̄ q̄nq;
vtile ē etiaz ei qui audit. Et sic Apostolus iurat ꝓpter
vtilitatē auditoꝝ q̄bus erat vtile. vt ei crederēt quasi
non querēs: qd̄ sibi vtile est: s; multis vt salui fierent.
Un̄ qd̄ dn̄s dicit. Mat. 5. Qd̄ ampli⁹ est. s. q̄; simplex
vbuz a malo est: non ē intelligēdum a malo eius qui
iurat: sed eius qui exigit iuramētum: non q̄dē a malo
culpe: nisi in casu q̄n existimat q̄s eū a quo exigit iura-
mētum eē falsum iuraturū: tunc enim est graue pctm̄:
vt dicit Augu. Sed intelligit eē a malo pene. s. ignorā-
tie qua nescimus an sit veruz qd̄ dr̄ nobis. ¶ Est autē
duplex modus iurandi. Unus quidez ꝑ simplicē atte-
stationē: sicut cum dr̄ ꝑ deū: vel testis est mihi deus: ⁊
hoc modo Apostolus iurat hic. Alius aūt per creatio-
nem: quādo scil; aliquis implorat diuinū testimoniū
s̄m aliquā penam sibi infligēdam si mentit̄. s̄m illud
ps. 7. Si reddidi retribuētibus mihi mala ⁊c̄. Et hoc
etiam modo Apostolus iurat. 2ᵉ Corinth. p̄. Testem
deum inuoco in animam meam.

¶ Consequēter ponit id supra qd̄ eum testem inuocat
dicens q̄ MEMORIAM vestri facio semper in ora-
tionibus meis] que sunt sine intermissione: scil; quia
semp̄ in orationib⁹ suis pro eis orabat ꝓpter vtilitatē
cōem que ex eaꝝ cōuersione ꝓueniebat. 1. Regū. 12.
Absit h peccatū a me in dn̄o vt cessem orare pro vo-
bis. Qd̄ autez dicit. MEMORIAM vestri facio] dupl̄r
pōt itelligi. Uno modo sic. Memoriaz vestri habeo.
s̄m illud ps. 21. Adhereat lingua mea faucibus meis
si nō meminero tui. Alio mō memoriaz vestri facio. s.
corā deo qui respicit orationes humiliū. Et sic dū san-
cti pro aliq̄b⁹ orant: quodāmodo diuino aspectui ꝓpo-
nunt̄: sic̄ ⁊ cetera sctoꝝ scā. Un̄ tertij Regū. 17. Dixit
mulier ad Heliā. Ingressus es ad me: vt rememorent̄
iniq̄tates mee. Quasi illud sit in memoria ⁊ in oculis
dei qd̄ ꝯ iustos agit̄. Qd̄ aūt dicit oīones sine intermis-
sione se hic: congruit ei qd̄ dicit. 1. Tes. vltimo. Sine

Margin notes: De⁹ ē iustoꝝ tripl̄r. — Romani cō-mendant̄ de fide. — Euangelium est filij dei tripliciter. — Quid significat testis ē mihi deus. — Iuramentum ē necessariū. — Duplex modus iurādi.

intermissione orate. Et Luc. 18. Oportet semper orare et nunquam deficere. Que quidem possunt intelligi tribus modis. Uno modo quantum ad ipsum actum orandi: et sic semper vel sine intermissione orat qui statutis temporibus et horis orat. Act. 3. Petrus et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo quantum ad finem orationis qui est ut intellectus noster ascendat in deum. Et sic tamdiu homo orat quamdiu agit corde ore vel opere: ut in deum tendat. Et sic semper orat qui totam vitam suam in deum ordinat. i. Cori. 10. Siue manducatis siue bibitis etc. Tertio quantum ad causam. Dum enim aliquis agit unde alii pro eo orent ipse orare videtur: ut patet in his qui dant elemosynas pauperibus qui pro eis orant. Eccl. 29. Conclude elemosynam in sinu pauperis etc. Sic ergo continuanda est littera. GRATIAS ago pro vobis quia bona vestra reputo quasi mea: quod patet ex hoc quod pro vobis oro sicut pro meipso.

Semper orare triplr.

¶ Deinde cum dicit. [OBSECRANS etc.] Probat affectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desiderium. Secundo propositum exequendi ibi. [NOLO autem vos ignorare etc.] Circa primum duo facit. Primo ponit desiderii signum. Secundo desiderii causam ibi. [DESIDERO enim.] Signum autem desiderii est oratio quam faciebat. Ex hoc autem signum ostenditur desiderium hoc: primo quidem intensum per hoc quod dicit. OBSECRANS quasi ob sacra contestans sicut pro aliquo magno: quod mea merita excedit. Prouerb. 18. Cum obsecrationibus loquetur pauper et diues effabitur rigide. Quod autem intense desideratur magnum desiderari videtur. Secundo ostenditur esse anxium cum dicit. SI QUO modo. que enim anxie aliquis desiderat querit adipisci quocunque modo siue facili siue laborioso. Phil. 1. Quid enim dum omni modo predicetur siue per occasionem siue per veritatem christus annunciatur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Tertio ostenditur esse diuturnum in hoc quod dicit. TANDEM aliquando. i. post longa desideria. Justi enim non ad horam: sed perseueranter afficiuntur. Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Quarto ostenditur esse rectum ex hoc quod est diuine voluntati conforme. Unde subdit. PROSPERUM iter habeam. id est hoc IN voluntate dei. i. secundum voluntatem eius: sed quam solam aliquid reputo prosperum: sicut dominus dicit. Mat. 26. Non mea voluntas: sed tua fiat.

¶ Deinde cum dicit. [DESIDERO enim etc.] Ostendit desiderii causam que quidem est duplex. Una utilitas eorum qui erant visitandi. Unde dicit. DESIDERO enim videre vos. Phil. 1. Cupio omnes vos esse in visceribus christi. Et hoc non in vanum: sicut est in amicitia seculari. SED UT impartiar id est tradam vobis ALIQUID gratie spiritualis: non tanquam auctor gratie: sed sicut minister. i. Cor. 4. Sic nos existimet homo: ut ministros christi: et hoc ad confirmandos vos. i. in fide quam suscepistis. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Impartitur autem gratiam minister multipliciter. Cum per administrationem sanctorum gratie. i. Pe. 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes etc. Cum per exhortationem sermonum. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem fidei ut det gratiam audientibus. Secunda causa est mutua consolatio que consideratur in conuictu amicorum. Unde subdit. IDEST consolari in vobis. hoc est me videre vos et impartiri gratiam et me simul consolari cum vobis. PER EAM que inuicem est fidem vestram atque meam. Ad mutuam enim consolationem redit si vnanimes in fide reddamur. ii. Cori. 7. Qui consolatur humiles consolatus est nos deus in aduentu Titi non solum etc.

Que impartit multiplr.

¶ Deinde cum dicit. [NOLO autem vos ignorare] ne videatur esse vanum desiderium subdit propositum prosequendi. Et primo ponit propositum. Secundo causam propositi ibi. [UT aliquem fructum.] Tertio concludit propositi promptitudinem ibi. [ITA quod in me.] Circa primum duo facit. Primo ponit propositum. Secundo impedimentum ibi. [ET prohibitus sum etc.] ¶ Dicit ergo primo. Non solum desidero vos videre: sed etiam proposui ad hoc operam dare: et hoc. NOLO vos fratres ignorare: quia sepe proposui venire ad vos ut dilectionem meam ostenderem non solum verbo et lingua: sed etiam opere et veritate: ut dicitur. i. Jo. 3. Secundo tangit obstaculum impediens eum ab isto proposito exequendo dicens. PROHIBITUS sum usque adhuc id est hoc vel a diabolo qui nititur impedire predicationem ex qua prouenit salus hominum. Prouer. 25. Uentus aquilo dissipat pluuias. i. doctrinas predicatorum. Uel etiam ab ipso secundum cuius nutum dispensantur itinera et verba. Job. 37. Nubes. i. predicatores spargunt lumen suum que lustrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit. Unde et Act. 16. dicitur. Transeuntes autem frigiam et galathie regionem vetati sunt a spiritu sancto loqui. Et iterum. Tentabant ire in bithiniam: et non permisit eos spiritus Jesu. Utrumque autem horum vult Apostolus eos non ignorare propter eorum utilitatem: ut. s. cognoscentes affectum Apostoli deuotius eius verba susciperent: et impedimentum visitationis eius imputent sue culpe: et sic corrigantur. Nam in penam culpe dicitur Isa. 5. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.

¶ Deinde ponit causam duplicem propositi. quarum prima est utilitas. Unde dicit. UT ALIQUEM fructum habeam in vobis: sicut in ceteris gentibus quibus. s. predicaui: quod potest dupliciter intelligi. Uno modo quasi dicat: ut faciam aliquem fructum in vobis per meam predicationem. Jo. 15. Ut eatis et fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum conuersione ei fructus accrescat secundum illud. Jo. 4. Qui metit mercedem accipit et fructum congregat in vitam eternam. Alia autem causa est debitum quod sibi iminebat ex suscepto officio. i. Cori. 9. Si non euangelizauero ve mihi est etc. Et quia vniuersarum gentium apostolatum susceperat omnibus se asserit debitorem. secundum illud. i. Cori. 9. Cum essem liber ex omnibus: omnium me seruum feci. Et ideo duplicem diuersitatem ponit. Unam quidem secundum genus cum dicit. GRECIS ac barbaris. Dicitur autem aliquis barbarus dupliciter. Uno modo secundum quid: qui. s. est extraneus quo ad aliquem. secundum illud. i. Cori. 14. Si ergo nesciero virtutem vocis ero ei cui loquar barbarus. Alio modo simpliciter qui. s. est extraneus a communitate hominum inquantum ratione non regitur. Unde proprie barbari dicuntur qui ratione non reguntur: sicut quod dictum est secundo Macha. 15. Ne ita ferociter ac barbare feceris. i. inhumane: et quia greci fuerunt primi legum inuentores: omnes gentiles qui humanis legibus reguntur nominat grecos. De iudeis autem qui diuinis legibus regebantur mentionem non facit: quia non erat institutus Apostolus iudeorum: sed gentilium. Gal. 2. Ita ut illi in circuncisione: nos autem in gentibus. ¶ Ex utraque autem causa concludit promptitudinem voluntatis: cum subdit. ITAQUE quod in me. i. quantum ad me pertinet dummodo aliunde non impediar. PROMPTUM est: et vobis qui rome estis euangelizare. Exo. 35. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentum promptitudinis. scilicet erubescentiam propter quam multi ea pretermittunt que alias facerent promptius: et hoc est quod subdit. NON enim erubesco euangelium: quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur: propter id quod dicit i. Cor. 1. Nos autem predicamus christum crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam. Non est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur. Ipsis autem vocatis iudeis atque gentibus christum dei virtutem et dei sapientiam. Unde dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me et meos sermones: hunc filius hominis erubescet. Et inde est quod baptizati liniuntur crismate in fronte signo crucis ubi est sedes verecundie: ne scilicet euangelium erubescant.

Dupliciter per predicationem. Per conuersionem.

Barbarus duplr.

¶ Potentia siquidem est dei: ad salutẽ omni credẽti: iudeo primũ simul et greco. Justitia enim dei ꝑ illud patefit ex fide in fidem: sicuti scriptum est. Justus autem ex fide victurus est. Palam fit enim ira dei de celo aduersus omnẽ impietatẽ et iniustitiam hominum: qui veritatem in iniustitia detinent: propterea quod id quod de deo cognosci potest: manifestum est in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidem que sunt inuisibilia illius: ex creatione mundi: dum per opera intelliguntur: peruidentur: ipsaque eterna eius potẽtia ac diuinitas.

Abac. 2. Gala. 3. Hebre. 10. Roma. 10.

¶ Uirtus enim dei est in salutem omni credenti: iudeo primum et greco. Justitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. Justus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent: quia quod notum est dei: manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi ꝑ ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus et diuinitas. Lec. VI.

Postquam Apostolus romanos fideles quibus scribebat sibi beniuolos reddidit ostẽdendo affectum suum ad eos: hic incipit instruere eos de his que pertinẽt ad euãgelicã doctrinã in quã se segregatum predixerat. Et primo ostẽdit virtutẽ euãgelice gratie. Secundo exhortatur ad executionẽ operum huius gratie. 12. caplo ibi. [OBSECRO itaque.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intẽdit. Secũdo manifestat propositum ibi. [REVELATVR enim.] Circa primum tria facit. Primo proponit virtutem euangelice gratie. Secundo exponit ibi. [IVSTITIA enim.] Tertio expõnem confirmat ibi. [SICVT scriptum est]. ¶ Dicit ergo primo. Ideo euãgelium nõ erubesco: quia quantũ ut dicitur prime Corinth. primo. Uerbum crucis pereuntibus quidem stultitia sit: nobis tamen virtus dei est. VIRTVS dei est.] quod potest intelligi. Uno modo quia virtus dei in euãgelio manifestatur: secundum illud ps. 90. Uirtutẽ operum suorum annũciabit populo suo. Alio modo quia ipsum euãgelium in se dei virtutẽ continet: secundum illud ps. 67. Dabit voci sue vocẽ virtutis. Circa quã virtutem tria sunt consideranda. Primo quidem ad quid se ista virtus extendat: et hoc designatur cum subditur. IN SALVTEM. Jac. primo. In mansuetudine suscipite insitum verbum quod saluare potest animas vestras. ¶ Quod quidem fit tripliciter. Uno modo inquantũ per verbum euãgelii remittuntur peccata. Jo. 15. Jam mundi estis propter sermonẽ quem locutus sum vobis. Secundo inquantum per euãgelium homo cõsequitur gratiam sanctificantem. Jo. 17. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Tertio inquantum perducit ad vitam eternam. Jo. 6. Uerba vite eterne habes. ¶ Secundo per quem modum euãgelium salutẽ conferat: quia tripliciter. Primo ꝑ fidẽ. Mar. vltimo. Predicate euãgelium omni creature: qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Secundo per cõfessionem. Infra c. 10. Oris confessio fit ad salutẽ. Tertio per scripturã. Unde et verba euãgelii scripta virtutẽ salutiferam habẽt: sicut beatus Barnabas infirmos curabat euãgelium supponẽdo. Cauẽde sunt tamen superstitiões caracterum: quia hoc est superstitiosum. Unde Eze. 9. Illi saluati sunt in quorum frontibus est scriptum tau: quod est signum crucis. Ter

Uirtus dei est in euangelio multis modis intelligitur.

In salutẽ tripliciter.

Euangelium confert salutem per fidem: per confessionem: ꝑ scripturã.

tio quibus euãgelium fit in salutẽ: quia tam iudeis quam gentibus. Nõ enim iudeorum tantum deus est: sed et gentium. Infra c. 3. et ideo subdit. OMNI credẽti: iudeo primũ et greco.] Per grecum omnẽ gentilem intelligẽs: eo quod a grecis gentilium sapientia est exorta. Sed cum infra. 10. dicatur. Non est distinctio iudei et greci quõ hic iudeo primũ. Dicendum est ergo quod quantum ad salutis finẽ consequẽde nõ est distinctio inter eos. Equalem enim cõsequuntur mercedem vtrique sicut primo laborãtes in vinea priores et posteriores eundem denarium acceperũt: vt dicitur Mat. 20. Sed quantum ad ordinẽ salutis iudei sunt primi: quia eis promissiones sunt facte: vt infra. 15. Et in eorum gratiã sunt gentiles assumpti ac si ramus oleastri inseratur in bonã oliuã: vt infra. 11. Ex eis etiã saluator noster natus est. Jo. 4. Salus ex iudeis est. ¶ Exponit cõiter quõ euãgelium fit in salutẽ cum dicit. IVSTITIA enim dei reuelatur in eo ꝑ fidẽ in fidẽ.] quod quidem dupliciter potest intelligi. Uno modo de iustitia qua deus iustus est: secundum illud ps. 10. Justus dominus et iustitiã dilexit. Et secundum hoc sensus est quod iustitia dei qua scilicet iustus est seruando promissa: in eo reuelatur scilicet in homine credente euãgelio: quia credit deum implesse quod promisit de christo mittẽdo: et hoc ex fide scilicet dei promittẽtis. ps. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. IN FIDEM] scilicet hominis credẽtis. Uel alio modo vt intelligatur de iustitia dei qua deus homines iustificat. Nam iustitia hominum dicitur qua se homines propriis viribus iustificare presumũt. Infra. 10. Ignorãtes dei iustitiã et suã querẽtes statuere: iustitie dei nõ sunt subiecti. Que quidem iustitia reuelatur in euãgelio inquantum ꝑ fidẽ euãgelii homines iustificantur: secundum quodcumque tempus. Unde subdit. EX FIDE in fidẽ] id est ex fide veteris testamẽti procedẽdo: in fidem noui testamẽti: quia ab vtroque homines iustificantur et saluantur ꝑ fidẽ christi: qui eadẽ fide crediderũt venturum: qua nos credimus venisse. Et ideo dicitur secunde Cor. 3. Habẽtes eandem spem fidei credimus: propter quod loquimur. Uel potest intelligi ex fide predicatorum in fidem auditorum: Infra. 11. Quomodo credẽt ei quẽ nõ audierunt. Uel ex fide vnius articuli in fidẽ alterius: quia ad iustificationẽ requiritur omnium articulorum fides. Apoc. 1. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius scilicet omnia nõ vnum tantum. Alio modo potest intelligi ex fide presenti in fidẽ futurã id est in plenã visionem dei que quidem dicitur fides ratione certe et firme cognitionis. prime Corin. 13. Uidemus nunc ꝑ speculum in enigmate: tunc autẽ facie ad faciem. Probat autem hanc expõnem cum subdit. SICVT scriptum est. Justus autem meus ex fide viuit.] Quod quidem accipitur secundum litteram 70. Nam in littera nostra que est secundum hebraicã veritatem dicitur. Justus ex fide sua viuet. Dicitur autẽ meus scilicet a me iustificatus: et apud me iustus reputatus. Infra. 4. Si autem Abraã ex operibus legis iustificatus est habet gloriã: sed nõ apud deum. Quid enim scriptura dicit. Credidit Abraã deo et reputatum est ei ad iustitiam. Unde ex hoc subditur. EX FIDE viuit] scilicet vita gratie. Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filii dei. Quatuor autem hic considerare oportet circa fidem. ¶ Primum quidẽ quid sit fides. Importat enim assensum quẽdam cum certitudine ad id quod nõ videtur ex volũtate: quia nullus credit nisi volẽs: vt Aug. dicit. Et secundum hoc differt a dubitãte: qui in neutrã partẽ assentit. Differt etiam ab opinãte qui assentit in vnã partẽ nõ cum certitudine: sed cum formidine alterius. Differt etiam a sciẽte qui ꝑ certitudinem assentit ex necessitate rationis. Et secundum hoc fides est media inter sciam et opinionẽ. ¶ Secundo considerãdum est an fides sit virtus: et manifestum est quod nõ est virtus si accipiatur pro eo quod creditur: secundum illud: fides catholica hec est vt vnum deum in trinitate. Si autẽ accipiatur pro habitu quo credimus: sic quandoque est virtus quandoque non. Est enim virtus

Quia deus iustus est vt iustitia vel qua deus homines iustificat.

Ex fide in fidem. Ueteris testamenti. Noui testamenti. Predicatorum auditorum. Unius articuli Alterius articuli.

Presenti. Futuri.

Quid fides.

An sit virtus.

principiū actus pfecti. Actus aūt ex duob⁹ pncipijs depēdēs nō pōt eē pfect⁹ si alteri pncipioꝝ desit sua pfectio: sicut egtatio nō pōt eē pfecta si vel equus nō bñ vadat: vel sessor equū ducere nesciat. Act⁹ aūt fidei q ē credere depēdet ex itellectu: ⁊ volūtate mouēte itellectū ad assensuʒ. Uñ actus fidei erit pfect⁹ si volūtas pficiat p habitū charitatis: ⁊ itell'ꝰ p habitū fidei: nō aūt si habit⁹ charitatis desit: ⁊ iō fides formata charitate ē virt⁹: nō aūt fides iformis. ℂ Tertio ꝯsiderādū est q idē nūo habitus fidei q sine charitate erat iformis adueniēte charitate fit virtus: qa cū charitas sit ex ēētia fidei p eius aduētū vel recessū non mutat̃ habe eius. ℂ Quarto ꝯsiderādū ē q sicut corp⁹ viuit p aiaʒ nālē vitā: ita aīa viuit p deū vita gr̃e. Primo aūt de⁹ aiaʒ ihabitat p fidē. Ephe. 3. Habitare Christū p fidē i cordib⁹ vr̃is: nec tñ ē pfecta hītatio nisi fides p charitatē sit formata q̄ ē vinculū pfectiōis nos vnit deo: vt dr̃ Col. 3. Et iō qd̄ h̄ dr̃. Ex fide viuit. itelligēdū ē de fide formata. ℂ Deide cū dicit. REVELATVR. n. ira dei. Probat qd̄ dixerat. s. virtutē euāgelice gr̃e eē oībus hoīb⁹ in salutē. Et pmo ostendit q est necessaria ad salutē. Scđo q ē efficax: siue sufficiēs. 5. caplo ibi. IVSTIFICATI igit̃ ex fide. Circa primum duo facit. Primo ostēdit virtutē euangelice gratie fuisse necessariaʒ ad saluteʒ gentibus: qa. s. sapientia de qua cōfidebāt saluare eos nō potuit. Secūdo ostendit q fuit necessaria iudeis: qa. s. circūcisio ⁊ lex ⁊ alia in quibus cōfidebant eis salutem nō attulerunt. 2⁰ caplo ibi. PROPTER qd̄ inexcusabilis est. Circa pmuʒ duo facit. Primo pponit qd̄ intēdit. Secūdo manifestat ppositūʒ ibi. QVIA qd̄ notum est dei. Proponit autē tria. Primo qdē penam dicens. recte dico q in eo iustitia dei reuelatur. REVELATVR eni in eo ira dei. i. vidicta ipsi⁹: que dicit̃ ira dei sm̄ silitudineʒ hoīum irascētium: q vindictam querūt: tñ deus vindictā infert ex animi tranquillitate. Sap. 12. Tu autē dñator noster cū tranqllitate iudicas. Et de hac ira dei dicit̃. Jo. 3. Qui incredulus est filio nō videbit vitā: sed ira dei manet sup eum. Hoc aūt dicit̃ quia qdam ꝑhi dicebāt a deo nō esse penas peccatoꝝ. contra id qd̄ dicit̃ in ps. 93. Qui corripit gētes nō arguet. Unde additur. DE CELO. qa credebant circa celestia eius ꝓuidentiā occupari ita q ad res terrenas nō se extenderet. Job. 22. Circa cardines celi perambulat nec nostra ꝯsiderat. Sed sic etiā in ps. 101. dicit̃. de celo in terras ꝓspexit. Uel dicit̃. DE CELO. eoꝝ iniquitatē demōstrare: qa maxime ex magnitudine celi creatoris virtutē intelligere debuerunt. Job. 20. Reuelabūt celi iniquitateʒ eius. Uel de celo vēturi ad iudiciū. Act. p⁰. Quēadmodū vidistis eum ascēdentem in celū ita veniet. Secūdo ponit culpā pro qua pena infligit̃. Et pmo quidē que cōtra deum cōmittit̃ cū subdit. SVPER oēm impietatem. Sicut. n. pietas dicit̃ cultus q deo exhibet̃ tāq̄ sūmo parenti: ita ipietas dr̃ peccatū qd̄ est ꝯtra cultus diuinū. Ezech. 18. Impietas impij sup eū erit. Scđo ponit culpā q̄ cōmittit̃ i hoīe cū dicit. ET INIVSTITIAM. Nā iustitia est p quā hoīes inuicē rōne ꝯueniunt ⁊ cōicant. Job. 35. Filiuʒ hoīs adiuuabit iustitia tua. Tertio ponit cognitionē quā de eo habuerūt cū subdit. HOMINVM eoꝝ qui veritatē dei. i. verum de deo cognitionem detinent in iniustitia quasi captiuatam. Naʒ vera dei cognitio quantuʒ est de se inducit homines ad bonum: sed ligatur quasi captiuitate detēta per iniustitie affectum: per quā vt in ps. 11. dr̃. Diminute sunt veritates a filijs hominum.

ℂ Deide cū dicit. QVIA qd̄ notū est. Manifestat ppositū: ordine tñ retrogrado. Primo. n. ostendit q sapientes gētiliū de deo cognouerūt veritatē. Scđo ostēdit q i eis ipietas ⁊ iniustitia fuerit ibi. ITA VT sint inexcusabiles. Tertio q irā dei icurrerūt ibi. QVI CVM iustitiā dei. Circa pmū tria facit. Primo ostēdit qd de deo cognouerūt. Secūdo ostēdit a quo hō cognitionē acceperit ibi. DEVS eni illis. Tertio ostēdit p quē modū ibi. INVISIBILIA eni. Dicit ergo p̄recte dico qd̄ veritatē dei detinuerūt. Fuit. n. in eis q̄tū ad aliqd vera dei cognitio. QVIA qd̄ notū est dei. idest qd̄ cognoscibile est de deo ab hoīe per rationes. MANIFESTVM est in illis. i. manifestuʒ ē eis ex eo qd̄ in illis ē. i. ex lumie intrinseco. ℂ Sciēdū est q aliqd circa deū est oīno ignotū homini i hac vita. s. qd ē de⁹. Uñ ⁊ Paulus inuenit Athenis araʒ iscriptā ignoto deo. Et h̄ iōqa cognitio hoīs icipit ab his q̄ sūt ei cōnālia. s. a sensibilib⁹ creaturis q̄ nō sunt pportionate ad repn̄tādā diuinā essentiā. Pōt tñ hō ex hⁱ creaturis deū tripl'r cognoscere: vt Dioñ. dicit in lib⁰ de diuinis noib⁹. Uno qdē mō p causalitatē: qa. n. hⁱ creature sunt defectibiles ⁊ mutabiles necesse est eas reducere ad aliqd pncipiū imobile ⁊ pfectū: ⁊ sm̄ h̄ cognoscit̃ de deo an ē. Scđo per viā excellētie. Nō. n. reducunt̃ oīa in primū pncipiū sicut in ppriā cāꝫ ⁊ vniuocā: put hō hoiem generat: sed sicut in cāꝫ cōem ⁊ excedētē: ⁊ ex hoc q est sup oīa. Tertio per viā negatiōis: qa si est cā excedēs nihil eoꝝ que sunt in creaturis pōt ei cōpetere: sicut etiā neqꝫ corpus celeste ꝓprie dicit̃ graue vel leue aut calidū aut frigidū. Et sꝫ hoc dicimus deum imobilē: ⁊ infinitū: ⁊ si quid aliud huiusmodi dicit̃. huiusmodi autē cognitionē habuerūt p lumē rōnis. ps. 4. Multi dicūt qs ostēdit nobis bona signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. ℂ Deide cū dicit. DEVS. n. illis manifestauit. Ostēdit a quo actore hⁱ cognitio eis fuerit manifestata: ⁊ dicit q de⁹ illis manifestauit sm̄ illud Job. 35. Docet nos sup iumēta terre. Ubi ꝯsiderādū est q vnus hō alteri manifestat explicādo ꝯceptū suū p aliq̄ signa exteriora: puta p vocē vel scripturā. De⁹ autē dupl'r aliqd hoī manifestat. Uno mō infundēdo lumē iteri⁹ p qd̄ hō cognoscit. ps. 42. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā. Alio mō ꝓponēdo sue sapiētie signa exteriora. s. sensibiles creaturas. Eccl. 1. Effudit illā. s. sapientiaʒ super oia opa sua. Sic ḡ deus illis manifestauit: vel iteri⁹ infundēdo lumē vel exterius ꝓponēdo visibiles creaturas: in qbus sicut in quodā libro dei cognitio legeret̃. ℂ Deide cū dicit. INVISIBILIA. n. dei ⁊c̃. Ostēdit p quē modū hⁱ cognitionē accepint. Ubi pmo ꝯsiderā dū est q̄ sunt ista q̄ de deo cognouerunt. Et ponit tria. Primo qdē inuisibilia ipsius p que itelligit̃ dei ēētia: que sicut dictū est a nobis videri nō pōt. Jo. 1. Deum nemo vidit vnq̄. s. per ēētiam vita mortali viuēs. 1. Thi. 1. Regi seculoꝝ imortali ⁊ inuisibili. Dicit aūt plurali INVISIBILIA. qa dei ēētia nō ē nobis cognita. sꝫ illō qd̄ ē. s. put i se ē vna. Sic erit nobis i pr̄ia cognita: ⁊ tūc erit dñs vnus ⁊ nomē ei⁹ vnū: vt dr̃ Zach. vlt⁰. Est āt māifesta nobis p q̄sdā silitudies in creaturis repertas q̄ id qd̄ in deo vnū ē multipl'r pticipāt: ⁊ sꝫ hoc itell'ꝰ nr̄ ꝯsiderat vnitatē diuine essentie sub rōne bonitatis / sapiētie / virtutis ⁊ hⁱ q̄ in deo nō sunt. Hec ḡ inuisibilia dei dicit: qa illud vnū qd̄ his noib⁹ seu rōnibus in deo signat non videt̃ a nobis. Heb. 11. Ut ex inuisibilib⁹ visibilia fierēt. Aliud autem qd̄ de deo cognoscit̃ est virtus ipsi⁹ sm̄ quā res ab eo pcedūt sicut

De⁹ ex creaturis tripliciter cognoscit̃.

De⁹ hoī manifestat aliqd dupl'r.

Inuisibilia pluralr.

a pncipio. Ps.146. Magnus dñs τ magna virt⁹ eius. Hãc ḡ virtutẽ ꝓbi perpetuã eẽ cognouerũt. Vñ dĩ. SEMPITERNA quoqꝫ virtus eius. Tertiũ cognitũ est qḋ dicit. ET DIVINITAS. ad qḋ ptinet ꝙ cognouerũt deũ: sicut vltimũ finẽ: in quẽ oĩa tẽdũt. diuinum enĩ bonũ dĩ bonũ cõe qḋ ab oĩbus participaṫ: ꝑꝑ hoc potius dixit diuinitatẽ que participationẽ significat ꝙ̃ deitatẽ q̃ significat eẽntiã dei. Col. ꝑ. cap. Et in ipso habitat oĩs plenitudo diuinitatis. Hec aũt referuntur ad tres modos cognoscẽdi supradictos. Nã inuisibilia dei cognoscunṫ ꝑ viã negationis: sempiterna virt⁹ per viã causalitatis: diuinitas ꝑ viã excellentie. ¶ Scḋo ꝯsiderãdũ est ꝑ qḋ mediũ illa cognouerũt quod designaṫ cũ dicit. PER EA que facta sunt: sicut n. ars manifestaṫ ꝑ artificis opera: ita τ dei sapientia manifestaṫ per creaturas. Sap.13. A magnitudie n. spẽi τ creature cognoscibilr poterit creator horũ videri. ¶ Tertio ostendit quõ per ista cognoscatur deus cum dicit. INTELLECTA ꝯspiciuntur. Intellectu n. cognosci põt de⁹ nõ sensu vel imaginatiõe: que corporalia nõ trãscẽdũt: deus aũt spũs est: vt Joã.4. dĩ Isa.52. Ecce intelliget seruus me⁹. ¶ Quarto põt designari a quo per hũc modũ de⁹ cognoscaṫ cũ dĩ. A CREATVRA mũdi. ꝑ qḋ vno mõ põt itelligi hõ. Mar. vlt⁹. Predicate euãgeliũ omni creature: vel ꝑꝑ excellẽtiã hominis que ordie nature mior est angelis: sꝫ excellit iter iferiores creaturas. Sm illud. Ps.8. Minuisti eum paulominꝰ ab angelis: omnia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹ oues τ boues τc. Uel qa cõicat cũ oĩ creatura: hꝫ n. eẽ cũ lapidib⁹: viuere cũ arborib⁹: sentire cũ aĩalib⁹: itelligere cũ angelis: vt Grego. dicit. Alio mõ põt itelligi de vlĩ creatura. Nulla n. creatura ex ꝓpriis nãlibus põt dei eẽntiã in seipsa videṙ. Vñ τ de seraphin dicit Isa.6. ꝙ duab⁹ alis velabãt caput: sꝫ sicut hõ itelligit deũ ꝑ creaturas visibiles: ita angelus ꝑ h̃ ꝙ intelligit ꝓpriã eẽntiã. ¶ Põt aũt aliter itelligi ꝑ creaturã mũdi nõ ipa res creata: sꝫ rex creatio: ac si diceret a creatiõe mũdi: τ tũc põt duplr ordinari. Uno mõ ꝙ itelligaṫ ꝙ inuisibilia dei itelligunṫ ꝑ ea q̃ facta sunt a creatiõe mũdi: non solũ ꝑ ea q̃ facta sunt tpe gr̃e. Alio mõ ꝙ itelligaṫ ꝙ a creatiõe mũdi hoĩes iceperũt deũ cognoscere ꝑ ea q̃ facta sunt Job.36. Oẽs hoĩes vident eũ. Glo. aũt dicit ꝙ PER inuisibilia dei intelligiṫ ꝑsona pr̃is. Sm illud. 1. Thi. vlt⁹. Quem nullus hoĩum vidit τc. PER SEMPITERNAM ṽtutẽ ꝑsona filij. Sꝫ illud p⁹ Cor.1. Chr̃m dei virtutẽ. PER diuinitatẽ ꝑsona spũs sancti cui appropriatur bonitas: nõ ꝙ ꝓbi ductu rõnis potuerint ꝑuenire ꝑ ea que facta sunt in cognitionẽ ꝑsonarꝫ quãtũ ad ꝓpa que nõ significant habitudinẽ cause ad creaturas: sꝫ sm appropata. Dicunṫ tñ defecisse in tertio signo. i. in spũ sancto: qa nõ posuerũt aliqḋ rñdere spũi sancto: sicut posuerũt aliqḋ respõdere pr̃i. s. ipm pmũ pncipiũ: τ aliqḋ respondere filio. s. pmã mẽtẽ creatã quã vocabant paternã itellcꝫ: vt Macro. dic̃ i lib⁹ sup somniũ Scipiõis.

Creature mũdi hõ vl vniuersa creata.

Vel creatura mundi. i. ipsa creatio.

Trinitas ꝑsonarum. Per inuisibilia Sẽpiternitatẽ Diuinitatẽq̃.

1.Cor.3. ¶ In hoc: vt sint inexcusabiles: † ꝓpterea qḋ cũ
Ephe.4. deum cognouerint non vt deuꝫ glorificauerũt:
neqꝫ grati fuerunt: sed frustrati sunt per cogitationes suas: τ obtenebratuꝫ est insciens cor eo-
1.Cor.1. rum. † Cum se crederẽt esse sapientes: stulti facti sunt: mutaueruntqꝫ gloriaꝫ imortalis dei: ꝑ imaginem: nõ solum ad mortalis hoĩs similitudinẽ effictam: verũetiaꝫ volatilium τ quadrupeduꝫ τ reptiliũ: quapꝑ tradidit illos deus per cupiditates cordiũ suoꝝ in immunditiã: vt ignominia afficiant corpora sua inter se mutuo: qui cõmutarũt veritatem eius mẽdacio: τ venerati sunt: colueruntqꝫ ea que condita sunt: supra eum qui cõdidit: qui est laudandus in secula. Amen.

¶ Ita vt sint inexcusabiles: qa cum cognouissent deuꝫ: nõ sicut deum glorificauerũt aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis: τ obscuratũ est insipiens cor eoruꝫ. Dicentes eñi se sapiẽtes eẽ stulti facti sunt: τ mutauerunt gloriaꝫ incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs τ volucrum τ quadrupedum τ serpẽtium: ꝓpter quod tradidit illos deus in desideria cordis coꝝ in imũdiciam: vt ꝯtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia cõmutauerũt veritatem dei in mendacium: τ coluerũt τ seruierũt creature potius ꝙ̃ creatori: qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amẽ. Lec. VII.

mi ꝙ non sit ab alio τ alia sunt ab eo.

¶ Deide cū dic. QVONIAM ex ipso τc.| Ondit altitudinē dei q̄tū ad h̄ ꝙ ab ipso sunt oia. Et p̄ ostendit ei° causalitatē. 2° ei° dignitatē ibi. IPSI honor τ gloria.| 3° ei° ppetuitatē ibi. IN SECVLA seculoꝝ. Amē.| Dicit ḡ p̄mo. Recte nullus p̄or dedit illi: qa EX IPSO τ p ipm τ in ipso sunt oia.| Et ita nihil pōt esse nisi ab eo acceptū. Ad designādū aūt dei causalitatē vtit tribus ppōnib° que sunt/ex/per/τ in. Hec aūt ppō/ex/denotat p̄n̄ motus. Et hoc triplr. Prio qdem ipm p̄n̄ agēs vel mouens. Alio mō ipsaz mām. Tertio modo ipm ꝯtrariū oppositū quo incipit motus. Dicimus enim cultellū fieri ex fabro τ ferro τ ex ifigurato. Uniuersitas aūt creaturarū nō est facta ex pexistēti mā: sed est effectus dei. Et s̄m hec oia creata nō dicuntur ex aliq̄ eē: sed sicut ex opposito dicunt eē ex nullo: quia nihil erāt an̄ꝙ crearentur: vt eēnt. Sap. 2. Ex nihilo nati sumus. Ex deo aūt sunt oia sicut ex p̄mo agēte. 1. Corinth. 11. Oia aūt ex deo. Notādū tn̄ ꝙ hec ppō/de/easdem habitudines designare vr. h̄ tn̄ supaddit: qa semp designat ꝯsubalez. Dicimus.n. cultellū eē de ferro: nō aūt esse de artifice: qa igit fili° pcedit a p̄re: vt ei ꝯsubstātialis dicimus filiū eē de p̄re. Creature aūt nō pcedūt a deo tāꝙ ei ꝯsubales. Un̄ nō dicunt eē de ipso: sz solū ex ipso. Hec aūt ppō/per/designat cām opatiōis: sed qa opatio est mediū inter faciēs τ factū: duplr h̄ ppōsitio/per/pōt opationis cām designare. Uno mō s̄m ꝙ opatio exit ab opante: sic aliqd dī p se opari qd est sibi cā vt opet. Hoc aūt est vno qdez mō forma: sicut dicimus ꝙ ignis calefacit p calorē. Alio mō aliqd supери° agēs: puta si dicam° ꝙ hō gñat p v̄tutē solis: vel potius dei: sic igit oia dicunt duplr eē per ipm. Uno mō sicut p primū agēs cuius v̄tute oia alia agūt. Prouerb. 8. Per me reges regnāt. Alio mō inq̄tū ei° sapiētia q̄ est ei° essentia est p quā de° oia fecit. s̄m illō Prouerb. 3. Dn̄s sapiētia fundauit terraz. Alio aūt mō hec ppō/per/designat cām opatiōis nō qdē s̄m ꝙ exit ab opante: sz s̄m ꝙ terminat ad opa sic dicim° ꝙ faber facit cultellū p martellū: qd nō est sic intelligendum ꝙ martellus sic cum fabro operet: sicut in priorib° intelligebatur: sed qa cultellus fit ex opatiōe fabri p martellū. Et ideo dicit ꝙ hec ppō/per/qnqz designat auctoritatez in recto: sicut cū dicim° rex opat p balliuū:

Prepōnes notantes dei cāliatē ex per in.

Prepō/de/

Per/designat cām opatiōis aut ab opante vl vt ad opa terminatur.

Per designat auctē i recto τ qnq̄ i obliquo.

quod

quod ꝑtinet ad hoc qð nunc dicitur. Qñqз aũt in cau salı: sicut cũ dicitur ꝙ balíuus per regeз ogatur: qð ꝑtinet ad ꝑcedentem moduз. Hoc aũt mõ de quo nũc loquimur dicitur omnia eē facta a patre per filiũ. Fm illud Jo.1 Omnia ꝑ ipsum facta sunt: nõ ita ꝙ pr̃ habeat a filio hoc ꝙ facit res: sed potius: q2 virtutē faciendi filius accipit a pr̃e: non tñ instrumētalem: aut diminutā: aut aliā. sed ꝑncipalē: ꝛ equalē: ꝛ eandē. Jo.5. Quecũqз pater facit hec ꝛ filius silr̃ facit. Unde lз oia sunt facta a patre per filiũ: non tñ filius est instr̃m vel minister patris. ¶ Hec aũt ꝑpõ in/designat ēt triplicē habitudinē cause. Uno qdē mõ designat mãm: sic dicimus aiam eē in corpore: ꝛ formā in mã. Hoc aũt mõ nõ dr̃ ꝙ oia sint in deo: q2 ipse nõ est cā mãlis rerum. Alio mõ designat habitudinē cause efficientis in cuius potestate est effectus suos disponere: ꝛ fз hoc dicunt̃ oia esse in ipso fm ꝙ omnia in eius potestate ꝛ dispositione cõsistunt. fm illud ps. In manu eius sunt oēs fines terre. Et Act.17. In ipso viuimus mouemur ꝛ sumus. Tertio modo designat habitudinem cause finalis. fm ꝙ totũ bonũ rei. ꝛ cõseruatio ipsius cõsistit in suo optimo: ꝛ fm h̄ dicitur omnia esse in deo sicut in bonitate cõseruante. Col.1 Et omnia in ipso ꝯstãt. Qđ autē dicit omnia est absolute accipiendũ ꝑ [illegible] que habēt verũ esse: peccata autē non habēt veruз eē: sed inquãtuз sunt peccata dicũtur per defectũ alicuius entis eo ꝙ maluз nihil est: nisi priuatio boni. Et ideo cũ dicit̃ ex ipso: ꝛ per ipsum: ꝛ in ipso sunt omnia: non est intelligendum de peccatis: q2 fm Aug. Peccatum nihil est: ꝛ nihil fiunt hoĩes cũ peccant. Quicqd tñ entitatis est in peccato totum est a deo. Sic igitur fm ꝑmissa omnia sunt ex ipso. s. deo: sicut ex ꝑma operatrice potentia. Omnia sunt per ipsum inquãtum omnia fecit per suã sapientiam. Omnia sunt in ipso: sicut in bonitate conseruante. ¶ Hec autem tria. s. potentia/sapientia/ꝛ bonitas. cõia sunt tribus personis. Unde hoc ꝙ dicit̃ ex ipso: ꝛ per ipsum: ꝛ in ipso põt attribui cuilibet trium ꝑsonarũ: sed tñ potētia q̃ hз rõneз ꝑncipij appropriatur patri qui est ꝑncipiuз totius diuinitatis. Sapientia filio qui ꝑcedit: vt v̄buз qð nihil aliud est q̃ sapientia genita. Bonitas appropriat̃ spũi sancto qui ꝑcedit: vt amor cuius obiectũ ē bonitas. Et iõ appropriãdo dicere possumus ex ipso. s. ex pr̃e ꝑ ipm̃. s. ꝑ filiũ in ipso. s. in spũ sancto omnia sunt.

¶ Deinde cũ dicit̃. IPSI HONOR: ꝛ gloria.] Ostendit dei dignitatē q̃ ꝯsistit in duobus q̃ ꝑmissa sunt. Naз ex eo ꝙ ex ipso: ꝛ ꝑ ipm̃: ꝛ in ipso sunt oia: debetur ei honor ꝛ reuerētia ꝛ subiectio a tota creatura. Malac.1. Si ego pr̃ vbi est honor meus? Et eo ꝗ ꝙ ab alio non accepit nec ꝯsiliũ nec donuз: debet̃ ei gl̃ia: sicut e ꝯtrario dr̃ homini. p.' Cor.4. Si accepisti qd gloriaris quasi non acceperis: ꝛ q2 hoc est ꝑpriũ dei dr̃. Esa.42. Gl'iã meã alteri nõ dabo. Ultimo ponit eius eternitatē cũ dicit. IN SECVLA seculorũ] i. per oia secula succedentia seculis. put seculũ dr̃ duratio vniuscuiusqз rei. Uel SECVLA seculoꝝ] dicuntur secula. i. durationes reꝝ icorruptibiliũ q̃ ꝯtinēt secula corruptibiliũ reꝝ: ꝛ ꝑcipue ipsa dei eternitas. q̃ tñ pluralr̃ dici põt lз in se sit vna ꝛ simplex ꝑꝑ multitudinē: ꝛ diuersitatē ꝯtentoꝝ: vt sit sensus in secula continentia seculoꝝ. ps. Regnum tuũ regnũ oĩum seculoꝝ. Addit aũt ad ꝯfirmationem. AMEN] q. d. Uere ita est. Et sic accipitur in euangelijs vbi dicitur. Amen dico vobis. Quandoqз tamen accipitur pro fiat. Unde in psalterio Hieronymi dicitur. Dicet omnis populus Amen/Amen. Ubi nos habemus fiat/fiat.

Cap. XII.

Obsecro igit̃ vos fratres ꝑ misericordiã dei: vt ꝑbeatis corpora vr̃a hostiã viuentē: sanctã: acceptaз deo: rõnaleз cultũ vestrũ. Et ne accõmodemini vos ad figurã seculi huius: sз transformemini ꝑ renouationē mētis vestre: vt ꝓbetis q̃ sit voluntas dei: qð bonũ est: acceptũqз ꝛ ꝑfectũ. Dico eni ꝑ grãm: que data est mihi: cuilibet ꝯsanti iter vos: ne qs arrogãter de se sentiat: supra quã opз de se sentire: sз ita sentiat: vt modestus sit ꝛ sobrius: vt cuiqз deus partitus est mēsurã fidei.

Obsecro itaqз vos fratres ꝑ misericordiã dei: vt exhibeatis corpora vr̃a hostiã viuētē: sanctã: deo placētē: rõnabile obsequiũ vr̃m. Et nolite ꝯformari huic seculo: sз renouamini in nouitate sensus vestri: vt ꝓbetis q̃ sit volũtas dei bona ꝛ beneplacens ꝛ ꝑfecta. Dico. n. ꝑ gratiã que data est mihi oĩbus qui sunt inter vos: non plus sapere q̃з opз sapere: sed sapere ad sobrietateз ꝛ vnicuiqз sicut deus diuisit mēsuraз fidei.

Ostq̃ Aplus ostēdit necessitatē virtutem ꝛ originē gratie: hic docet gratie vsuз: qð ꝑtinet ad instructionē moralē. Et circa h̄ duo facit. Primo põit doctrinã moralē in gñali. Scđo specialr̃ descendit ad quedã ꝑticularia ꝑtinētia ad eos quibus scribit circa mediũ. 15. capl'i ibi. CERTVS suз ãt ꝛc̃.] Circa primũ duo facit. Primo docet vsum gr̃e q̃tum ad hoc ꝙ sit hõ ꝑfectus. Scđo q̃tũ ad h̄ ꝙ ꝑfectus imperfectũ sustineat. 14. cap. ibi. INFIRMVM autē ꝛc̃.] Circa primũ tria facit. Primo iducit ad ꝑfectionē vite q̃tũ ad sanctitatē quã hõ seruat deo. Scđo q̃tũ ad iustitiã quã qs exhibз ꝑximo. 13. cap. ibi. OMNIS anima ꝛc̃.] Tertio q̃tũ ad puritatē quã hõ ꝯseruat in seipso circa finē. 13. capl'i ibi. ET HOC sciētes ꝛc̃.] Circa primuз duo facit. Primo monet vt hõ se exhibeat deo sanctũ. Scđo docet qualr̃ aliqs vti debeat donis gratie dei qbus sanctificat̃ ibi. DICO eni ꝑ gratiã ꝛc̃.] Circa primũ duo facit. Primo docet qualr̃ aliquis se debeat exhibere deo quãtũ ad corpus. Scđo q̃tũ ad aiam ibi. ET NOLITE cõformari ꝛc̃.] Circa primuз duo facit. Primo iducit obseruantiã coꝝ que docent̃: ꝛ hoc duplr̃. Uno quidē modo ex parte suplicãtis cũ dicit. OBSECRO itaqз vos fratres] q. d. Dictũ est incõprehēsibilia esse iudicia dei: ꝛ inuestigabiles vias eius. Itaqз obsecro vos fratres vt. s. obseruetis ea q̃ dicent̃. Utit̃ aũt obsecratiõe ꝑpter tria. Primo qdem ad demõstrandaз suã humilitatē. Prouerb.18. Cũ obsecrationibus loquit̃ pauper: q. s. de sua abũdãtia nõ confidit: ꝛ ideo nõ ex eo qð suũ est: sз ex eo qð dei est hoĩes conatur inducere ad bonũ. Nã obsecrari est ob sacra ꝯtestari. Scđo vt magis ex amore moueat rogãdo q̃ ex timore auctoritate imperãdo. Unũ dicitur ad Phil. Multã fiduciã hñs in Chr̃o Jesu imperando tibi qð ad rē ꝑtinet ꝑpter charitatē magis obsecro. Gal. vlt°. Uos qui spirituales estis hõ instruite in spũ lenitatis. Tertio ꝑꝑ reuerētiã Romanorum qbus scribebat. i.

Margin notes:
Pr̃epõ in/designat mãlē/efficiētē/ꝛ finalem.
Pctã nõ sũt in deo q2 nõ hñt verũ eē.
Phil.4.
Eph.5. 1.Thes.4.

Thi.5. Seniorē ne increpaueris: sȝ obsecra vt patreȝ.
Alio mō īducit eos ex pte dei cū dicit. PER MISERICORDIAM dei: ꝑ quā. s. saluati estis. Tit. 3. Scdm
mīaȝ suā saluos nos fecit. Et iō ex ꝯsideratiōe diuine
mīe debemus facere qd monemur. Math. 18. Nōne
oportuit ⁊ te misereri ꝯserui tui: sicut ⁊ ego tui misert⁹
sum. Uel pōt dici ꝑ mīaȝ dei. i. auctoritate Aplat⁹ mihi misericorditer cōmissi. p̄ᶜ Cor. 7. Mīam ꝯsecutus
sum a dn̄o vt sim fidelis. Scdo ponit āmonitionē cū
dicit. VT EXHIBEATIS corpora vr̄a ⁊c. Circa qd
sciēdū est q̄ sicut Aug. dicit. 10. de ciui. dei. Uisibile sacrificiū qd exteri⁹ deo offert signū ē inuisibilis sacrificij quo qs se ⁊ sua in dei obsequiū exhibet. Hȝ autem

Bonū hois
aie exteriorū
⁊ corporis.

hō triplex bonū. Primo qdē bonū aie: qd exhibȝ deo
per deuotiōis ⁊ ꝯtritiōis humilitatē. Sm illud. ps. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus. Scdo hȝ hō exteriora
bona q̄ exhibet deo ꝑ elemosynarū largitionē. Unde
dicit He. vlt⁹. Beneficētie ⁊ cōionis nolite obliuisci:
talib⁹. n. hostijs ꝓmeret de⁹. Tertio hȝ hō bonū proprij corporis: ⁊ quātū ad h̄ dicit ibi. VT EXHIBEATIS. s. deo CORPORA vr̄a: sicut q̄dā spūalē hostiā.
Dicebat aūt aial deo imolatū hostia: vel qa ꝑ victoria hostiū offerebat seu ꝓ securitate ab hostib⁹. Uel

Corp⁹ hois ē
hostia vl̄ mōte pp Chrm
se subijciēdo
vl̄ ieiunijs macerando vel
opera iustitie
exercendo.

qa ad hostiū tabernaculi imolabatur. Exhibet aūt hō
deo corpus suū vt hostiā tripl'r. Uno qdē mō quādo
aliqs corpus suū exponit passiōi ⁊ morti pp deū: sicut
dī de Chro. Eph. 5. Tradidit semetipm oblationem ⁊
hostiā deo. Et Apls dicit de se. Phil. 2. Si imolar supra sacrificiū ⁊ obsequiū fidei vestre gaudeo. Scdo ꝑ
hoc q̄ hō corpus suum ieiunijs ⁊ vigilijs macerat ad
seruiēdū deo. Sm illud. p̄ᶜ Cor. 9. Castigo corp⁹ meū
⁊ in seruitutē redigo. Tertio ꝑ h̄ q̄ hō corpus suū exhibet ad opa iustitie ⁊ diuini cultus exequēda. sup̄. 6.
Exhibete vr̄a mēbra seruire iustitie in scificationeȝ.

Hostia q̄ deo
imolabat quatuor hȝ.
Uiua.
Sancta.
Suauis.
Discreta.

¶ Est aūt ꝯsiderādū q̄ hostia q̄ deo imolabat q̄tuor
habebat. Prio nāqȝ ipsa oblatio debebat eē itegra ⁊
incorrupta. Uñ dī Mal. 1. Maledictus dolosus q hȝ
in grege suo masculū: ⁊ votū faciēs imolat debile dn̄o. Et pp h̄ dicit. VIVENTEM: vt scȝ hostia nr̄i
corporis quā deo offerim⁹ sit viuēs ꝑ fidē formatam
charitate. Gal. 2⁹. Qd nūc viuo in carne: in fide viuo filij dei. Et est attēdēdū q̄ mūltis hostia q̄ prius viua erat
occidebat vt imolaret: ad ostēdēdum q̄ adhuc mors
regnabat in hoie regnāte pctō: vt supra. 5 dcm̄ est: sȝ
hec hostia spūalis semꝑ viuit ⁊ in vita pficit. Sm illud
Jo. 10. Ego veni vt vitā habeāt ⁊ abūdāti⁹ habeāt: qa
iā pctm ablatū ē ꝑ Chrm: nisi dicam⁹ q̄ hostia corporis nr̄i viuit qdē deo ꝑ iustitiā fidei: sȝ mortificat concupiscētijs carnis. Col. 3. Mortificate mēbra vestra: q̄
sūt sup terrā. Scdo vo hostia deo oblata in ipsa imolatione sanctificabat. Uñ dī. Leuit. 22. Ois hō q accesserit de stirpe vr̄a ad ea q̄ ꝯsecrata sunt: ⁊ q̄ obtulerūt filij israel dn̄o in quo ē imūditia: ꝑibit corā dn̄o.
Et iō subdit. SANCTAM. s. ꝑ deuotionē: qua corpus
nr̄m dei seruitio mācipat. Leuit. 20. Sācificamini ⁊
estote sancti: qa ego dn̄s de⁹ vester. Proprie autē sanctitas dī ꝑ respectū ad deū: inq̄tū. s. hō seruat ea q̄ sūt
iusta quo ad deū. Tertio q̄tū ad ipsaȝ sacrificij ꝯsumptionē dicebat sacrificiū suaue ⁊ acceptū dn̄o. Sm illud Leuit. 1. Oblata ois adolebit sacerdos sup altare
in holocaustū ⁊ in odorē suauissimū dn̄o. Uñ hic dicit.
DEO PLACENTEM. s. ꝑ rectitudinē intentiōis. ps.
Ut placeā corā deo in lumine viuētiū. Quarto in ipa
sacrificij ꝑparatiōe apponebat sal. vñ Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies. Et Mar. 9. dicit.

Ois victima sale salit. Sal aūt discretionē sapientie
significat. Uñ dī Col. vlt⁹. In sapientia ambulate ad
eos qui foris sunt: sermo vester semꝑ in gr̄a sit sale cōditus. Uñ ⁊ hic sequit. RATIONABILE obsequiū
vestrū. s. cū discretiōe corpora vestra deo exhibeatis
hostiā vel ꝑ martyriū: vel ꝑ abstinentiā: vel ꝑ qdcūqȝ
opus iustitie. p̄ᶜ Cor. 14. Oia honeste ⁊ sm ordinem
fiāt in vobis. Et in. ps. Honor regis iudicium diligit.
Aliter se hȝ hō iustus ad iteriores actus qbus deo obsequit ⁊ ad exteriores. Nā bonū hois ⁊ iustitia eius
pncipal'r in interiorib⁹ actibus ꝯsistit: qbus. s. hō credit sperat ⁊ diligit. Uñ dī Luc. 17. Regnū dei intra
vos est: nō aūt pncipal'r cōsistit in exteriorib⁹ actibus.
infra. 14. Nō est regnū dei esca ⁊ potus. Uñ interiores actus se hñt per modū finis q sm se q̄rit. exteriores vo actus ad quos deo corpora exhibent se hñt: sicut ea que sunt ad finē: in eo aūt qd queritur tāq̄ finis
nulla mēsura adhibet: sed q̄to maius fuerit tāto melius se hȝ. In eo aūt qd querit pp finē adhibet mensura. Sm ꝓportionē ad finē: sicut medicus sanitatē facit tantū quātū pōt: medicina aūt nō tantū dat quātū
pōt: sed q̄tū videt expedire ad sanitatē ꝯsequēdā. Et
sil'r homo in fide in spe ⁊ in charitate nullā mēsuram
dȝ adhibere: sed quāto plus credit sperat ⁊ diligit tanto melius est: pp quod dī Deut. 6. Diliges dn̄m deum
tuū ⁊c. Sȝ in exteriorib⁹ actib⁹ est adhibenda discretiōis mēsura ꝑ cōparationē ad charitatē. Uñ dicit Ier.
Nōne rōnalis hō dignitatē amittit: q ieiuniū vl̄ vigilias pfert sensus itegritati: vt pp psalmoꝝ atqȝ officiorū dcātationē amētie vl̄ tristitie qs notā incurrat.

¶ Deide cū dicit. ET NOLITE ꝯformari ⁊c. Ostēdit
qual'r se debeat hō exhibere deo q̄tū ad aiam. Et primo ꝓhibet seculi ꝯformitatē cū dicit. ET NOLITE
ꝯformari huic seculo. s. reb⁹ que tēporal'r trāseūt. Nā
seculū pn̄s est q̄dā mēsura coꝝ que tēporal'r labunt.
Reb⁹ aūt tpalib⁹ hō cōformat ꝑ affectū eis amore inherēdo. Osee. 9. Facti sunt abbominabiles: sicut ea q̄
dilexerūt. Jac. p. Religio mūda ⁊ imaculata hec est. immaculatū se custodire ab h̄ seculo. Cōformat ēt huic
seculo q vitā seculariter viuentiū imitat. Eph. 4. Testificor in dn̄o: vt iā nō amplius ambuletis: sicut ⁊ gētes ambulāt. Scdo mādat interiorem mētis reformationē cum dicit. SED REFORMAMINI in nouitate
sensus vestri. Sēsus aūt hois hic dicit rō. Sm q̄ ꝑ eā Sēsus homi-nis. i. ratio.
hō iudicat de agēdis: hūc aūt sensū hō in sua creatione habuit integrū ⁊ vigenteȝ. Uñ dī Eccl. 17. Sensu
impleuit corda illoꝝ ⁊ bona ⁊ mala ostēdit illis. Sed
per peccatū hic sensus est corruptus ⁊ quasi inueterat⁹.
Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena. Et per ꝯñs pulchritudinē ⁊ decorē suū amisit. Treī. p̄. Egressus est a
filia syon ois decor eius. Monet q̄ Apls vt reformemur. i. iterato formā ⁊ decorē mētis assumamus queȝ
nr̄a mens habuit: qd qdē fit ꝑ gr̄am spūssancti ad quā
participādā hō studiū hic debet. s. vt qui eā nōdū perceperūt eā pcipiāt ⁊ q illam perceperunt in ea pficiant.
Eph. 4. Renouamini spiritu mētis v̄re. ps. Renouabit vt aquile iuuētus tua. Uel aliter. RENOVAMINI. s. in exteriorib⁹ actibus IN NOVITATE sensus
vestri. i. sm nouitatē gr̄e quā mēte pcepistis. Tertio
assignat rōnem āmonitionis ꝑdicte cū dicit. VT PROBETIS que sit volūtas dei. Circa qd cōsiderandum
est q̄ sicut hō q hȝ gustū infectū nō hȝ rectū iudiciuȝ
de saporib⁹: sȝ ea que sunt suauia interdū abbominat: ⁊
ea vo q̄ sunt abbominabilia appetit: q aūt hȝ gustum
sanū rectū iudiciū de saporib⁹ hȝ: ita hō qui hȝ corruptum

ptũ affectũ q̃si cõformatũ rebus secularib⁹ nõ hꝫ rectũ iudiciũ de bono:ſꝫ ille q hꝫ ſanũ affectũ ſenſu eiꝰ inouato per gr̃az rectũ iudiciũ hꝫ de bono. Ideo q̃ dixit. NOLITE ꝯformari huic ſeculo:ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri: vt pbetis .i. experimẽto cognoſcatis.ps. Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis ẽ dñs. QVE SIT voluntas dei .i. qua.ſ. vult vos eſſe ſaluos.p̊ᵉ Theſ.4. Hec eſt volũtas dei ſctificatio vr̃a. BONA .i. vult bonũ honeſtũ nos velle:⁊ ad h̃ ſuis pceptis nos inducit. Mich.6. Indicabo tibi o hõ qd ſit bonũ:⁊ qd deꝰ req̃rat a te. ET BENEPLACENS .i. iocũdũ.ſ. hñ diſpoſito eſt delectabile id qd deꝰ vult nos velle.ps. Iuſtitie dñi recte letificãtes corda. Et nõ tãtũ vtilis ad finẽ ꝯſequendum:ſꝫ et PERFECTA .i. q̃ſi cõiũgẽs nos fini. Mat.5. Eſtote pfecti ſicut ⁊ pr̃ veſter celeſtis pfectus eſt. Gen.17. Ambula corã me ⁊ eſto pfectus. Talem q̃ experiunt̃ dei volũtatẽ illi q nõ conformantur huic ſeculo:ſed reformantur in nouitate ſenſus ſui. Illi autẽ qui in vetuſtate permanent ſeculo cõformati iudicãt dei voluntatem non eſſe bonam:ſed grauẽ ⁊ inutilẽ. Eccl.6. Quã aſpera eſt ſapientia indoctis hoibus.

¶ Deinde cũ dic̃. DICO ENIM p gr̃am ⁊c̃. Docet q̃li donis dei hõ habeat vti. Et p̊ docet h̃ q̃tũ ad dona q̃ nõ ſunt oibus cõia:ſicut ſunt gratie gratis date. Scd̃o q̃tũ ad donũ charitatis qd eſt omnibus cõmune ibi. DILECTIO ſine ſimulatiõe ⁊c̃. Circa p̊mũ duo fac̃. Pͥo docet in gñali quõ debeat hõ vti gratijs gratis datis. Scd̃o exequitur h̃ p ptes ibi. SICVT eni in vno corpe ⁊c̃. Circa p̊ᵐ tria fac̃. p̊ excludit ſupfluũ dicens. Monui q reformemini in nouitate ſenſus vr̃i:qd q̇dẽ moderate facere debetis. DICO ENIM .i. mando PER GRATIAM .i. apl̃s ⁊ auc̃te aplica QVE DATA eſt mihi. Gal.2. Cũ cognouiſſent gr̃am q̃ data ẽ mihi iter gẽtes. Eph.3. Mihi oium ſctõꝝ minimo data eſt gr̃a hec ⁊c̃. OMNIBVS q ſũt iter vos:.i. oibꝰ ẽ h̃ vtile. p̊ᵉ Cor.7. Uolo oẽs hoies eẽ ſic meipſũ. Hoc inquam mãdo. NON plus ſapere q̃ opꝫ ſapere .i. nullus p̃ſumat de ſenſu aut ſapiẽtia ſua ꝯfidẽs ſupra ſuam mẽſurã. Eccl.7. Nõ plus ſapias q̃ neceſſe ẽ. ps. Neqꝫ ambulaui in magnis neqꝫ in mirabilibꝰ ſuper me. Scd̃o hortat̃ ad id qd ẽ mediũ dicẽs. SED SAPERE ad ſobrietatẽ .i.ſ. mãdo vobis vt mẽſurate ſapiatis. Fm grãtiã vobis datã. Sobrietas.n. mẽſurã iportat. Et q̃uis p̃pͤe dicat̃ circa potũ vini:põt tñ accipi circa q̃libet mãm in q̃ hõ debitã mẽſurã obſeruat. Tit.2. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamꝰ in h̃ ſeculo. Tertio docet fm qd accipiẽda ſit mẽſura medij dicẽs. Et h̃ i quã SICVT deus vnicuiqꝫ diuiſit .i. diſtribuit MENSVRAM fidei .i. mẽſurã donoꝝ ſuoꝝ q̃ ordinant̃ ad fidei edificationẽ. p̊ᵉ Cor.12. Unicuiqꝫ dat̃ manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ. Dat.n. deꝰ hõi dona nõ eadẽ oibꝰ:ſꝫ diuerſa diuerſis diſtribuit. Fm illd̃ p̊ᵉ Corinth.12. Diuiſiões gr̃aꝝ ſunt. Nec oibꝰ equalr̃ dat:ſꝫ vnicuiqꝫ fm certã mẽſurã. Eph.4. Unicuiqꝫ noſtrũ data ẽ gr̃a. fm menſurã donatiõis Chr̄i. Et id̃ Apl̃s ſobrie ſapiẽs fꝫ hãc mẽſurã dicebat. 2ᵉ Cor.12. Nõ aũt in imẽſum gloriamur:ſed fm mẽſurã regule qua mẽſus eſt nobis deꝰ. Soli aũt Chr̄o datus eſt ſpũs nõ ad menſuram: vt dr̄ Io.3. Non ſolum autẽ alias gratias gratis datas dat deus menſurate.ſed etiam ipſam.fidem que per dilectionem operatur. Unde Luc.17. Diſcipuli Chriſto dixerunt. Domine adauge nobis fidem.

1.Cor.12. ¶ † Quẽadmodũ.n. in vnõ corpore multa mẽbra
Eph.4. habemus:mẽbra v̊o oia nõ eũdẽ habẽt actũ:ſic multi vnũ corpus ſumus i Chr̄o:ſingulatim aũt alij alioꝝ mẽbra:h̃ñtes aũt dona iuxta gr̃aꝫ datam nobis varia:ſiue pphetiã iuxta portionẽ fidei:ſiue miniſteriũ in adminiſtratione:ſiue q docet in doctrina:ſiue q exhortat̃ in exhortatiõe:q impertit in ſimplicitate:q preeſt in diligẽtia:qui miſeret̃ in hylaritate. † Dilectio ſit non ſimulata. Amos.5.
Odio pſequẽtes qd malũ eſt:adherẽtes ei Eph.4.
qd bonũ eſt:p fraternã charitatẽ:ad inuicẽ vos 1.Pet.2.5.
diligẽdos ppẽſi:honore aliꝰ aliũ p̃uenientes:ſtudio non pigri:ſpiritu feruentes:tempori ſeruientes:ſpe gaudentes:in afflictione patientes: precationi inſtantes: † neceſſitatibus ſanctorũ cõ- Heb.13.
municantes:hoſpitalitatem ſectantes.

¶ Sicut enĩ in vno corpore multa mẽbra habemus:nõ oia aũt mẽbra eũdẽ actũ habẽt:ita multi vnũ corpus ſumus in Chr̄o: ſinguli aũt alter alterius mẽbra:hñtes donatiões fm gr̃am que data eſt vobis differẽtes. Siue pphetiã fm rõnẽ fidei. Siue miniſteriũ in miniſtrãdo. Siue q docet in doctrina. Qui exhortat̃ i exhortãdo. Qui tribuit in ſimplicitate. Qui preeſt in ſollicitudie. Qui miſeret̃ in hylaritate. Dilectio ſine ſimulatiõe. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Charitate fraternitatis inuicẽ diligẽtes. honorẽ inuicẽ p̃uenientes. Sollicitudine non pigri:ſpũ feruentes:dño ſeruiẽtes. Spe gaudẽtes:in tribulatiõe patiẽtes:orationi inſtãtes:neceſſitatibꝰ ſanctoꝝ cõicantes:hoſpitalitatẽ ſectãtes. Lec. II.

Premiſſa admonitione hic Apl̃us rationem aſſignat:ſumptam ex ſimilitudine corporis myſtici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidẽ corporis vnitatem cũ dicit. SICVT eni in vno corpore. Secũdo mẽbroꝝ pluralitatem cũ dicit. MVLTA membra habemus. Eſt enĩ corpus humanũ organicũ ex diuerſitate mẽbroꝝ cõſtitutum. Tertio officiorum diuerſitatem cum dicit. OMNIA autẽ membra non eundẽ actum habent. Fruſtra enim eſſet membroꝝ diuerſitas niſi ad diuerſos actus ordinarentur.

¶ Deide adaptat hec tria ad corpus Chr̄i myſticũ qd eſt eccleſia. Eph.1. Ipſum dedit caput ſup oẽꝫ eccliaꝫ que eſt corpus eius. Circa quod etiã tria tangit. Pͥo quidem fidelium quaſi mẽbroꝝ multitudinem cũ dicit. ITA MVLTI. Luc.14. Homo qdam fecit cenã magnã:⁊ vocauit multos. Eſa.54. Multi filij deſerte. Q̃uis enĩ ſint pauci per comparationem ad infructuoſam multitudinẽ.fm illud Mat.7. Arta eſt via que ducit ad vitã ⁊ pauci inueniũt eã:tamẽ abſolute loquendo ſunt multi. Apoc.7. Poſt hec vidi turbam magnã quã dinumerare nemo poterat. Scd̃o tangit corporis myſtici vnitatẽ cum dicit. VNVM corpus ſumus. Ephe.2. Ut recõciliet ambos in vno corpe ⁊c̃. Unitas aũt corporis myſtici ⁊ vnitas ſpũalis per quã fide ⁊ affectu charitatis inuicẽ vnimur:⁊ deo fm illud Ephe.4. Unũ corpus ⁊ vnus ſpũs. Et qa ſpiritꝰ

vnitatis a Chŕo in nos deriuatur. supra. 8. Si quis spi
ritū Chŕi nō hʒ hic nō est eius. Ideo subdit in Chŕo .s.
spūʒ suum quē dat nobis nō inuicē vnit ꝛ deo. Jo. 17.
Ut sint vnū in nobis sicut ꝛ nos vnuʒ sumus. Tertio
tangit officiorum diuersitatē ad vtilitatē cōem reducendā
dicēs. SINGVLI aūt sumus membra alter alterius.]
Mēbrū .n. qdlibet pprium actuʒ hʒ ꝛ virtutē: inquātum
ergo vnū mēbruʒ sua virtute ꝛ actu alteri prodest dī
mēbrum alterius: sicut pes dicit̄ membruʒ oculi inquā
tum oculū defert: ꝛ oculus dicit̄ mēbruʒ pedis inquātū
regit pedem. pᵉ Cor. 12. Nō pōt dicere oculus manui
opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico
ille q accepit grām pphetie indiget illo q accepit gra
tiā sanitatū: ꝛ ita est in omnibus alijs. Unde dū vnus
quisqʒ fidelis. sm gratiam sibi dataʒ alteri seruit effi
citur alterius membrum. Gal. vlt°. Alter alteri° one
ra portate. pme Pe. 4. Unusquisqʒ sicut accepit gra
tiam in alterutrum illam administrantes.

¶ Deide cū dic̄. HABENTES aūt donatiōes] exeq̄t
p partes monitionem quā supra posuerat de sobrio ꝛ
moderato grē vsu. Et pmo ponit grarū diuersitatē di
cēs: sumus inquā alter alterius mēbra: NON sm] eādē
GRATIAM:]sʒ hñtes DIFFERENTES] nō ex diuer
sitate meritorum: sed sm grāʒ QVE DATA est nobis.]
pᵉ Cor. 7. Unusqsqʒ pprū donū hʒ ex deo. vn° qdeʒ
sic: alius vō sic. Mat. 25. Uocauit seruos suos ꝛ tradi
dit illis bona sua: ꝛ vni dedit qnque talēta: alij autem
duo: alij vō vnū. Scdo docet diuersarum grarū vsum: ꝛ
pmo in reb° diuinis qntuʒ ad cognitionē qdem dicēs.
SIVE pphia]quā hñtes vtamur ea SECVNDVM ra
tionē fidei.] Dicit̄ aūt pphetia qdā apparitio ex reue
latione diuina eorum q̄ sunt pcul. Un̄ .1. Reg. 9. dī. Qui
ppheta hodie dī vocabat̄ olim vidēs. Sūt aūt pcul
a cognitione nrā. sm se qdē futura ɔtingētia q̄ pp de
fectū sui eē cognoscibilia nō sunt: sed res diuine sunt
pcul a nrā cognitione: nō sm se cuʒ sint maxie cogno
scibiles: qa vt dī .1. Jo. p°. Deus lux est ꝛ tenebre in eo
nō sunt vlle: sʒ pp defectū intellect° nrī q se hʒ ad ea q̄
sunt in seipsis manifestissima: sicut oculus noctue ad
lucē. Et qa vnūqdqʒ magis dī tale: qd est sm se tale q̄
sm aliud. Inde est q magis pprie dicunt̄ eē procul a
cognitione nrā futura ɔtingētia. Et pp hoc horum pprie
est pphetia. Amos. 4. Nō faciet dn̄s deus vbum nisi
reuelauerit secretū suū. Dicit̄ tn̄ pphetia cōtra ēt re
uelatio quorūcūqʒ occultorum. Hoc aūt donū pphetie
nō solū fuit in veteri testamēto: sed ēt in nouo. Johel.
2. Effundaʒ de spū meo super oēm carnem: ꝛ ppheta
bunt filij vestri. Dicūtur etiā pphete in nouo testamē
to qui pphetica dicta exponūt: qa sacra scriptura eo
dem spū interptatur quo est cōdita. Eccl. 24. Adhuc
doctrinā q̄si pphiaʒ effundā. Ordinat̄ autē pphetie
donū: sicut ꝛ alie grē gratis date ad fidei edificatiōeʒ.
pᵉ Cor. 12. Unicuiqʒ dat̄ manifestatio spūs ad vtili
tatem. Heb. 2. Cōfirmata est .s. doctrina fidei ɔtestāte
deo signis ꝛ pdigijs ꝛ varijs virtutibus ꝛ spūssancti di
stributionibus. Et ideo pphetia est vtēdū. sm rōnē fi
dei .i. nō in vanū: sed vt p hoc fides cōfirmet̄: nō autē
cōtra fidē. Un̄ dī. Deut. 13. Si surrexerit in medio tui
propheta ꝛ dixerit tibi / eamus ꝛ sequamur deos alie
nos nō audies vba pphete illius qa .s. pphetizat cō
tra rationem fidei. ¶ Quantum ad sacramenta mini
stranda subdit. SIVE MINISTERIVM in ministrā
do] .i. si quis accepit gratiaʒ vel officiū ministerij: pu
ta vt sit episcopus vel sacerdos: qui dicuntur ministri
dei. Esa. 6. Uos sacerdotes dn̄i vocabimini ministri
dei nostri dicetur vobis: exequatur illud diligēter exe
quendo in ministrādo. 2ᵉ Thi. 4. Ministerium tuuʒ
imple. Secundo tangit ea que pertinent ad res huma
nas in quib° pōt aliquis alteri subuenire. Primo qdē
quātum ad cognitionem vel speculatiuaʒ vel practi
cam. Quātum ergo ad speculatiuā primo dicit. SIVE
qui docet] .i. qui hʒ officiū vel grām docendi vtat̄ in
doctrina .i. vt studiose ꝛ fideliter doceat. Job. 4. Ecce
docuisti plurimos. Mat. vlt°. Euntes docete oēs gen
tes. Quantum autem ad cognitionem practicam sub
dit. QVI EXHORTATVR] .i. q hʒ officiū vel grām
exhortādi homines ad bonum vtat̄ illo IN EXHOR
TANDO.] pme Thes. 2. Exhortatio nostra non fuit
de errore: neqʒ de immunditia: neqʒ in dolo. Tit. 2.
Hec loquere ꝛ exhortare.

¶ Deinde ponit ea que ptinēt ad exteriora opera in q
bus quādoqʒ aliquis subuenit alicui aliquod donum
dando: ꝛ quātuʒ ad hoc dicit. QVI TRIBVIT] .i. qui
hʒ facultateʒ tribuēdi ꝛ grām exequat̄ hoc IN SIM
PLICITATE:] vt .s. nihil mali ex illo intendat quasi
donis hoīes ad malū alliciēs. Uel etiaʒ cū aliquis ex
modico dato intendit multo maiora acquirere. Eccl.
20. Datus insipientis nō erit tibi vtilis: oculi eni illi°
septemplices sunt. Exigua dabit ꝛ multa impropera
bit. Et Prouer. 11. Simplicitas iustorum diriget eos.
Quādoqʒ autē aliquis subuenit alteri eius curam ha
bēdo ꝛ quātum ad hoc dicit. QVI PREEST] .i. qui ē
in prelationis officio cōstitutus vtatur illo officio IN
SOLLICITVDINE.] Heb. vlt°. Obedite prepositis
vestris ꝛ subiacete eis. Ipsi .n. peruigilant quasi rōnē
reddituri pro aīabus vestris. 2ᵉ Corinth. 11. Sollicitu
do oium ecclesiarū. Quādoqʒ autē subuenit aliqs ali
cui releuando eius miseriaʒ ꝛ quantum ad hoc dicit.
QVI MISERETVR] .i. qui habet facultatē ꝛ affectū
miserendi exequatur hoc IN HYLARITATE] quasi
libēter hoc faciens. 2ᵉ Cor. 9. Nō ex tristitia neqʒ ex
necessitate. Hylarem eni datoreʒ diligit deus. Eccl. 7.
In omni dato hylarem fac vultum tuum.

¶ Deide cū dic̄. DILECTIO sine simulatiōe ꝛc.] Do
cet vsum doni gratuiti qd est oibus cōmune .s. charita
tis. Et pmo ponit ea que pertinent ad charitatē in ge
nerali. Scdo ponit quedaʒ spālīter ptinentia ad dile
ctionē quotidianaʒ ibi. NECESSITATIBVS scōrum ꝛc.]
Circa pmū tria facit. Primo ostēdit qualis debeat eē
dilectio ex parte diligētis. Scdo qualr se debeat hēe
ad proximum ibi. CHARITATEM fraternitatis ꝛc.]
Tertio qualr se debeat habere ad deū ibi. SOLLICI
TVDINE nō pigri.] Circa qualitatem aūt charitatis
tria docet. Primo qdē q dilectio dʒ esse vera. Unde
dicit. DILECTIO sine simulatione] vt .s. non tm̄ in
verbo aut in exteriori apparētia: sʒ sit in vero cordis
affectu: ꝛ efficacia operis. pᵉ Jo. 3. Nō diligamus vbo
neqʒ lingua: sed opere ꝛ veritate. Eccl. 6. Amico fide
li nulla est cōparatio. Secūdo docet q dilectio debʒ
esse pura: cū dicit. ODIENTES malū.] Tūc eni est
pura dilectio quādo hō non ɔsentit amico suo in ma
lis: sed ita diligit hoīem: vt eius vitiū odiat. Un̄ dicit̄.
pᵉ Cor. 13. Nō gaudet sup iniquitate / cōgaudet autē
veritati. ps. Iniquos odio habui. Tertio docet q dile
ctio debet esse honesta cuʒ dicit. ADHERENTES bo
no:] vt .s. aliqs adhereat alteri pter bonum virtutis.
Gal. 4. Bonum autem emulamini in bono semper.
Hec est pulchra dilectio de qua dicitur Eccl. 24. Ego
mater pulchre dilectionis.

¶ Deide cum dicit. CHARITATEM fraternitatis.]

Ostendit

Ostēdit qualr charitas se dz hīe ad pximū. Et p̄ q̄tū ad interiorē affectū cuz dic̄. CHARITATEM fraternitatis inuicē diligētes.] Ut. s. nō solū fratres diligam⁹ p charitatē: sz ēt diligam⁹ ipsaz charitatē qua eos diligam⁹: ⁊ ab eis diligimur. Sic eni si carā hēm⁹ charitatē nō de facili eā dissolui faciem⁹. Heb. vlt⁹. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cant. vlt⁹. Si dederit hō oēz subaz dom⁹ sue pro dilectiōe tāq̄ nihil despiciet illā. Scdo q̄tū ad exteriorē effectū cuz dicit. HONORE inuicē puenientes.] In quo tria designātur. p̄ qdē q hō pximū in reuerētia dz hīe qd ptinet ad rōnē honoris. Nullus. n. pōt vere diligere eū quē despicit. Phil. 2. Supiores inuicē arbitrantes. Qd qdē fit dum aliqs suū defectū ɔsiderat ⁊ bonūz pximi. In honore aūt nō solū reuerētia itelligit̄: sed ēt necessario p subuentio: sicut cū di Exo. 20. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā. precipit̄ necessariop subuētio: sicut patet p h̄ q dn̄s Matth. 5. Arguit phariseos ɔ hoc pceptū ipediētes filios a subuētione parētū. Scdo designat̄ q effect⁹ dilectionis dz mutuo exhiberi: vt. s. hō nō solū velit bñficia recipere: sz etiaz exhibere. Eccl. 4. Nō sit porrecta manus tua ad accipiēdū ⁊ ad dādum collecta. Et 14. In diuisiōe sortis da ⁊ accipe. Et h̄ designat cū dicit. INVICEM.] 3⁹ designat̄ q effect⁹ dilectiōis debz eē prōptus ⁊ velox: qd designat̄ cum dic̄. PREVENIENTES] vt. s. aliqs pueniat amicū in beneficijs. Eccl. 37. Ois amicus dicet: ⁊ ego amicitiā copulaui.

¶ Deinde cū dic̄. SOLLICITVDINE ⁊c̄.] Ostēdit q̄lr se debeat hīe dilectio charitatis ad deū. Et p̄ icipit ab ipsa rōnis attētiōe cū dicit. SOLLICITVDINE] sit NON PIGRI] s. ad seruiendū deo. Mich. 6. Indicabo tibi o hō qd sit bonū ⁊ qd de⁹ q̄rat a te. Postea subdit. Sollicite ambulare cū deo tuo. 2. Thi. 2. Sollicite cura teip̄m pbabilē exhibere deo. Scdo q̄tum ad affectū cū dicit. SPIRITV sitis feruētes] s. in dei dilectiōe. Procedit aūt feruor ex abundātia caloris. Unde feruor spūs dicit̄: quia pp̄ter abundantiā diuine dilectionis totus hō feruet in deū. Act. 18. di q apollo feruens spū loquebatur. p̄⁹ Thes. vlt⁹. Spiritum nolite extinguere. Tertio q̄tū ad exterius obsequiuz cū dic̄. DOMINO seruientes] s. seruitute latrie q̄ soli deo debetur. Deut. 6. Dñm deū tuum adorabis ⁊ illi soli seruies. Ps. Seruite dn̄o in timore. Uel sm aliā lrāz. Tēpori seruiētes: vt. s. dei seruitium ɔgruo tp̄e faciamus. Eccle. 8. Omni negocio tp̄s est ⁊ opportunitas. Quarto q̄tū ad mercedē seruitij cū dicit. SPE GAVDENTES] s. mercedis: que est dei fruitio. Gen. 15. Ego dn̄s merces tua magna nimis. Supra. 5. Gloriamur in spe glorie filiop dei. Facit aūt spes hoīez gaudere rōne certitudinis: sz tn̄ affligit rōne dilatiōis. Prouer. 13. Spes que differtur affligit aīam. Quinto q̄tū ad difficultatē quā hō patitur in dei seruitio. Un̄ subdit. IN TRIBVLATIONE] s. quā pp deū sustinetis sitis patientes. supra. 5. Tribulatio patiētiā opat̄. Sexto q̄tū ad oia pdicta dicit. ORATIONI instantes.] in q̄ orōnis assiduitas designat̄. Luc. 18. Opz semp orare ⁊ nūq̄ deficere. 2⁹ Thes. 5. Sine intermissiōe orate. Per orōnē enim in nobis sollicitudo excitat̄: feruor accendit̄: ad dei seruitium incitamur: gaudiū spei in nobis augeт̄: ⁊ auxiliū in tribulatione pmeremur. Ps. Ad dominū cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me.

¶ Deinde cū dic̄. NECESSITATIBVS sanctorum ⁊c̄.] Determinat de charitate q̄tū ad speciales quasdā personas. Et pmo qdē q̄tuz ad indigētes. Scdo q̄tū ad inimicos ibi. (Benedicite psequētibus vos.) Circa primū duo facit. Primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigētibus in vniuersali cuz dicit. NECESSITATIBVS sanctoruz cōicantes.] Ubi tria sunt notanda. Primo qdem q elemosyne ex charitate sunt impēdende indigentibus siue necessitatē patientibus. Eph. 4. Laboret operādo manibus suis: qd bonū est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Secūdo q potius est subueniēdum iustis q̄ alijs. Unde dicit. NECESSITATIBVS sanctoruz.] Eccl. 12. Da iusto ⁊ nō recipias peccatorem. Qd quidē nō sic est intelligēdū quin etiā in necessitatibus sit peccatoribus subueniendū: sed quia nō est eis subueniēduz ad fomentum peccati: vtilius tn̄ est subuenire iustis: q̄a talis elemosyna fructuosa est: nō solū ex parte dantis: sed etiā ex suffragio recipiētis. Luc. 16. Facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis: vt cuz defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. s. suis suffragijs. Secūdo in spāli admonet ad hospitalitatem dicens. HOSPITALITATEM sectantes:] q̄a. s. in h̄ mīe ope alia mīe opera icludunt̄. Nā hospes nō solū domum exhibet ad manēdum: sed etiaz alia necessaria subministrat. Heb. vlti. Hospitalitatē nolite obliuisci. pme Pe. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

¶ † Bene loquamini de ijs: qui vos insectant̄: bñ loquamini: inquā: ⁊ ne male precemini. Gaudete cū gaudētibus: ⁊ flete cū flentibus: eodē aio alij in alios affecti: † nō arrogāter de vobisipsis sentientes: sed humilibus vos accōmodātes. Ne sitis arrogātes apud vosmetipsos: † neq̄ cuiquā malū p malo reddatis. † Prouide parantes honesta in ɔspectu oiuz hoium: si fieri pōt: quātum in vobis est: † cum oibus hominibus in pace viuentes: nō vosmetipsos vlciscentes dilecti: quin potius date locū ire. Scriptū est eni: † Mihi vltio: ego repēdam: dicit dn̄s. † Si igit̄ esurit inimicus tuus: pasce illū: si sitit: da illi potū. Hoc. n. si feceris: carbones ignis coaceruabis in caput illi⁹. Ne vincaris a malo: imo vice bono malū.

5 6. Mt. Lu.

Prouer. 3.
Esa. 5.
Proi. 20.
1. Pe. 3.
2. Corin. 8.
Exo. 20.
Heb. 12.
Deut. 32.
Heb. 10.
Proi. 25.

¶ Benedicite psequētibus vos. Benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cum gaudētibus: flere cuz flētibus. Idip̄m inuicez sentientes. Nō alta sapiētes: sed humilib⁹ ɔsentiētes. Nolite eē prudētes apud vosmetipsos. Nulli malū p malo reddentes. puidētes bona: nō tm̄ coram deo: sed ēt corā omnibus hoibus. Si fieri pōt qd ex vobis est: cum oibus hominibus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū ire. Scriptuz est eni. Mihi vindictā: ⁊ ego retribuā dicit dn̄s. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illū: si sitit: potum da illi. Hoc. n. faciēs carbones ignis congeres sup caput eius. Noli vinci a malo: sz vince in bono malū. Lec. III.

Supra ostēdit qualr charitas sit exhibenda indigētibus: nūc ostēdit qualr sit exhibēda ēt inimicis. Et p̄ ponit admonitionem. 2⁹ pbat qd dixit ibi. SCRIPTVM est eni ⁊c̄.] Circa pmū ɔsiderādum

In charitate tria sunt. Beniuolentia. Concordia. Beneficentia.

est q ad charitatē tria pertinēt. Primo qdē beniuolē
tia: que ꝯsistit in h q aliqs velit bonū alteri ꝛ malum
eius nolit. Scdo cōcordia q̄ ꝯsistit in h q amicoꝝ sit
idē nolle ꝛ velle. Tertio bñficētia que cōsistit in h q
aliqs benefaciat ei quē amat ꝛ eū non ledat. Primo q̄
ponit ea q̄ ptinēt ad beniuolētiā. Scdo ea q̄ ptinēt ad
cōcordiā ibi. GAVDERE cū gaudentib⁹.] Tertio ea
que ptinēt ad bñficentiā ibi. NVLLI malū ꝛc.] Cir
ca primū duo facit. Primo monet vt beniuolentia sit
ampla que se extēdat etiā ad inimicos cū dič. BENE
DICITE persequētibus vos.] Circa qđ notādū est q

Bonū dicere. Enūtiando. Imperādo. Optando.

benedicere est bonū dicere. Cōtingit aūt bonū dicere
tripliciter. Uno mō enūtiādo: puta cū quis bonum al
terius laudat. Eccl. 31. Splēdidū in panibus benedi
cent labia multoꝝ ꝛ testimoniū veritatis illius fide
le. Alio mō imperando: ꝛ sic benedicere p auctoritatē
est ꝓprium dei ex cuius imperio bonū ad creaturas de
riuaē: ministeriū autē pertinet ad ministros dei q no
men dñi super pplm inuocāt. Nūeri. 6. Sic benedice
tis filijs israel ꝛ dicetis eis. Et post. Inuocabūt nomē
meū sup filios israel ꝛ ego benedicā eis. Tertio bñdi
cit aliquis optando. ps. Et non dixerūt qui preibant.
benedictio dñi super vos. Et s̄m hoc bñdicere est bo
num alicui velle: ꝛ quasi bonū p aliquo precari. Et h
modo accipiē hic. Unde in hoc q dicit benedicite p
sequētibus vos. datur intelligi q ēt ad inimicos ꝛ p
secutores debemus eē beniuoli eis bona optādo ꝛ p
eis orādo. Mat. 5. Diligite inimicos vestros ꝛ orate p

An h bñdicere sit in precepto.

persequētibus ꝛ calūniantibus vos. ¶ Qđ aūt hic di
citur: quodā qdem mō est in precepto: quodā aūt mo
do est in cōsilio: q enī aliquis in gnāli dilectiōis affe
ctū impēdat inimicis nō excludēdo eos a cōmuni di
lectiōe pximoꝝ: ꝛ a cōmuni oratione: quā quis pro fi
delibus facit pertinet ad necessitatē precepti. Similr
etiā q aliqs in articulo necessitatis inimico dilectio
nis effectū particulariter ipendat pertinet ad necessi
tatē precepti. Unde dicit Exo. 21. Si occurreris bo
ui inimici tui aut asino errāti: reducas eū. Sed q ali
quis in speciali dilectionis effectū ꝛ orōnis suffragiū
aut qualecūqꝫ subuentiōis beneficiū exhibeat inimi
co interdū etiā extra articulū manifeste necessitatis p
tinet ad perfectionē cōsilioꝝ: qa per hoc ostēditur pfe
cta charitas ad deum: q omne humanum odiū supe
ret. Ille aūt qui penitet ꝛ miāz petit iam non est inter
inimicos aut persecutores cōputandus. Un̄ ei absqꝫ
omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda.
Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: ꝛ tunc de
precanti tibi peccata soluentur. Secundo docet q be
niuolentia siue benedictio sit pura. i. absqꝫ permixtio
ne contrarij. Unde dicit. BENEDICITE ꝛ nolite ma
ledicere.] i. ita benedicatis q nullo modo maledica
tis. Qđ est ꝯtra quosdā qui ore benedicūt: ꝛ corde ma
ledicūt. s̄m illō ps. Qui loquunē pacē cū pximo suo:
mala aūt in cordib⁹ eoꝝ. Et ēt ꝯtra illos qui qñqꝫ be
nedicūt qñqꝫ maledicūt: vel qbusdā benedicunt qui
busdā maledicunt. Jac. 3. Ex ipso ore pcedit bñdictio
ꝛ maledictio. Nō opꝫ fratres mei hec ita fieri. pᵒ. Pe.
3. Nō reddētes maledictū pro maledicto. ¶ Sꝫ ꝯ vi
eē q in sacra scriptura plēs maledictiones inueniunē.
Dicit n. Deut. 27. Maledictus q nō pmanserit in ser
monib⁹ legis huius: nec eos opere pficit. ¶ Ad qđ di

Maledicere. Annūdādo. Imperādo. Optando.

cendū est q maledicere est malū dicere: qđ qdē tripli
citer ꝯtingit: sicut ꝛ benedicere. s. annūtiādo / iperādo /
ꝛ optando: ꝛ s̄m qdlibet hoꝝ modorū pōt bene ꝛ ma
le fieri. Si n. id qđ est mālr malū dicatur malum.

quolibet predictoꝝ modorū sub ratione boni nō est
illicitum: qa hoc est magis benedicere q̄ maledicere:
vnūqđqꝫ enī magis iudicaē s̄m suā formam q̄ s̄m
suā māmā. Si vo aliqs dicat malū sub rōne mali for
maliter maledicit. Unde est oino illicitū. vtrūqꝫ aūt
horum cōtingit in hoc q aliquis enūtiando malū p
fert. Quādoqꝫ enim aliquis enūtiat malum alicui⁹ ad
notificandū necessariā veritatem: ꝛ sic dicit malū
sub rōne veri necessarij qđ est bonū: vnde est licitum.
Et h mō Job. 3. dicitur q Job maledixit diei suo enū
tiās malitiā presentis vite: sicut Aplus dicit. Ephe. 5.
Redimentes tēpus quoniā dies mali sunt. Quādoqꝫ
aūt aliquis enūtiat malū alterius. s. intentione detra
hēdi. Et hoc est illicitum. Dicitur. n. pᵒ Corin. 6. Neqꝫ
maledici neqꝫ rapaces regnū dei possidebunt. Silr
etiā in eo q quis dicit malum imperando. contingit
autē quandoqꝫ q aliquis dicit id quod est materia
liter malum sub rōne boni: puta cum ex imperio ali
cuius prouenit alicui malū pene ꝓpter iustitiam: qđ
quidē est licitū. Et hoc modo trāsgressiones legis ma
ledicūtur. s. pene s̄m iustitiā deputātur. Qñqꝫ vo ali
quis imperando dicit malū alterius iniuste: puta pp
odium ꝛ vīdictā. Et talis maledictio est illicita. Exo.
21. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.
Et id est etiam circa id quod aliquis dicit malū optā
do. Si enim hoc optet sub ratione boni: puta vt p ad
uersitatē alicuius perueniatur ad spiritualē pfectū:
hoc licitum est. Job. 5. Uidi stultū firma radice ꝛ ma
ledixi pulchritudini eius statim. Si vo hoc hō faciat
propter odiū vel vindictā est oino illicitū. 1. Reg.
17. Maledixit philisteus Dauid in dijs suis.
¶ Deide cū dič. GAVDERE cū gaudentibus ꝛc.] Po
nit ea que pertinent ad concordiā. Et primo ponit cō
cordie documenta. Secundo remouet impedimenta
ibi. NON ALTA sapientes ꝛc.] Concordia autē pōt
dupliciter attendi. Uno modo quantum ad effectum
in bonis ꝛ in malis. In bonis quidem: vt aliquis bo
nis aliorum congaudeat. Unde dicit. GAVDERE] s.
debetis CVM GAVDENTIBVS.] Phil. 2. Gaudeo ꝛ
congratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligēdū
quando quis gaudet de bono. Sunt autem quidā qui
gaudent de malo. s̄m illud Prouer. 2. Letantur cum
malefecerint. Et istis non est congaudendū. pᵒ Coꝝ.
13. dicitur de charitate: q non gaudet super iniquita
te: congaudet autem veritati. In malis autē vt aliqs
tristetur de malis alterius. Unde subdit. FLERE.] s. ꝫ
debetis CVM FLENTIBVS.] Job. 30. Flebā quō
dam super eo qui afflictus erat. Eccl. 7. Nō desis plo
rantibus in ꝯsolatione: ꝛ cū lugentibus ambula. Ipsa
enī compassio amici cōdolentis cōsolationē in tristi
tijs affert. Primo quidē qa ex h colligiē efficax ami
citie argumentū. Eccl. 12. In malitia illius. i. in infor
tunio amicus cognitus est. Et hoc ipsum est delectabi
le cognoscere aliquē sibi esse veꝝ amicū. Alio modo
hoc ipso q amicus condolet videē se offerre ad simul
portandum onus aduersitatis: quod tristitiam causat.
Et quidē leuius portatur quod portatur a plurib⁹ q̄
ab vno solo. Secundo concordia ꝯsistit in vnitate sen
tentie: ꝛ quantum ad hoc dicit. IDIPSVM] s. idē fide
inuicē SENTIENTES.] vt. s. in eadē sententia cōue
niatis. pᵒ Coꝝ. 1. Sitis perfecti in eodem sensu ꝛ in ea
dē sciencia. Phil. 2. eandem charitatē habentes vna
nimes: idipsum sentientes. Sciēdū est tñ q duplex est
sententia. Una quidem que pertinet ad iudicium in

Unio in speculatiuis vel in agibilib⁹.

tellectus circa speculabilia: puta circa consideratiōes
geometricas

geometricas vel nālles:dissentire aūt in talib⁹ non re-
pugnat amicitie vel charitati:q̄a charitas in volunta-
te est. Hu⁹ aūt iudicia nō puenīunt ex voluntate:s3 ex
necessitate rōnis. Alia ꝯo snia ptinet ad iudicium rō-
nis circa agēda ⁊ in talib⁹ dissensio amicitie 3riatur:
q̄a talis dissensio habz cōtrarietatē voluntatis:⁊ quia
fides non solum est speculatiua:sed etiā3 practica:in-
quātum p dilectionē operaī: vt dr̄ Gal.5. Ideo ēt dis-
sentire a recta fide est cōtrarium charitati.

¶ Deinde cū dicit. NON ALTA sapiētes ⁊c.] Exclu-
dit impedimēta cōcordie:que q̄dē sunt duo. Primū3
est sup̄bia ex qua ɔtingit q̄ du3 aliq̄s inordinate sua3
excellentiā q̄rit ⁊ subiectionē refugit:vult aliū subijci
⁊ ei⁹ excellentiā3 ipedire. Et ex hoc sequiī discordia.
Prouer.13. Inter sup̄bos semp iurgia sunt. Et ideo ad
hoc remouēdū dicit. Non sitis alta sapiētes:vt.s.inor-
dinate vestrā excellentia3 appetatis. Supra.11. Noli
altum sapere:sed time. Eccl.3. Altiora te ne quesieris.
SED] sitis CONSENTIENTES humilib⁹] .i. his que
sunt humilia.i.ea que abiecta videnī nō recusetis cu3
oportuerit. ps. Elegi abiect⁹ eē in domo dei mei. p̄me
Pe. vltimo. Dominus superbis resistit:humilib⁹ aūt
dat gratia3. Secūdu3 impedimētu3 cōcordie est pre-
sumptio sapientie:ex qua cōtingit q̄ aliq̄s alioꝝ snie
nō credit. Ad q̄d remouēdu3 dicit. NOLITE esse pru-
dentes apud vosmetipsos.] vt.s.iudicetis solu3 id esse
prudētie q̄d vobis vi̅. Esa.5. Ve qui sapientes estis in
oculis vestris ⁊ coram vobismetipsis prudentes. Su-
pra.11. Vt nō sitis vobismetipsis sapiētes.

¶ Deinde cu3 dicit. NVLLI MALVM pro bono ⁊c.]
Docet illa que ptinēt ad beneficiētia3 excludendo cō-
trariu3. Et p̄mo docet q̄ nō sit alicui malefaciendum
rōne vindicte. Scdo docet q̄ nō sit alicui malefaciē-
dum rōne defensionis. ibi. NON VOSMETIPSOS
defendentes.] Circa p̄mu3 tria facit. Primo prohibet
vindictā dicēs. NVLLI MALVM pro malo redden
tes] .s. sitis. ps. Si reddidi retribuētibus mihi mala. p̄ᵉ
Pe.3. Non reddentes malu3 pro malo. Sed h̄ est in-
telligēdu3 formalr̄:sicut supra dictū est de maledictio:
ɔhibemur eni3 affectu odij vel vindicte reddere ma-
lum pro malo:ita q̄ in malo alteri⁹ delectemur. Sed
si pro malo culpe:q̄d q̄s facit reddat iudex malu3 pe-
ne s̄m iustitia3 ad cōpensanda3 malitiā:materialiter
quide3 infert malu3:sed formalr̄ ⁊ per se infert bonū.
Unde cū iudex suspēdit latronē pro homicidio non
reddit malu3 pro malo:sed magis bonū pro malo. Et
hoc mō Apostolus quēda3 pro pctō incestus tradidit
sathane in interitū carnis: vt sp̄us saluus fiat:vt habeī
p̄me Corin.5. Scdo docet q̄ etia3 bona sint proximis
exhibenda dicēs. PROVIDENTES] .s. sitis. BONA
nō tantū coram deo.] vt.s. curetis satisfacere ɔscie ve-
stre coram deo. SED ETIAM coram oībus hoībus.]
vt.s.ea faciatis que hoībus placeant. prime Corin.10.
Sine offensione estote iudeis ⁊ gētib⁹ ⁊ ecclesie dei:
sicut ⁊ ego per oīa omnib⁹ placeo. ̄ᶜ Corin.13. Proui-
dentes bona nō solum coram deo:sed ēt coram oībus
hominib⁹. Hoc tn̄ cōtingit ⁊ bene ⁊ male fieri: si eni3
hoc fiat pp fauorē humanu3 nō bene agitur. Mat.6.
Attēdite ne iustitia3 vestrā faciatis coram hominib⁹:
vt videamini ab eis. Si aūt hoc fiat ad gloria3 dei bn̄
agitur. s̄m illud Mat.5. Sic luceat lux vestra coram
hominib⁹:vt videāt opera vestra bona: ⁊ glorificent
patrē vestrū qui in celis est. Tertio assignat ratione3
vtriusq3 dictoꝝ. Ad hoc enim debem⁹ abstinere a re-
tributione maloꝝ:⁊ coram hominib⁹ bona puidere

Suspēdēs latronis a iudice est reddere bonū p malo

vt cum hominibus pacem habeamus: ⁊ ideo subdit.
CVM OMNIBVS hominibus pacem hntes.] Heb.
vltimo. Pacem sequimini cum oībus. Sed hic addit
duo:quoꝝ primū est q̄d dicit. SI FIERI POTEST.]
Quādoq3 eni3 malitia alioꝝ impedit ne cū eis pace3
habere possimus:q̄a.s.cu3 eis pax haberi non pōt:nisi
eoꝝ malitie consentiaī:quā q̄dem pacem constat esse
illicita3. Unde dn̄s dicit Math.10. Non veni pace3
mittere:s3 gladiū. Aliud aūt addit dicens. QVOD EX
vobis est.] vt.s.⁊ si ipsi cōtra pace3 agant: tn̄ q̄d in no-
bis est facere nos debemus: vt coꝝ pace3 queramus.
ps. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus. Et alibi.
Inquire pacem ⁊ persequere eam.

¶ Deinde cū dicit. NON VOSMETIPSOS defenden
tes ⁊c.] Ostendit q̄ nō sint mala proximis inferēda
per modu3 defensionis. Et primo ponit documētum
dicēs. NON] sitis VOSMETIPSOS defendentes] o
CHARISSIMI:] sicut ⁊ de Christo dicit Esa.50. Dedi
corpus meū percutientib⁹ ⁊ genas meas vellentibus.
Et.53ᵒ Quasi agnus coram tondente se obmutuit ⁊c.
Unde ⁊ ipse dominus mandauit. Math.5. Si quis
te percusserit in vna maxilla prebe ei etiam alteram.
Sed sicut Augustinus dicit in libro cōtra mendaciū.
Ea que in nouo testamento a sanctis facta sunt valent
ad exempla intelligēdaru3 scripturaꝝ que in p̄ceptis
data sunt. Ipse aūt dn̄s cu3 alapa pcussus esset:nō ait.
ecce altera maxilla:s3 si male locutus sum testimoniū
perhibe de malo. Sin autē bene quid me cedis: Ubi
ostēdit p̄parationē alterius maxille in corde eē faciē-
dam. Paratus.n.fuit dn̄s nō solum in altera cedi pro
salute hoīs:sed in toto corpore crucifigi. Et sicut Aug.
dicit ad Marcellinu3:tunc q̄de3 hoc mandatu3 recte
fit cu3 ei crediī profecturū esse ppter quē fit ad aptā-
dam in eo correctionē atq3 cōcordiā:etiā si alius exi-
tus consequaī. Sunt igiī ista p̄cepta patiētie semp in
cordis preparatiōe retinenda: ⁊ ipsa beniuolentia ne
reddaī malu3 pro malo semp in voluntate cōplenda
est. Agēda sunt aūt ⁊ multa ēt cu3 inuitis benigna q̄dā
asperitate plectēdis. Scdo assignat rōnem cum dicit.
SED DATE locū ire] .i. diuino iudicio. Quasi diceret
cōmittatis vos deo qui suo iudicio pōt vos dfendere
⁊ vindicare. s̄m illud p̄ᵉ Pe. vltimo. Oēm sollicitudi-
nem vestrā proijciētes in eū:qm̄ ipsi cura ē de vobis.
Sed hec itelligēda sunt in casu in quo nobis nō adest
facultas aliter faciēdi s̄3 iustitiā:s3 q̄a vt dr̄ Deu. p̄mo.
Domini est iudicium:cū aliq̄s auctoritate iudicis:vel
vindictā querit ad cōprimēdam malitiā: ⁊ non ppter
odiu3: vel ēt cu3 auctoritate alicuius superioris suam
defensionē procurat:intelligiī locu3 dare ire.i. diuino
iudicio:cuius ministri sunt principes. vt dr̄ Infra.13.
Unde etiā Paulus pcurauit se per armatos defendi
contra insidias iudeoꝝ: vt patet Act.23.

¶ Deide cū dicit. SICVT scriptum est ⁊c.] Probat q̄d
dixerat: ⁊ primo per auctoritatē. Scdo per rōne3. ibi.
NOLI VINCI a malo ⁊c.] Circa primum duo facit.
Primo probat q̄d dictū est de ɔhibitione vindicte di-
cens. Dictū est. Date locum ire.i. diuini iudicio. SCRI-
ptum est eni3] Deut.32. MIHI VINDICTAM] .s. ser-
uate. ET EGO retribuā dicit dn̄s.] Nostra lr̄a sic h3.
Mea est vltio ⁊ ego retribua3 eis in tēpore. ps. Deus
vltionū dominus. Naum.1. Deus emulator ⁊ vlciscēs
dn̄s. Secūdo probat per auctoritatē q̄d dictum est de
beniuolentia exhibenda inimicis. In qua q̄de3 aucto-
ritate p̄mo ponit documētu3: vt subueniamus inimi-
cis in articulo necessitatis:q̄a hoc ē de necessitate pre-

Prebe ad alias maxillas intelligitur in corde esse facienda.

¶ Deide cū dic̄. ALIVS.n. ꝛc.]Exponit qō dixerat. Et p̄ ostēdit q̄ sūt ifirmi i fide. 2° ostēdit q̄lr sint disceptatiōes cogitationum vitāde ibi. IS QVI māducat ꝛc.] Circa p̄m ꝯsiderādū ē q̄ iter ceteras legales obseruantias vna erat discretio ciboꝝ pp aliq̄s cibos i lege ꝓhibitos: vt pz Leuit. 11. ꝛ hac qdē obſuātia q̄ttidie erat vtēdū vl nō vtēdū. Et iō de h̄ mentionē fecit specialr Apl's dicēs. ALIVS.n. q̄].s. ē pfect⁹ i fide CREDIT se posse licite māducare]eo q̄ nō reputat se astrictū ad legales obſuātias. Mat. 15. Qō itrat i os nō coinquinat hoiez. 1. Thi. 4. Ois creatura dei bona ꝛ nihil reijciēdū ꝛc. In veteri aūt lege ꝓhibebanᵗ aliq̄ cibi: non q̄a nālr cēnt imūdi. Sic̄.n. in xbis h̄ nomē stult⁹ sig̃t aliqō malū: ꝯūis h̄ nomē sit bonū. Ita in reb⁹ qōdam aial bonū ē s̄z nāz: s̄z signatiōe ē malū sic̄ porcus q̄ significat imūdiciā. Et iō ꝓhibit⁹ ē antiq̄s esus illarum carniū: vt significareᵗ i coꝝ vitatiōe vitatio imunditie. Tota.n. veteris ppli vita figuralis erat: vt Aug. dic̄ in lib° ꝯ Faustū. Ueniēte āt Chrō q̄ ē veritas cessauerūt fig̃. ¶ Subdit āt q̄ᵗᵐ ad ifirmū. QVI AVTEM ifirm⁹ ē olus māducet].q.d. Illis cibis vtatur qb⁹ nō occurrit aliqō imūdū i lege ꝓhibitū. In singulis.n. generib⁹ aialiū puta terrestrib⁹ volatilib⁹ ꝛ aq̄ticis q̄dā gn̄a erāt ꝯcessa: ꝛ q̄dā ꝓhibita: s̄z i herbis ꝛ arborib⁹ nihil erat ꝓhibitū: vt pz Leui. 11. ꝛ hui⁹ potest eē rō 2ᵃ. Una ē q̄a terre nascētia fuerūt a p̄n° ꝯcessa hoi ad edēdū. s̄m illō Gen. 1. Ecce dedi vobis oēz herbā afferentē semē sup terrā ꝛ vniuersa ligna q̄ hñt in semetipsis semētē gn̄is sui: vt sint vobis i escā. S̄z post diluuiū p̄ legiᵗ ꝯcessus carniu̾ esus. Uñ dr Gen. 9. Quasi olera virētia tradidi vobis oia. s. aialiū gn̄a. Alia rō ē q̄a p̄mā ꝓhibitionē de abstinēdo a q̄busdā terre nascētibus hō i paradiso trāsgressus fuerat: vt pz Gen. 3. ꝛ pp hoc nō erat ei filiis ꝓhibitio iterāda. S̄z cū legalia cessauerūt in Chri passiōe videᵗ q̄ icōueniēter Apl's infirmis i fide ꝑmittat q̄ a cibis ꝓhibitis i lege abstineant: qō nūc i Chriānis nō sustineᵗ ab eccl'ia. S̄z distiguēdū ē triplex tp̄s. s̄z Aug. q̄tū ad legalia. Primū ē tp̄s an̄ passiōez Chri i q̄ legalia suū robur obtinebāt q̄si adhuc viuētia. Scd̄z āt tp̄s ē post passionē Christi an̄ diuulgatiōez euāgelij. In q̄ qdem tpe legalia mortua erāt: q̄a nullus ad ea tenebaᵗ: nec obseruata aliq̄d ꝯferebāt alicui: nōdum tñ erat mortifera: q̄a sine pctō poterāt iudei ad Chrz ꝯuersi legalia obseruare: ꝛ p h̄ tpe loqtur h̄ Apl's. Tertiū āt tp̄s ē post diuulgationez euāgelij in q̄ legalia nō solū sūt mortua: s̄z mortifera: vt q̄sq̄s ea seruet peccet mortalr. Exponiᵗ aūt ꝛ aliter in glosa: vt dicaᵗ INFIRMVS]q̄ ē ad lapsū vitiorū carnaliū pronus: ꝛ huic ꝯsulendū est q̄ COMEDAT olus].i. tenues ꝛ aridos cibos q̄ nō sūt fomētū vitiorū: ꝛ abstineat ab illis qb⁹ excitaᵗ libido. S̄z ali⁹ q̄ est fortior credit se absq̄ piculo oia māducare. Et h̄ dūa

T̄ps an̄ passionez ꝛ post passionem et post vulgationē euāgelij.

apparet Mat. 9. iter discipulos Chri q̄ nō ieiunabāt tamē q̄ ꝯsortari p̄nia Chri. ꝛ discipulos Jo. baptiste q̄ ieiunabāt. Uñ ꝛ palam agētes a quibusdam cibis abstinēt nō pp eoꝝ imūdiciā. sed ad libidinē refrenādā.

¶ Deinde cū dic̄. IS QVI māducat ꝛc.]Exponit quō sunt vitāde disceptatiōes cogitationū: ꝛ p̄ q̄tū ad pfectos dicēs. IS QVI māducat].s. cū secura ꝯsciā oia vl etiā sine piculo libidinis NON SPERNAT nō māducātē].s. idifferēter oia tāq̄ ifirmū i fide vl q̄si ꝓnū ad vitia. Esa. 33. Ue q̄ spernis nōne ꝛ ipse sperneris: Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. Scd̄o loquiᵗ q̄tū ad ifirmos dicēs. ET QVI nō māducat].s. idifferēter oia vel q̄a ē ifirmus in fide de q̄ loquiᵗ Apl's: vl etiā q̄a ꝓnus ē ad libidinē NON IVDICET māducātē].s. idifferēter oia q̄si trāsgressorez legis vel q̄si in libidinē precipitē. Mat. 7. Nolite iudicare ꝛ nō iudicabimini. s̄. 2. Inexcusabilis es o hō ois qui iudicas.

¶ Deide cū dic̄. DEVS eni illū assumpsit ꝛc.]Assignat tres rōnes pp q̄s debem⁹ a falso iudicio abstinere. 2ᵃ poniᵗ ibi. SVO dño ꝛc.]3ᵃ ibi. TV AVTEM q̄ iudicas ꝛc.] Prima rō sumiᵗ ex auctoritate iudicātis. Uñ p̄ ostēdit hāc auctoritatē deo competere. Scd̄o excludit q̄ iudicium ad homines nō ꝑtinet ibi. TV QVIS es ꝛc.]Dicit q̄ p̄mo. Recte dc̄m est q̄ q̄ non māducat māducātē nō iudicet. DEVS.n. assumpsit illū]s.i. suū a se iudicādū. Zach. 11. Assumpsi mihi duas virgas. i. duos pplos. ps. Assumpsit me de aq̄s multis. Ille aūt qui assumiᵗ ad supioris iudiciū nō dz ab iferiori iudicari. Et ideo ꝯcludit. TV QVIS es].i. cui⁹ auctoritatis vel virtutis es QVI IVDICAS alienū seruū].i. pximū tuū q̄ est seruus dei. Requiriᵗ.n. in iudicāte auctoritas. s̄m illud Exo. 2. Quis ꝯstituit te p̄ncipē ꝛ iudicē super nos. Et Luc. 12. Quis me ꝯstituit iudicē aut diuisorē sup vos. S̄z ex hac rōne sequi videᵗ hois iudiciū de alio hoie eē illicitū. S̄z dd̄m est q̄ in tātū hois iudiciū licitū est inq̄tū agiᵗ auctoritate ꝯcessa diuinitus. Uñ dr Deut. 1. Audite illos ꝛ qō iustū est iudicate. Et postea sequiᵗ. Quia dei est iudiciū. i. auctoritate diuina agiᵗ. Si q̄s xo velit sibi vsurpare iudiciū sup ea q̄ nō sunt ei diuinitus ꝯcessa ad iudicādū ē iudiciū temerariū: sicut si q̄s iudex delegat⁹ a papa vellet i iudicādo trāsgredere mādati fines. De⁹ autē soli sibi reseruauit iudicare occulta que p̄cipue sunt cogitatiōes cordiū ꝛ futura. Et ideo si q̄s iudicare p̄sumpserit ē temerariū iudiciū. Uñ Aug. dicit in li° de sermone dñi in mōte. In his duob⁹ temerariū est iudiciū cū icertū sit quo aīo quid factū sit. vel incertū qualis futurus sit qui nūc sit bonus vel malus manifeste apparet.

¶ Deinde cū dic̄. SVO DOMINO stat aut cadit ꝛc.] Ponit 2ᵃᵐ rōnē q̄ qdē sumiᵗ ex fine meriti vel demeriti. Posset aliq̄s dicere q̄ lz hō nō habeat iudiciariā auctoritatē: tñ intromittere se dz iudicio alteri⁹ pp dānū vel fructū q̄ inde ꝓuenit. s̄z Apl's ostēdit h̄ ad deuz magis q̄ ad hoies ꝑtinere. Et sic ēt pp h̄ debem⁹ deo ꝓximoꝝ iudicia relinquere: nisi inq̄tū vice ipsi⁹ fungimur in iudicādo p auctoritatē nobis cōmissam. Circa h̄ tria facit. Primo ꝓponit qō itēdit. Scd̄o exēplificat ibi. NAM ALIVS iudicat ꝛc.]Tertio ꝓbat ꝓpositū ibi. QVI SAPIT diē ꝛc.]Circa p̄mū duo ꝓpōit. Primo q̄ q̄cq̄d circa hoiem accidit ad deū ꝑtinet cū dicit. SVO dño stat].s. recte agēdo. ps. Stātes erāt pedes nr̄i in atrijs tuis hierusalē. AVT CADIT].s. peccādo. Amos. 5. Domus israel cecidit ꝛ non adijciet vt resurgat. Ponit aūt sub distīctione. STAT AVT cadit]pp icertitudinē: q̄a multi videnᵗ cadere q̄ stant: ꝛ

ccōuerso. ſm illud. Eccl. 8. Uidi ipsos sepultos q cum adhuc viuerēt in loco scō erāt ⁊ laudabant̄ in ciuitate quaſi iuſtoꝝ opeꝝ. Loquit̄ aūt h̄ Apl's ſm ſilitudinē hoīs serui ad cuius dn̄z ptinet oē qd circa seruū agit̄. Nec intelligendū est q deo aliqd pficiat vel noceat si hō stet aut cadat. Dicit̄ n. Job. 35. Si peccaueris qd ei nocebis. porro si iuste egeris quid ei donabis. Sed quātū ad hoīes quod iuste agimus ad gloriaꝫ dei spectat. Mat. 5. Ut videāt opera vestra bona ⁊ glorificēt patrē vestrū qui in celis est. Qz aūt cadimus peccādo est hoībus occasio blaſphemādi deū. supra. 2. Nomē dei ppter vos blaſphemat̄ inter gentes. Uel qd dicit̄. SVO DOMINO stat aut cadit] exponēdū est in iudicio dn̄i sui. 1. Coꝝ. 4. Qui iudicat me dn̄s est. Secūdo ostēdit q si cadit ad deū ptinet dicēs. STABIT aūt.] q. d. Et si aliquis nūc cadat per pctm̄ tn̄ pōt eē q iteꝝ stabit. Et hoc oīno iplebit̄ si est pdestinatus. ps. Nunquid qui dormit nō adyciet vt resurgat. Mich. 7. Ne leteris inimica mea: q̄a cecidi resurgam. Et ppter h̄ si videmus aliquē manifeste cadētez nō debemus eum despicere temerarie iudicādo de eo q nūq̄ resurget: sed magis debemus pſumere q iterū stabit nō ex cōſideratione cōditionis humane: sed ꝯſiderādo virtutez diuinam. Unñ cū dicit. POTENS est deus statuere illū] ppter eius bonitatē: pſumere debemus q iteruꝫ statuet euꝫ. Ezech. 3. Ingressus est in me spūs ⁊ statuit me. s. pedes meos sic ⁊c. s. dictū ē. Si nō pmāserit i incredulitate iſerent̄. potēs est eni deꝰ iteꝝ iſerere illos.

❡ Deinde cū dicit̄. NAM ALIVS iudicat ⁊c.] Exemplificat qd dictū est. ⁊ pmo ppōit diuersitatē humane sententie dicens. Ideo dico q suo dn̄o stat aut cadit. NAM ALIVS iudicat inter diē ⁊ inter diem] .i. iudicat inter vnū dieꝫ ⁊ aliū: vt. s. vno die abstineat: ⁊ non alio. Qd quidē videt̄ ptinere ad infirmū in fide q reputat adhuc legalia eē obseruāda. Dicit̄ n. Leui. 24. Decimo die mēsis septimi dies expiationū erit affligetiſq3 animas vestras in eo. Et Judith. 8 Dicit̄ q Judith ieiunabat oībꝰ diebus vite sue pter sabbata ⁊ neomenias: ⁊ festa domus israel. ALIVS aūt iudicat oēm diē] indifferēter eē obseruādā q̄tū ad ieiunia legis q̄ iā cessauerūt. Unñ h̄ vr ptinere ad eū q est pfectꝰ in fide. ps. Per singulos dies bn̄dicā tibi. Potest h̄ etiaꝫ referri ad abstinentias que fiunt causa cohibēde libidinis: qbus omni die aliqui vacant: puta qui perpetuo a carnibus vel vino abstinent vel ieiunāt. quidā aūt interpositis diebus abstinent: ⁊ ab abstinentia cessant. ſm illud Eccl. 3. Omnia tempus habent.

❡ Scdo ondit oīa hec posse ad dei gloriaꝫ ptinere dicēs. VNVSQVISQVE in sensu suo abūdet] .i. suo sensui dimittat̄. Abūdare eni in sensu suo est sensuꝫ suum sequi. Eccl. 15. Deus ab initio cōstituit hoīem ⁊ reliqt illuꝫ in manu consilij sui. Uel IN SENSV suo] .i. ſm sensum suum studeat abūdare ad gl'iam dei. ſm illud 1. Coꝝ. 14. Ad edificationeꝫ ecclesie querite vt abundetis. Sed hoc videt̄ locū hēe in his que nō sunt ſm se mala. In his aūt que sunt ſm se mala nō est hō suo sensui relinquēdus. Qz aūt aliquis iudicet diē iter diē. videt̄ esse ſm se malum ſm primā expositionem. Dicitur eni Gal. 4. Dies obseruatis ⁊ menses ⁊ tēpora ⁊ annos. timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Et loqtur ad l'ram de his q dixerūt dies obseruādos ſm cerimonias legis. Sed dōm q Apl's hic loqtur ſm tēpus illud in quo iudeis ad fidem conuersis licitū erat legalia obseruare vt dictū est: sed q̄tuꝫ ad scdam expositionem videt̄ esse illicituꝫ qd dicit. Alius iudicat oēm diem. Sūt n. qdaꝫ dies in qbus nō est licituꝫ ieiunare. Dicit n. Aug. in ep'la ad Casulanū. Quisqs diē dn̄icum ieiunio decernēduꝫ esse putauerit nō paruo scandalo erit ecclie. Nec imerito. Illis. n. diebꝰ quibꝰ nihil certi statuit diuina scriptura mos ppl'i dei: ⁊ instituta maioꝝ pro lege tenēda sunt. Et in Decretis dicit̄ di. 30. Si quis presbyter ppter publicā pnīaꝫ a sacerdote acceptā absq3 alia necessitate die dn̄ica pro quadā religiōe ieiunauerit sicut manichei anathema sit. Sz itelligēdū ē q hic Apl's loquit̄ q̄tū ad illas abstinētias q̄ quolꝫ die licite fieri pnt absq3 dissonātia cōmunis ꝯsuetudis vl' coꝝ q̄ sūt a maiorib' istituta.

❡ Deinde cū dicit̄. QVI SAPIT diem ⁊c.] Probat ppositū: q. s. vnusqsq3 suo dn̄o stet aut cadat: ⁊ h̄ tripl'r. Primo p actuꝫ fideliū. Scdo per intētionem eorum ibi. NEMO. n. vestrū ⁊c.] Tertio p coꝝ ꝯditionem ibi. SIVE q̄ viuimꝰ siue morimur ⁊c.] Probat g̊ pͦ q vnusqsq3 fideliū suo dn̄o stat aut cadit p h̄ q de oibꝰ q̄ facit ſm suā ꝯsciaꝫ gratias agit deo. Unñ dicit. QVI SAPIT diē] vt. s. vno die abstineat ⁊ alio die ab abstinētia cesset DOMINO sapit] .i. ad reuerentiā dei cibos discernit: sicut ⁊ nos discernimus vigilias festoꝝ in qbus ieiunamus a diebꝰ festis quibꝰ ieiuniū soluimus ppter reuerētiā dei. Eccl. 33. Quare dies dieꝫ superat. ⁊ iterū. Lux lucē. Deinde loquit̄ q̄tū ad illos qui iudicant oēm diē. quoꝝ qdā oī die a ieiunio cessabāt. sicut di Mat. 9. q discipuli Chri nō ieiunabāt. Unde dicit̄. ET QVI mādūcat] .s. oī die DOMINO mādūcat] .i. ad gl'iaꝫ dn̄i. qd per h̄ pꝫ. GRATIAS. n. agit deo] .s. de cibo assumpto. 1. Thi. 4. Abstinere a cibis quos deus creauit ad pcipiēdū cū gratiaruꝫ actione fidelibꝰ. ps. Edent paupes ⁊ saturabunt̄ ⁊c. Ulteriꝰ q̄tuꝫ ad eū q sic iudicat oēm diem. vt. s. oī die abstineat: subdit. ET QVI nō mādūcat] .i. abstinet oī die DOMINO] .i. ad honoreꝫ dn̄i NON MANDVCAT.] Et h̄ pꝫ p h̄ q gratias agit deo q sibi dedit voluntatē ⁊ virtutē abstinēdi. 1. Thes. vltͦ. In oibus grās agite. Sz qd hic dicit Apl's de his qui oī die vel abstinebāt vel ab abstinentia cessabant debet intelligi quantum ad illud tēpus in quo hoc non erat contrarium statutis maioruꝫ nec cōmuni consuetudini populi dei.

❡ Deinde cū dicit̄. NEMO eni vestrū sibi viuit ⁊c.] Probat idē ex intētiōe fideliū. Et pͦ excludit inordinatam intētionē dicēs. Recte dico q vnusqsq3 dn̄o suo stat aut cadit. NEMO. n. nostrū viuit] vl' nāli vita vl' spūali de qua di Abac. 2. Iustus aūt meꝰ ex fide viuit SIBI] .i. pp seipm̄: quia hoc esset frui seipso. 1. Coꝝ. 10. Nō querēs qd mihi vtile. ps. Non nobis dn̄e non nobis ⁊c. vel SIBI] .i. ſm suā regulā sicut q dicunt Sap. 2. Sit fortitudo nostra lex iustitie. vel SIBI] .i. suo iudicio. 1. Coꝝ. 4. Sz neq3 meipm̄ iudico. ET NEMO morit̄] .s. morte corporali vel morte spūali peccādo. vel etiaꝫ morte spūali qua qs morit̄ vitijs: puta in baptismo ſm illud supra. 6. Qui mortuus est iustificatꝰ ē a peccato. Uel SIBI] .i. suo iudicio vel pp seipsuꝫ aut suo exēplo. sz exēplo Chri morit̄ aliquis a vitijs. Ro. 6. Qz eniꝫ mortuus est peccato mortuus est semel. ⁊ infra. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos eē peccato.

❡ Secūdo ondit qualis sit recta intētio fideliū dicēs. SIVE ENIM viuimꝰ] vita corporali DOMINO viuimus] .i. ad gl'iaꝫ dn̄i. SIVE MORIMVR] morte corporali DOMINO morimur] .i. ad honorē dn̄i. Phil. 1. Magnificabit̄ Chrs in corpore meo: siue per mortem: siue per vitam. Uel sic exponatur qd dicit DOMINO] .i. iudicio domini qui constitutus est a deo iudex viuoꝝ

Die dn̄ico nō est ieiunādū.

[illegible] seruat vl' [illegible] statuta maiorū vl' ꝯsuetudinē populi Christiani.

dex viuorum et mortuorum. vt dicitur Act. 10.

¶ Deinde cum dicit. SIVE ergo viuimus etc. Ostendit proposi- tum ex conditione fidelium. Et primo concludit ex premissis fidelium. quod non sunt sui: sed alterius. Illi enim qui sui sunt sunt liberi homines sibi viuunt et sibi moriuntur. Cum ergo dictum est quod fideles non sibi viuunt aut moriuntur: sed domino: concludit sic. SIVE ergo viuimus: siue morimur domini sumus: quasi serui eius qui habet potestatem vite et mortis. 1. Cor. 7. Precio empti estis et nolite fieri serui. Empti enim estis precio magno. 1. Paral. 12. Tui sumus o Dauid et tecum fili ysai. Secundo assignat causam huius conditionis dicens. IN HOC enim Christus mortuus est et resurrexit i. hoc adeptus est sua morte VT VIVORVM dominetur quia resurrexit vitam nouam et perpetuam inchoando. ET MORTVORVM: quia mortem nostram moriendo destruxit. 2. Cor. 5. Pro quibus mortuus est Christus vt qui viuunt iam non sibi viuant: sed ei qui pro eis mortuus est et resurrexit. Sic igitur per omnia predicta Apostolus probauit quod vnusquisque suo domino stat aut cadit per hoc. quod fideles gratias agunt deo et quod domino viuunt et moriuntur: et quod domini sunt et in morte et in vita.

¶ Deinde cum dicit. TV AVTEM quid iudicas etc. Ponit tertiam rationem que sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primo proponit superfluitatem priuati iudicii dicens. TV AVTEM quid iudicas i. qua vtilitate vel necessitate iudicas FRATREM tuum temerarie de occultis que tuo iudicio non sunt commissa: Aut tu alius qui iudicaris QVARE spernis fratrem tuum pro nullo reputans ab eo iudicari: Mal. 2. Quare despicit vnusquisque fratrem suum. Secundo premittit futurum Christi iudicium. q. d. Recte dico quod iudicas quia non debes timere quod absque iudicio remaneat. OMNES enim stabimus ante tribunal Christi. Dicitur autem tribunal Christi eius iudiciaria potestas. sicut et Mat. 25. dicitur. Cum venerit filius hominis in maiestate sua tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Dicit autem omnes stabimus quasi iudicandi tam boni quam mali quantum ad remunerationem vel punitionem. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Sed quantum ad discussionem non omnes stabunt vt iudicandi: sed quidam consedebunt vt iudices. Mat. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. Tertio ibi. SCRIPTVM est enim etc. Probat quod dixerat. Et primo inducit auctoritatem. Secundo infert conclusionem ibi. ITAQVE vnusquisque etc. Dicit ergo primo. Dictum est quod omnes stabimus ante tribunal Christi. et hoc patet per auctoritatem sacre scripture. SCRIPTVM est enim. Esa. 45. VIVO EGO dicit dominus quoniam mihi flectetur omne genu: et omnis lingua confitebitur deo. Littera nostra sic habet. In memetipso ego iuraui: quia mihi curuabitur omne genu: et iurabit omnis lingua. Tria autem in his verbis ponuntur. Primo quidem iuramentum quod interdum in verbis dei ponitur ad ostendendum id quod dicitur firmum esse immutabilitate diuini consilii: non autem esse mutabile sicut ea que pronunciantur secundum causas inferiores vt prophetia comminationis. Unde dicitur in ps. Iurauit dominus et non penitebit eum. Homines autem vt Apostolus dicit Heb. 6. per maiorem sui iurant. Cum autem deus non habet maiorem in quo maior firmitas consistat veritatis per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa vita et fons vite: et ideo forma iuramenti domini est. VIVO EGO i. q. d. Iuro per vitam qua ego singulariter viuo. Secundo pronunciatur subiectio omnis creature ad Christum cum dicit. QVONIAM mihi i. scilicet Christo FLECTETVR omne genu. In quo designatur perfecta subiectio rationalis creature ad Christum. Solent enim homines in signum subiectionis maioribus flectere genua. Unde Phil. 2. dicitur. In nomine Iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Tertio pronunciat fidei confessionem qua omnes gloriam Christi confitebuntur. Unde sequitur. ET OMNIS lingua confitebitur deo i. confitebuntur Christum esse dominum. secundum illud Phil. 2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Omnis autem lingua intelligi potest expressio cognitionis siue hominum siue angelorum. Hoc autem impletur nunc in hac vita non quantum ad singulos homines: sed quantum ad genera singulorum. De quolibet enim genere hominum nunc aliqui Christo subiiciuntur et ei confitentur per fidem: sed in futuro iudicio omnes et singuli ei subiicientur. boni quidem voluntarie: mali autem inuiti. Unde dicitur Heb. 2. In eo quod ei omnia subiecit nihil dimisit non subiectum ei: nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei.

Iuramentum in deo designat immutabilitatem diuini consilii.

Omnis lingua i. omnis cognitio siue hominum siue angelorum.

¶ Deinde cum dicit. ITAQVE vnusquisque etc. Infert conclusionem ex dictis. Et primo conclusionem intentam ex eo quod immediate dixerat dicens. Itaque ex quo Christo flectetur omne genu VNVSQVISQVE nostrum pro se reddet rationem deo i. scilicet ante tribunal Christi Matth. 12. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent deo rationem in die iudicii. Et. 18. Assimilatum est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. ¶ Sed videtur quod non quilibet pro se rationem reddet: sed vnus pro alio. Heb. vlt. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed dicendum quod in hoc ipso quod prelati pro aliis rationem reddent: reddent rationem pro suis actibus quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerunt quod competebat eorum officio non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur autem eis si negligerent facere quod eorum officium requirebat. Unde dicitur Ezech. 3. Si dicente me ad impium morte morieris: non annunciaueris ei. Ipse in iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio: et ille non fuerit conuersus: ipse quidem in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuam liberasti. Secundo infert conclusionem principaliter intentam in tota precedenti parte dicens. NON ERGO amplius inuicem iudicemus i. scilicet temerario iudicio: quod includitur rationibus supradictis. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare etc.

¶ Uerum illud iudicate magis: ne offendiculum ponatur fratri: aut lapsus occasio. Noui siquidem: et persuasum habeo per dominum Iesum: nihil esse commune per se: nisi ei qui existimat aliquid esse commune: illi commune est. Uerum si propter cibum frater tuus contristatur: non iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas: pro quo Christus mortuus est. Ne vestrum igitur bonum: hominum maledicentie sit obnoxium. Non enim est regnum dei cibus ac potus: sed iustitia: et pax: et gaudium: in spiritu sancto. Etenim qui per hec seruit Christo: acceptus est deo: et probatus hominibus. Itaque que sunt pacis sectemur: et que edificationis alius erga alium. Ne cibi causa destruas opus dei.

¶ Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et confido in domino Iesu. quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse: illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca et potus. sed iustitia et pax gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo: placet deo et probatus est hominibus. Itaque que

pacis sunt sectemur: et que edificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escā destruere opus dei. Lec. II.

Postq̄ Apls pħibuit humana iudicia: hic pħibet scandalū primoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo pponit qđ itēdit. Scđo manifestat ppositū ibi. SI ENIM ppter cibū ⁊c. Circa p̄mū pponit tria. Primo enī docet scandala eē vitāda dicēs. Dixi q̄ nō iudicetis inuicē: sed vnusquisq̄ de suis actib' iudicare debet ne sint in scādalum alioꝝ: ⁊ hoc est qđ dicit. SED HOC iudicate magis ne ponatis fratrib' offendiculū vel scādalum. Scādaluꝫ aūt sicut dicit Hiero. sup Matth. notat offendiculū vel ruinā quā ipactionez pedis possumus dicere. Un̄ scandaluꝫ est factum vel dictū minus rectum: pbēs alicui occasionē ruine ad silitudinē lapidis ad quē in via positū hō ipingit ⁊ cadit. Maius autē aliquid videt̄ esse scādalū q̄ offendiculū. Nam offendiculuꝫ potest eē q̄cquid retinet seu retardat motū procedētis. scandalū aūt .i. ipactio videtur esse cū aliquis disponit̄ ad casuꝫ. Non ḡ debemus fratri ponere offendiculuꝫ vt aliqđ faciam' vnde impediat̄ primus a via iustitie. Esa. 57. Auferte offendiculuꝫ de via ppli mei. Neq̄ ēt debemus fratri ponere scandalū aliquid faciendo vn̄ ipse inclinetur ad peccatū. Mat. 18. Ve hoi illi per quē scandalū venit. Secūdo docet id ex quo scandalū pbat̄ esse s'm suam nām siue s'm se licitū. Circa qđ sciendū est q̄ sicut supra dictū est apud Romanos erāt q̄dam ex iudeis ad fidē cōuersi qui cibos s'm legē discernebant. alij xpo hn̄tes fidem pfectam idifferenter oibus cibis vtebātur qđ q̄dē s'm se licitū erat. Unde dicit. SCIO ⁊ confido in dn̄o Jesu: q̄ nihil est cōe per ipsuꝫ. Circa qđ notādum est q̄ sicut dicit Hieron. sup Mat. q̄ populus iudeoꝝ partē dei se eē iactans. cōes cibos vocat quibus oēs vtūtur hoies. v.ḡ. suillam carnē. lepores ⁊ hmōi. Cōe igitur qđ ceteris hoibus: q̄ ⁊ quasi non ens de parte dei p imundo appellat̄. Cū ergo dicit. NIHIL cōe est idē est ac si diceret nihil imūdum est. Et hoc quidem Apls p̄mum dicit se scire: q̄ ita est s'm rē ipsam nām s'm illud. 1. Thi. 4. Omnis creatura dei bona ⁊ nihil reijciēdū qđ cū gratiarū actiōe pcipit̄. Secūdo dicit se cōfidere in Chro Jesu: q̄ per ipm nihil est cōe: q̄ s. cibi s'm suā nām nūq̄ fuerūt imūdi: vitabantur tn̄ aliquo tempore vt imundi s'm legis p̄ceptū ppter figurā: sed hoc Chrs remouit implendo oēs figuras. Et ideo Apostolus per fiduciam quaꝫ habꝫ in dn̄o Jesu asserit NIHIL esse cōmune vel imundum PER IPSVM .i. ipso hoc faciente. Act. 10. Quod de' purificauit tu ne immundum dixeris.

Diffō scandali.

Dria inter scādalū ⁊ offendiculum.

¶ Tertio ostēdit quō hoc posset esse per accidens illicitum: inquātū s. est cōtra ɔsciam mādūcantis. Unde dicit. Dictum est q̄ NIHIL est cōe. Sꝫ hoc intelligēdum est nisi ei qui erronea cōscientia estimat quid idest aliqđ ciboꝝ cōmune eē .i. imunduꝫ illi cōe est .i. ita est illicitum sibi ac si esset s'm se imūdū. Tit. 1. Oia munda mūdis: coinquinatis autem ⁊ infidelibus nihil mūdum est. sed inquinata est coꝝ mens ⁊ cōsciētia. Et sic apparet q̄ aliqđ qđ est s'm se licituꝫ efficitur illicitū ei qui id cōtra suam ɔsciam agit: lꝫ ɔsciētia sua sit erronea qđ rōnabiliter accidit. Nā actus iudicant̄ s'm volantatem agētiū: volūtas autēꝫ mouet̄ a re apprehensa. Un̄ in id volūtas tendit qđ ei vis apphensa repn̄tat. ⁊ s'm hoc qualificat̄ vel specificat̄ actio. Si igitur rō alicuius iudicet aliqđ esse peccatū ⁊ voluntas fertur in id faciēdum: manifestū est q̄ hō hꝫ volūtatē faciēdi peccatū: ⁊ ita actio eius exterior que informatur ex volūtate est peccatum. Et eadē ratione si aliquis estimet id qđ est veniale peccatū eē mortale peccatū si hoc ɔsciētia durante illud faciat: manifestū q̄ eligit peccare mortalr: ⁊ ita actio eius pp̄ suam electionē est peccatuꝫ mortale. Si tn̄ aliq̄s ex post facto habeat ɔsciētiaꝫ erroneā per quā credat id qđ est licitum a se factū fuisse peccatuꝫ. vel qđ est veniale fuisse mortale nō ppter hoc efficit̄ id qđ est prius vel peccatū vel mortale: q̄ volūtas ⁊ actio nō iformant̄ ex apprehēsiōe sequēti sꝫ ex p̄cedēti. Hec aūt que dicta sūt dubitationē nō hn̄t. Sꝫ dubiū pōt eē vtruꝫ si aliquis habeat erroneā ɔsciam vt credat eē necessariū ad salutē qđ est peccatū mortale: puta si aliq̄s estimet se peccare mortalr nisi furet̄ vel fornicet̄. vtrū talis ɔscientia eum liget .s. q̄ si cōtra ɔsciam agat mortalr peccet. Et videt̄ q̄ nō. p̄ q̄dē q̄ lex dei q̄ pħibet fornicationē ⁊ furtū fortius ligat q̄ ɔscia. Scđo q̄ h̄ posito eēt pplexus peccaret .n. ⁊ fornicādo ⁊ nō fornicādo. Sed dicēdū est q̄ ēt in per se malis ɔscia erronea ligat. Intātuꝫ enī ɔscia ligat vt dictū est inq̄ntū ex hoc q̄ aliq̄s ɔ ɔsciam agit: sequit̄ q̄ habeat volūtatē peccādi. ⁊ ita si aliquis credat nō fornicari eē peccatū mortale dū eligit non fornicari eligit peccare mortalr. ⁊ ita mortaliter peccat. Et ad h̄ ēt facit qđ h̄ dicit Aplus. Manifestū est .n. q̄ discernere cibos nō necessariū ad salutem erat illis: q̄ nec iudeis ɔuersis ēt ante diuulgationeꝫ euāgelij licebat seruare legalia spē ponēdo in eis q̄si essent necessaria ad salutē vt Aug. dicit. Et tn̄ Aplus h̄ dicit q̄ si quis hn̄s ɔsciam cogētē discernere cibos qđ est estimare aliqđ eē cōe: ⁊ nō discernit eos .s. abstinendo ab eis peccat ac si mādūcaret imūdū. Et ita ēt in p se illicitis ɔscia erronea ligat. Nec obstat qđ p̄ obijcit̄ de lege dei: q̄ idē est ligamen ɔscie ēt erronee: ⁊ legis dei. Nō .n. ɔscia dictat aliqđ eē faciēdum vel vitāduꝫ: nisi q̄ credit h̄ eē legē dei. Non .n. lex nostris actibus applicat̄: nisi mediante cōscia nostra. Silr ēt nec obstat qđ scđo obijcit̄. Nihil .n. prohibet aliquē eē pplexū aliquo supposito: lꝫ nullus sit perplexus simplr. sicut sacerdos fornicarius siue celebret missaꝫ: siue nō celebret q̄n̄ dꝫ ex officio peccat mortalr: nō tn̄ est perplexus simplr: q̄ pōt peccatū dimittere ⁊ celebrare. Et silr pōt aliquis ɔsciam erroneaꝫ dimittere: ⁊ a peccatō abstinere. ¶ Est aūt adhuc alia dubitatio. Nō .n. oi scādalisare qui facit opus rectū: lꝫ ēt ex eo aliq̄s sumat materiā scandali. Legit̄ .n. Matth. 15. q̄ pharisei audito vbo Chri scandalisati sunt. sꝫ nō discernere cibos est opus rectū. ḡ nō est dimittēdum pp̄ scandalū eius qui peruersaꝫ ɔsciaꝫ hꝫ errans in fide. Nā s'm hoc catholici deberēt abstinere a carnib' ⁊ matrimonio ne inde heretici scandalisarētur s'm erroneā ɔsciam. ¶ Sed dicēdū est q̄ aliquis scandalisare aliū pōt nō solū faciendo aliqđ maluꝫ. sꝫ ēt aliquid faciēdo qđ habꝫ spēꝫ mali s'm illud. 1. Thess. vlti°. Ab oi spē mali abstinete vos. Dicitur aūt aliquid hic spēꝫ mali dupl'r. Primo videlꝫ s'm opionēꝫ eoꝝ q̄ sunt ab ecclia p̄cisi. Secundo s'm opinionem eorum qui adhuc ab ecclesia tolerantur. Infirmi autē in fide estimātes legalia esse obseruanda adhuc tolerabantur ab ecclesia an̄ euāgelij diuulgationē. Et ideo nō erat comedēdū cū eoꝝ scandalo de cibis in lege prohibitis. Heretici aūt nō tolerant̄ ab ecclesia: ⁊ ideo de eis nō est silis ratio.

Modo id qđ nō est peccatū a nobis fit peccatum.

Dubiū an faciēdo peccatū mortale q̄ ɔscia dictat esse faciēduꝫ peccat mortaliter.

Ligamē conscie idē est ⁊ legis.

¶ Deinde cū dicit. SI ENIM ppter cibum ⁊c. Manifestat qđ dixerat. Et p̄mo p̄mit s. q̄ non sit ponendum

scandalum

scandalum fratribus. Scdo 2^m^ et 3^m^ quo.s. sit aliqd cōe ibi. OMNIA quidē munda sunt rc̄.] Circa p̄mum ponit quatuor rōnes: quarum p̄ma sumitur ex parte charitatis dicēs. SI ENIM frater tuus contristatur] de h̄ q̄ reputat te peccare PROPTER cibū] quē tu comedis: quē ipse reputat immundum: IAM NON s̄m charitatem ambulas] s̄m quā aliquis p̄ximum suū diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius cōtristationē et non prefert cibum quieti fratris: quia vt dicit̄.1.Cor.13. Charitas nō querit que sua sunt. Scdam rationem ponit ibi. NOLI CIBO tuo rc̄.] Que sumitur ex parte mortis Chri. videt̄ enī paruz appreciare mortē Chri q̄ p̄ cibo fructum eius euacuare non recusat. Unde dicit. NOLI CIBO tuo] quē tu.s. indifferēter comedis non discernendo cibos ILLUM perdere] i.scandalizare: PRO QVO] i.pro cuius salute CHRISTVS mortu^9^ est] .1.Pe.3. Christus semel mortuus est iustus p̄ iniustis. Dicit autē illum perdi qui scādalizatur: qa scandalū passiuum sine peccato scandalizati eē non pōt. Ille.n. scandalizatur qui occasionē sumit ruine. 1 Corinth.8. Peribit infirmus in tua ɔsciā frater: pro quo Christ^9^ mortuus est. Terciā rationem ponit ibi. NON ERGO blasphemetur rc̄.] Que sumitur ex donis spūalis gratie. Et p̄mo ostēdit incōueniēs qd̄ sequitur cōtra bōa dona ex eo q̄ alios scandalizamus. Secundo manifestat qd̄ dixerat ibi. NON ENIM rc̄.] Tertio īfert cōclusionē intētam ibi. ITAQVE que pacis sunt sectemur rc̄.] Circa p̄mum cōsiderandum est q̄ ex hoc q̄ aliqui indifferēter cibis vtebantur in p̄mitiua eccl'ia cum scandalo infirmoꝝ hoc inconueniēs sequebatur q̄ infirmi fidē Chri blasphemabant dicētes eam voracitatē ciboꝝ inducere cōtra legis mādatum. Et iō Apl's dicit. ex quo per dnm̄ Jesum factū est q̄ nihil est cōe. NON ERGO bonū nostrum] i.fides vel gratia Christi per quā libertatem a cerimonijs cōsecuti estis BLASPHEMETVR] ab infirmis dicētibus eam gule hominum indulgere. Jac.2. Ipsi blasphemant nomen bonū qd̄ inuocatum est super vos. de hoc bono dicit̄ in ps. Mihi adherere deo bonum est.

¶ Deīde cū dic̄. NON ENIM rc̄.] Manifestat q̄ dixerat.s.in quo bonū nostrū consistat: et p̄mo ostēdit in quo nō cōsistat dicēs. NON ENIM est regnū dei esca et potus.] Regnū aūt dei dicit̄ hic id p̄ qd̄ de^9^ regnat in nobis: et p̄ qd̄ ad regnū ipsius p̄uenimus. de quo dr̄ Mat.6. Adueniat regnū tuū. Et Mich.4. Regnabit dn̄s sup oēs in mōte Syon. Deo aūt ɔiūgimur et subdimur p̄ iteriorē itellectū et affectū vt dr̄ Jo.4. Spūs ē de^9^ et eos q̄ adorāt eū in spū et veritate adorare opz. Et inde ē q̄ regnum dei p̄ncipal'r cōsiderat̄ s̄m iteriora hoīs nō s̄m exteriora. Un̄ dr̄ Luc.17. Regnū dei intra vos est. Ea xo que sunt exteriora ad corpus p̄tinētia intātū ad regnū dei p̄tinēt inquātū p̄ ea ordinatur vel deordinat̄ iterior affectus s̄m ea in q̄bus p̄ncipaliter ɔsistit regnum dei. Et ideo cū esca et potus ad corpus p̄tineant ipsa s̄m se non p̄tinēt ad regnum dei nisi s̄m q̄ eis vtimur vl' ab eis abstinemus. Un̄ dicitur.1. Cor.8. Esca aūt nos nō cōmēdat deo. Neqz.n.si non manducauerimus deficiemus: neqz si manducauerimus abundabimus. Pertinet tamē vsus vel abstinētia esce et potus ad regnum dei inquantum affectus hominis circa hoc ordinatur vel deordinat̄. Un̄ Augu. dicit in libro de questionibus euāgelij. et habetur hic in glo. Justificatur sapiētia a filijs suis qui intelligūt non in abstinēdo nec in māducando eē iustitiam: sed in equanimitate tolerandi inopiam et in tēperātia nō se corrumpēdi p̄ abundantiam atqz importunitatem sumendi. Non.n.interest questio vt in glo. dicit̄ quid alimētoꝝ vel quātū quis accipiat: dūmodo id faciat pro cōgruētia hoium cū quibus viuit et p̄sone sue et p̄ valitudinis sue necessitate: sed quāta facilitate et serenitate animi careat his. vel cū opz vel cū necesse ē his carere. Scdo ostēdit in quo ɔsistat bonū nostrū qd̄ regnū dei vocat dicēs. SED] regnū dei est IVSTITIA et pax et gaudiū in spū sancto.] Ut iustitia referat̄ ad exteriora op̄a quib^9^ hō vnicuiqz reddit qd̄ suū est ad voluntatē hōi op̄a faciēdi: vt dicit̄ Mat.6. P̄rimū q̄rite regnū dei et iustitiam eius. Pax aūt referat̄ ad effectus iustitie. Per h̄.n. pax maxie p̄turbatur q̄ vn^9^ hō nō exhibet alteri qd̄ ei dz. Un̄ dicit̄ Esa.32. Op^9^ iustitie pax. Gaudiū aūt referēdū est ad modum quo sunt iustitie op̄a p̄ficiēda. vt.n. dicit Ph's in p̄ ethico. Nō est iustus q̄ nō gaudet iusta op̄atiōe. Un̄ et in ps. dicit̄. Seruite dn̄o in leticia. Cām aūt hui^9^ gaudij exprimit dicēs. IN SPIRITV sancto.] Est.n. spūs sanctus quo charitas dei diffundit̄ in nobis vt dr̄ sup̄.5. Illud.n. est gaudiū in spū sancto qd̄ charitas parit. puta cum aliqs gaudet de bonis dei et p̄ximoꝝ. Unde.1. Cor.13. dicit̄. q̄ charitas nō gaudet sup iniqtate: congaudet aūt veritati. Et Gal.5. dicit̄. Fructus aūt spūs est charitas, gaudiū, pax. Hec aūt tria q̄ hic tāgunt̄ imperfecte qdē in hac vita hn̄tur: p̄fecte aūt quādo sancti possidebūt regnū dei sibi paratum vt dr̄ Math.2. Ibi erit p̄fecta iustitia absqz omni pctō. Esa.6. Ppl's tuus oēs iusti. Ibi erit pax absqz omni p̄turbatiōe et motu. Esa.32. Sedebit ppl's meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie. Ibi erit gaudium. Esa. 35. Gaudiū et letitiā obtinebūt et fugiet dolor et gemitus. Tertio p̄bat qd̄ dixerat.s. q̄ in his regnū dei consistit. Ille.n. hō videt̄ ad regnū dei pertinere qui placet deo et a sanctis hoibus approbatur. sz hoc illi ɔtingit in quo inuenit̄ iustitia, pax, et gaudiū. g̃ in his ē regnū dei. Dicit g̃. dcm̄ est q̄ regnū dei est iustitia, pax, et gaudiū in spū sancto. QVI ERGO IN h̄ seruit Christo] qui est rex huius regni. s̄m illud Col.1. Trāstulit nos in regnū filij dilectionis sue: vt.s. viuat in iustitia pace et spūali gaudio. PLACET deo] q̄ est huius regni rector. Sap.4. Placēs deo fact^9^ dilect^9^. ET PROBATVS ē hoīb^9^] i.ab eis approbat̄ q̄ sūt hui^9^ regni p̄ticipes. Eccl.31. Qui p̄bat^9^ ē i illo et p̄fect^9^ inuēt^9^ est.

¶ Deīde cū dic̄. ITAQVE rc̄.] Infert admonitionem intētam dicēs. Ex quo regnū dei cōsistit in iustitia pace: et spūali gaudio itaqz vt ad regnū dei p̄tinere possimus sectemur ea QVE PACIS sunt] i.ea studeam^9^ adimplere p̄ que chrianoꝝ pacē cōseruem^9^. Heb.12. Pacē sequimini et sanctimoniā rc̄. CVSTODIAMVS inuicē ea que sunt edificationis] i.ea p̄ que iuicē nos edificemus. i.bonum cōseruemus et in melius p̄uocemur. 1 Cor.14. Ad edificationem ecclesie querite vt abūdetis. Qd̄ qdē fiet si in iustitia et spūali gaudio vixerimus. ¶ Quartam rōnē ponit ibi. NOLI propter escam rc̄.] Que sumit̄ ex reuerētia diuinoꝝ operum quib^9^ hoc reuerētie debemus vt ea que deus operatur nō debeamus destruere p̄p aliqd̄ cōmodū corporale. Et hoc est qd̄ dicit. NOLI p̄pter escam] q̄ ad corporis vtilitatē p̄tinet DESTRVERE opus dei.] Qd̄ qdem nō intelligit̄ de quocūqz dei opere. Nā oia que in cibum hoīs veniūt dei opera sunt sicut terre nascentia et aialium carnes que sunt hoibus in cibū a deo cōcessa vt pz Gen̄.p̄.et.9. Sz itelligitur de op̄e gratie qd̄ in nobis ipse spūaliter opat̄. Phil.6. Deus.n. est qui operatur

Iustitia pax: gaudiū imp̄fecte hic habet. p̄fecte vo in patria.

in nobis velle τ pficere p bona volūtate. Hoc igitur opus dei nō debemus in pximo destruere pp escam nostrā: sicut facere videbantur illi q turbatione τ scandalo proximorum indifferentibus vtebantur.

Timo.4. 1.Cor.8. ❡ †Oia qdē pura: sed malū est hoi: q per offendiculū vescit. † Bonū est nō edere carnes: neq bibere vinū: neq qcq̄ p qd frater tuus impingit: aut offendit: aut infirmat. Tu fidē habes? Apd temetipm habe corā deo. Beat⁹ q nō iudicat seipm in eo qd pbat. At q diiudicat: si ederit: dēnatus est: quoniam nō edit ex fide. Porro quicquid ex fide non est: peccatum est.

❡ Oia qdē mūda sunt s malū est hoi q p offendiculū mād ucat. Bonū est nō manducare carnē τ nō bibere vinū: neq i quo frater tuus offendit aut scādalizat aut ifirmat. Tu fidē quā habes penes temetipm habe corā deo. Beatus qui nō iudicat semetipm in eo quod pbat. q aūt discernit: si māducauerit dānat⁹ ē: qa nō ex fide. oē aūt qd nō est ex fide peccatū est. Lec. III.

Postq̄ Apls posuit rōnē ad ostendēdū q non debemus cū scādalo pximoz idifferēter sumere oia: hic ostēdit qualr aliq cibi pñt eē mundi τ imūdi. Et circa h duo facit. Primo pponit q̄ sūt mūda ex sua nā dicēs. OMNIA qdē] que. s. ad escā hois pertinere pñt MVNDA sunt] s. ex sui nā: qa ex sui nā nō hñt q etiam hoīs inquinēt. sm illud Mat. 15. Nō n. oē qd intrat in os coinquinat hoiem. 1. Ti. 4. Ois creatura dei bona. Dicebant aūt in lege q̄dam imunda nō nā sed significatiōe vt pz Leui. 11. Sed τ hāc imūditiē Chūs remouit implēdo veteris legis figuras. Vñ dictū est Petro Act. 10. Qd de⁹ purificauit tu ne cōe dixeris. i. imūdū. Scdo ibi. SED MALVM est hoi τc.] Ostēdit qualr aliquis cib⁹ hoi possit fieri imundus: vt. s. ex eius esu sm aiaz inquinet. qd quidē ostēdit fieri dupl r. Primo ex eo q aliqs cibum quēcūq cū scādalo pximoz māducat. Scdo ex eo q cōtra psciaz māducat ibi. BEATVS qui nō iudicat τc.] Circa pmū tria facit. Pmo ostēdit quid circa esum ciboz sit malū dicēs. Lz OMNIA ex sui nā sint MVNDA:] sed tn̄ MALVM est hoi qui māducat] quēcūq cibū PER OFFENDICVLVM] i. cū pfusiōe τ scandalo pximoz. Mat. 18. Ve hoi illi per quē scādalū venit. Scdo ostēdit quid circa hm vsum ciboz sit bonū dicēs. BONVM est nō māducare carnē τ non bibere vinū.] quoz pmū pcipuū eē videt iter cibos. 2m inter potus. Et ab his quidē abstinere ponit bonum eē. vel pter carnis pcupiscētiaz hebdomadā sm illud Eph. 5. Nolite inebriari vino in q̄ est luxuria. Vl etiā vt hō reddat habilior ad spūalia pteplanda sm illud Eccl. 2. Cogitaui a vino abstrahere carnē meā vt aium meū trāsferrē ad sapiētiā. Sz hoc non itēdit hic Apls dicere: sed q bonū est his nō vti cū scādalo proximoz. qd quidem apparet ex hoc quod subdit. NEQVE in quo frater tuus offendit τc] q. d. Nō solum dico de vino τ carnib⁹ q bonū est eis nō vti: sz quocūq alio cibo FRATER tuus offendit] i. turbat cōtra te quasi illicite agētes per qd pax eius pturbat aut SCANDALIZATVR] i. ad casum peccati puocatur pp qd ledit eius iustitia aut infirmat] s. saltē in dubitatione venit vtrū hoc qd agit sit licitū per qd eius spūale gaudiū diminuit. Vñ τ ipse Apls dicit 1. Cor. 8. Si esca scādalizat fratrē meū nō māducabo carnē in eternū ne fratrē meū scādalizem. ❡ Sz cū licitū sit his cibis vti si est ab his abstinendū pp h q vitet scandalū pximoz vr pari rōne q ab oib⁹ licitis q̄ non sunt necessaria ad salutem sicut sunt necessaria iustitia pax τ spūale gaudiū sit pp pximoz scādalum abstinēdū. Et ita videt q hoi nō liceat sua repetere cū scādalo pximi. Sz dicēdū est q si scādalū ex infirmitate vel ex ignorātia pueniat eoz qui pp h scādalizantur ad vitādū hoc scandalū dz hō a licitis abstinere si nō sunt necessaria ad salutē. Hoc. n. est scandalum pusilloz qd dñs vitari iubet Mat. 18. Videte ne cōdēnetis vnū ex his pusillis. Si vo hm scādalum ex malitia pueniat eoz q scandalizant tale scādalū est quasi pharisaeoz: qd dñs Mat. 15. docuit eē ptēnēdū. Vñ ad vitandū hm scādalū nō opz a licitis abstinere. Sz tn̄ circa scandalū pusilloz attēdēdū est q ppter illud vitādū tenet hō vsū licitoz differre quousq reddita rōne hoc scādalū amoueri possit. Si vo rōne reddita adhuc scādalū maneat: iā nō videtur ex ignorātia vel ex īfirmitate pcedere: sz ex malitia: τ sic iam ptinebit ad scādalū pharisaeoz. Tertio excludit quādā excusationē. Posset. n. aliquis dicere. Lz pximus scandalizet de h q idifferēter ego cibis vtor: tn̄ ad ostēsionē mee fidei p quā certū ē h mihi licere volo indifferēter cibis vti. Sz hāc respōsionē excludēs Apls dicit. TV QVI] s. indifferēter cibis vteris FIDEM habes] rectā APVD temetipm] p quā cōstat licitū esse his cibis vti. Bona quidē τ laudabilis est fides ista. sz habe eā in occulto CORAM deo] cui talis fides placet. Eccl. 1. Bñplacitū est deo fides τ mansuetudo. q. d. Non opz q fidē istā manifestes p opis executionē vbi h sit cū scādalo pximoz. ❡ Sz cōtra videtur esse qd dr supra. 10. Corde credit ad iustitiā: ore autē pfessio fit ad salutē. Nō ḡ videt q sufficiat corde solū corā deo fidē habere: sz opz hm fidem pximo manifestare pfitēdo. Dicēdū est aūt q eoz que sunt fidei q̄dā sunt q̄ nō sunt pfecte per ecclīaz manifestata sicut in primitiua ecclīa nōdū erat pfecte declaratū apud homines q illi q erāt ex iudeis cōuersi nō tenerētur legalia obseruare. τ sicut tpe Aug. nōdū erat p ecclesiaz declaratum q aīa nō eēt ex traduce. Vñ in hm sufficit homini q fidē habeat corā deo. nec opz q fidē suā ppalet cum scādalo pximoz nisi forte apud eos q hñt de fide determinare. Quedā vo sunt ad fidē ptinētia per ecclesiā determinata. τ in talib⁹ nō sufficit fidem habere corā deo. sz opz q corā pximo fidē quis cōfiteatur q̄ntūcūq ex hoc aliqs scādalizet. qa veritas doctrine nō est dimittēda ppter scādalū. sicut nec Christus veritatē sue doctrine pp scandalū pharisaeoꝝ dimisit. vt habet Matth. 15. Sciendum etiā q lz circa talia oporteat q homo fidē suā manifestet cōfessiōe verboz: non tamē opz q eam manifestet executione operis: sicut si aliquis tenet fide vti matrimonio eē licitum nō requiritur ab eo q matrimonio vtat ad fidei sue manifestationē. Et sic etiā nō reqrebat ab eis q rectā fidē habebāt q fidē suā vsu ciboz manifestarent. Poterant. n. manifestare verbotenus pfitēdo.

Scādalū ex īfirmitate vl ex malitia.

❡ Deide cū dicit. BEATVS qui non iudicat τc.] Ostendit q̄ cibo; vsus efficitur aliquibus imūdus ex eo q est contra pscientiaz. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid circa h sit bonū: vt. s. de eo qd hō facit non habeat cōscientiam remordentem. Unde dicit.

BEATVS qui nō iudicat semetipsm̄ .i. cuius ꝯsciētia eum non rep̄hendit vel condēnat IN EO qd̄ ꝓbat .i. idest approbat eē faciēdū. Sꝫ hoc est intelligēdū si recta fide approbet eē aliquid faciēdum. Si autē falsa opinione approbat aliquid esse faciēdū: puta si arbitratur obsequiū se prestare deo de eo ꝙ discipulos Christi interficit. vt dicit̄ Jo. 16. Nō excusatur ex eo ꝙ circa hoc nō iudicat semetipsū. imo beatior eēt si circa hoc eum cōscientia reprehēderet: inquātum per h̄ a peccato magis ꝓhiberet̄. Sꝫ in his que sunt licita ē intelligēdum ꝙ hic Apl's dicit. Hoc. n. ad gloriā hominis ꝑtinet ꝙ eū sua ꝯscia non rep̄hendat. 2. Coꝛ. 1. Gloria nr̄a hec est testimonium ꝯscie nostre. Job. 27. Neqꝫ. n. reprehēdit me cor meum in omni vita mea. ¶ Secūdo ostēdit quid circa hoc sit malū: vt. s. ꝯtra cōsciētiam agat. Unde dicit. QVI AVTEM discernit .i. qui hꝫ opinionē falsam ꝙ oportuit cibos discernere: SI MANDVCAVERIT .i. s. cibos: quos reputat eē illicitos: DAMNATVS est .i. ex h̄ ꝙ q̄tum in ipso est hꝫ voluntatem faciēdi qd̄ est illicitū: ꝛ sic delinq̄t ꝓpio iudicio ꝯdēnatus: vt di Titū. 3. ¶ Tertio assignat cām eius ꝙ dixerat dicēs. QVIA nō ex fide .i. Ideo. s. ꝯdēnatus est. Pōt aūt hic fides dupl'r accipi. Uno mō de fide que est virtus. Alio mō ſm ꝙ fides dicit̄ cōsciētia. Et he due acceptiōes nō differūt nisi ſm diuā particularis ꝛ vniuersalis. Id. n. qd̄ vniuersalr̄ fide tenemus. puta vsum ciboꝝ eē licitū vel illicitū: ꝯscia applicat ad opus qd̄ est factum vel faciendū. Dicitur ḡ. Ideo eum qui mādncat ꝛ discernit esse condēnatum: qa hec nō est ex fide imo est cōtra fidē. i. cōtra veritatem fidei ꝛ cōtra ꝯsciam facientis. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et ꝙ hec sit sufficiēs causa cōdēnationis: ostēdit subdēs. OMNE aūt qd̄ nō ē ex fide pctm̄ est. .i. Ex quo videtur ꝙ sicut di̇ i glo. ois vita ifideliū pctm̄ sit: sicut ois vita fideliū est meritoria inq̄tū ad dei gl̄iā ordinat̄. ſm illud. 1. Coꝛ. 10. Siue mādncatis/siue bibitis/siue aliqd aliud facitis: ois in gl̄iā dei facite. Sꝫ dubiū est ꝙ aliter se hꝫ fidelis ad bonū ꝛ infidelis ad malū. Nā in hoīe qui hꝫ fidē formatā nihil est dānationis vt supra. 8. dcm̄ est. Sꝫ in hoīe ifideli cū ifidelitate est bonū nature. Et tn̄ cū aliqs ifidelis ex dictamine rōnis aliqd̄ bonū facit nō referēdo ad malū finē nō peccat. Nō tn̄ opus ei' ē meritoriū: qa nō est gr̄a iformatū. ꝛ h̄ est qd̄ in glo. di̇. Nihil bonū est sine sūmo bono .i. nullū bonū meritoriū est sine gr̄a dei. ꝛ vbi deest agnitio vite eterne ꝛ incōmutabilis veritatis: q̄. s. est ꝑ fidē: falsa vtus ē i optimis moꝛib': inq̄tū. s. nō refert̄ ad fidē btitudinis eterne. Cū v̇o hō ifidelis aliqd agit ex eo ꝙ ifidelis ē manifestū est ꝙ peccat. Unde in glo. di̇. OPVS oē qd̄ nō ē ex fide pctm̄ est. .i. sic est itelligēdū. Oē qd̄ est ꝯ fidem vel ꝯtra ꝯsciam pctm̄ est: ꝛ si ex gn̄e suo bonū esse videat̄: puta si paganus ad honorē suoꝝ deoꝝ virginitatē fuet vel elemosynā det. hoc ipso peccat. Tit. 1. Coinquinatis ꝛ ifidelib' nihil mūdū est. sed inq̄nate sunt eoꝝ ꝛ mens ꝛ conscientia. Cap. XV.

Gal. 6. Ebemus † aūt nos qui potentes sumus: ifirmitates ipotentiū portare: ac non placere nobisipsis. Nā vnusqsqꝫ nostrū ꝓximo placeat in bonū ad edificationē. Etenī Chr̄s nō placuit sibiipsi: sꝫ quēadmodū scriptū est. † Opprobria opprobrantiū tibi inciderūt in me. Nā q̄cūqꝫ p̄scripta

Psal. 68. sunt: in nostrā doctrinā p̄scripta sunt: vt per patiētiā ꝛ ꝯsolationē scripturarū spem habeamus. Deus aūt patiētie ꝛ ꝯsolationis det vobis idem mutuo inter vos sentire ſm Jesū Christum: vt vnanimiter vno oꝛe gloꝛificetis deū: ac p̄rē dn̄i nostri Jesu Chr̄i. Quap̄p̄ assumite vos inuicē: quēadmodū ꝛ Chr̄s assumpsit vos in gl̄iā dei. Illud autē dico. Jesum Chr̄m ministrum fuisse circūcisionis ꝓ veritate dei: ad ꝯfirmādas ꝓmissiones patrū. Ceterum vt gētes ꝓ misericoꝛdia gloꝛificent deū: sicut scriptū est. † Propter hoc 2. Re. 22.
ꝯfitebor tibi in gentibus: ꝛ nomini tuo cantā. Et
rursū dicit. † Gaudete gētes cū populo ei'. Et Psal. 17.
rursū. Laudate dn̄m oēs gentes: ꝛ collaudate Psal. 116.
eum oēs ppl'i. Et rursū Esaias dicit. † Erit ra- Esa. 11.
dix Jesse: ꝛ q exurget ad imperandū gētibus: in eo gētes sperabūt. Deus autē spei impleat vos omni gaudio ꝛ pace: in credendo: in hoc: vt exuberetis in spe per potētiā spiritus sancti.

Ebemus autē nos firmiores ībecillitates infirmoꝝ sustinere. ꝛ non nobis placere. Unusqsqꝫ vestrū ꝓximo suo placeat in bonū: ad edificatiōē. Etenī Christus nō sibi placuit. sed sicut scriptū est. Improperia improperantium tibi ceciderūt super me. Quecūqꝫ. n. scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. vt ꝑ patiētiā ꝛ ꝯsolationem scripturarū spē habeamus. Deus aūt patiētie ꝛ solatij det vobis idipsū sapere in alterutrū ſm Jesū Christū: vt vnanimes vno oꝛe honoꝛificetis deū ꝛ patrē dn̄i nostri Jesu Chr̄i. Propter qd̄ suscipite inuicē sicut ꝛ Chr̄s suscepit vos in honoꝛem dei. Dico. n. Chr̄m Jesū ministrū fuisse circūcisiōis ꝑꝑ veritatē dei ad ꝯfirmādas ꝓmissiōes patrū. gētes aūt sup̄ misericoꝛdia honoꝛare deū sicut scriptū est. Propterea ꝯfitebor tibi in gētibus dn̄e: ꝛ nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gētes cū plebe ei'. Et iterū. Laudate oēs gētes dn̄m: ꝛ magnificate eū oēs ppl'i. Et rursus Esaias ait. Et erit radix Jesse ꝛ q exurget regere gētes: in eū gētes sperabūt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio ꝛ pace in credendo vt abundetis in spe ꝛ virtute spiritus sancti.

Upra Apl's docuit ꝙ maiores debēt scādala infirmoꝝ vitare. h̄ docet ꝙ maiores debēt ēt ifirmitates minoꝝ sustinere. Et circa h̄ duo facit. Pmo ꝓpōit admonitionē. Secūdo manifestat eā ibi. VNVSQVISQVE nr̄m ꝛc. .i. Ista admonitio duo ꝯtinet quoꝝ p̄mū ꝑtinet ad exterioꝛē actū. Unde dic̄. Nō

solū debem⁹ scādala īfirmoꝝ vitare: sȝ ēt NOS QVI
sumus firmiores in fide debem⁹ sustinere ībecillitatē
infirmoꝝ.] Sicut.n.in māli edificio eligunt̄ aliq̄ fir-
miora ad sustinēdū totū edificij pōdus: q̄d ex fragilio
ri mā supponit̄. sic sunt fundamēta ⁊ colūne. ita ēt in
spūali ecclie edificio nō solū eligunt̄: sȝ ⁊ fulciūt̄ aliq̄
firmiores vt sustineāt pōdus alioꝝ. Vñ i. ps dī. Ego
ꝯfirmaui colūnas eius. Et Gal.6. Alter alterius onera
portate. Sustinēt aūt firmiores ībecillitates īfirmoꝝ
dū coꝝ defectus patiēter ferūt ⁊ p posse subleuare ni
tunt̄. Scđm aūt ptinet ad interiorē intētionē. Vñ dī.
ET NON] debem⁹ NOBIS placere:] ita.s. vt semp il
lud velim⁹ ipleri q̄d nobis placet ⁊ que sūt nobis vti-
lia.1.Coꝝ.10. Sicut ⁊ ego per oīa oībus placeo.

¶ Deīde cū dī. VNVSQVISQVE vrm ⁊c.] Mani-
festat ꝓpositā admonitionē. ⁊ p̄ q̄tum ad scđaȝ ptē. 2°
q̄tū ad p̄mā ibi. PROPTER q̄d suscipite inuicē ⁊c.]
Circa p̄m̄ duo facit. p̄ exponit q̄d dixerat. 2° rōnē indu
cit ibi. ETENIM Chr̄s nō sibi ⁊c.] Dicit ḡ p̄. Ita di-
ctū ē q̄ nos nō debem⁹ nobis placere. Et h̄ qdē ē q̄a
VNVSQVISQVE nr̄m] q̄ sum⁹ firmiores dȝ placere
PROXIMO suo] īfirmo.i. ꝯdescēdere ei i his q̄ ei pla
cētnō tñ in his q̄ mala sūt. sic̄ Esa.3. q̄dā regrūt. Loq
mini nobis placētia ⁊c. Et iō subdit. IN BONVM.]
Silr̄ ēt nō debem⁹ itēdere vt hoīb⁹ placeam⁹ ꝑp hūa-
nū fauorē vel gl̄iam: cū i. ps dicat̄. De⁹ dissipauit ossa
coꝝ q̄ hoīb⁹ placēt. Sȝ ad honorē dei ⁊ vtilitateȝ ꝓxi
moꝝ. Vñ subdit. AD EDIFICATIONEM].i. ꝑp h̄
q̄ aliorum volūtati condescendentes ipsi edificentur
in fide ⁊ dilectione Christi. supra.14. Que edificatio-
nis sunt inuicem custodiamus.

¶ Deinde cū dī. ETENIM Chr̄s ⁊c.] Assignat ratio-
neȝ eius q̄d dixerat exemplo Christi. Et p̄mo ꝓponit
exemplum Christi. 2° ostēdit eius exempluȝ eē nobis
imitandum ibi. QVECVNQVE scripta sunt ⁊c.] 3°
subiūgit orationem vt id implere possim⁹ ibi. DEVS
autē pacis ⁊c.] Circa primū duo facit. Primo ꝓponit
exēplum dicens. Dictū est q̄ nō debemus nobis pla-
cere.s. sm̄ nostrā priuataȝ volūtateȝ. ETENIM Chr̄s
qui est caput nostrū non sibi placuit] dū elegit pati ꝓ
nostra salute ⁊ ea que sue ꝓprie voluntati erant cōtra-
ria.s. nāli voluntati humane vt impleret diuinaȝ q̄ si-
bi: ⁊ patri erat cōmunis. sm̄ illud Mat.26. Nō mea
volūtas sed tua fiat. Secūdo ad hoc auctoritateȝ idu-
cit dicēs. SED sicut scriptuȝ est in. ps.] ex ꝑsona Chri-
sti dicētis ad patrē. O pater IMPROPERIA] iudeo
rum IMPROPERANTIVM tibi].i. te blasphemā
tiū per sua mala opa. ⁊ per hoc q̄ veritati tue doctri-
ne cōtradicunt CECIDERVNT sup me:] q̄a. vȝ. op-
primere me voluerūt: q̄a voluntatem tuaȝ eis ꝓpone
bā ⁊ eorum mala opera redarguebaȝ. Jo.15. Sȝ ode-
runt me ⁊ patrē meum. Potest ⁊ hoc referri ad pecca
ta tot⁹ humani generis: q̄a omnia peccata quodāmo-
do sunt improꝑia dei inq̄ntum per ea lex dei contē-
nitur. Esa.1. Dereliquerūt dn̄m blasphemauerūt san-
ctum israel. Sic ergo improperia improperātiuȝ deo
ceciderūt sup Chr̄m inq̄ntū ipse ꝓ peccatis oiuȝ mor-
tuus est. Esa.53. De⁹ posuit in eo iniq̄tatē oiaȝ nostrū.
1. Pe.2. Pctā nostra ptulit in corpore suo sup lignū.

¶ Deinde cū dī. QVECVNQVE.n. scripta sunt ⁊c.]
Ostendit q̄ hoc exēplum Christi sit nobis imitandū
dicens. QVECVNQVE enī scripta sunt] in sacra scri
ptura: vel de Chr̄o vel de mēbris eius SCRIPTA sūt
ad nostram doctrinaȝ.] Nulla enī necessitas fuit hec
scribere nisi ꝓpter nos vt ex his istruamur. 2. Thi.3.
Omnis doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad do-
cendum ⁊ erudiendum ⁊c. Quid autē in scripturis ad
nostrā doctrinā ꝑtineat̄ ostēdit subdēs. VT PER pa-
tiētiaȝ ⁊ ꝯsolationē scripturaꝝ].i. quas scripture cōti-
nent. Continetur enī in sacra scriptura patiētia sancto
rū in malis sustinendis. Jac.vlti°. Patiētiā Job audi
stis. Cōtinet̄ etiaȝ in eis cōsolatio quā deus eis exhi-
buit. sm̄ illud ps. Scđm multitudinē doloꝝ meoꝝ
in corde meo cōsolatiōēs tue letificauerūt aiaȝ meaȝ.
Et.1. Pe.1. dicit̄. Prenūtiās eas que in Chr̄o sūt pas-
siones. q̄d pertinet ad patiētiā: ⁊ posteriores glias q̄d
pertinet ad cōsolationē. Quem auteȝ fructum ex hac
doctrina suscipiam⁹ ostendit subdens. SPEM habea-
mus.] Per hoc enim q̄ ex sacra scriptura instruimur
eos qui patienter propter deū tribulationes sustinue-
runt diuinitus consolatos fuisse spem accepimus vt ⁊
ipsi cōsolemur si in ipsis fuerimus patientes. Job.13.
Et si occiderit me in ipso sperabo.

¶ Deide cū dī. DEVS autem patientie ⁊c.] Quia vi-
debatur nimis arduum vt purus homo possit exēplū
Christi imitari. sm̄ illud Eccl.2. Quid est homo vt se-
qui possit regem factorem suum. ideo adhibet diuinū
suffragiū dicens. DEVS autē patiētie].s. dator. ps. Tu
es patientia mea. ET SOLATII].i. qui spūalē cōsola
tionē largit̄. 2. Coꝝ.1. Pater misericordiaꝝ ⁊ deus to
tius cōsolationis DET VOBIS:] a quo est omne da-
tum optimū: vt dicit̄ Jac.1. IDIPSVM sapere in alte
rutrū].i. vt inuicem idē sapiatis ⁊c. 2. Coꝝ. vltio. Idē
sapite. pacem habete. Nō quidem sm̄ ꝯsensuȝ in pec-
cati: SED SECVNDVM Jesum Chr̄m] de quo dicit̄
Ephe.2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq̄ȝ vnū. Vt
per hoc q̄ idē sapitis VNANIMES] existētes ꝑ fidei ⁊
charitatis ꝯsensum. sm̄ illud. ps. sm̄ aliā lraȝ. Qui ha
bitare facit vnanimes in domo. VNO ORE].i. vna
oris cōfessione que ex vnitate fidei ꝓcedit. 1. Corin.1.
Idipsum dicatis omnes. vt pro cōformitate cordis ⁊
oris HONORIFICETIS deuȝ] solum creatorē. idipm
etiam existētem PATREM dn̄i nostri Jesu Christi]
per quem nos sibi in filios adoptauit. 1. Reg.2. Qui
honorificauerit me honorificabo euȝ. Malach.1. Si
ego pater vbi est honor meus.

¶ Deide cū dī. PROPTER q̄d suscipite inuicē.] Ma-
nifestat p̄mā ptē admonitionis. In qua dixerat q̄ fir-
miores debēt ībecillitatē īfirmoꝝ sustinere. Et circa
hoc duo facit. p̄ resumit admonitionē. 2° iducit rōnem
exēplo Chr̄i ibi. SICVT ⁊ Chr̄s ⁊c.] 3° subiūgit oronē
ibi. DEVS aūt spei ⁊c.] Dicit ḡ p̄. PROPTER q̄d].i. q̄
ea q̄ scripta sunt ad nr̄am doctrinā ordinant̄.s. exēpla
Chr̄i ⁊ alioꝝ sanctoꝝ. ꝯsequenter SVSCIPITE inuicē]
sm̄ charitatis affectū: vt.s. vnus sustineat ea que sunt
alterius: sicut ⁊ vult se sustineri q̄ntū charitas ꝑmit-
tit. ⁊ vnus aliuȝ etiam suscipiat ad iuuādū ⁊ ꝓmouen
dum. supra.14. Infirmum in fide suscipite.

¶ Deide cū dī. SICVT ⁊ Chr̄s suscepit vos ⁊c.] Assi-
gnat rōnē exēplo Chr̄i. ⁊ p̄ ponit ei⁹ exēplū dicens. SI-
CVT ⁊ Chr̄s suscepit vos].s. sua ptectiōe ⁊ cura. Esa.
42. Ecce puer me⁹ suscipiā eū. Luc.1. Suscepit israel
pueꝝ suū recordat⁹ ē mīe sue. Et h̄ IN HONOREM
dei] in quē oīa referebat. Jo.8. Honorifico p̄reȝ meū
⁊ vos inhonorastis me. Ex quo dat̄ itelligi q̄ ⁊ nos in
uicē debemus suscipe i his q̄ ptinēt ad honorem dei.
Scđo ibi. DICO enī Chr̄m ⁊c.] Manifestat q̄d dixe-
rat. ⁊ p̄ qdē q̄tū ad iudeos. 2° q̄tū ad gētiles ibi. GEN
TES aūt ⁊c.] Dī ergo p̄mo. Dictū est q̄ Chr̄s vos su-
scepit q̄ estis ꝯgregati in vnitate fidei ex iudeis ⁊ gē-
tilibus.

tibus. Et hoc patet quantum ad vtrosqz. DICO] ergo CHRISTVM MINISTRVM fuisse circuncisiõis.] Est enim ipse actor fidei quantum ad oẽs. scd̃m illud Heb. 12. Aspicientes in actorem fidei &c. Sed in propria p̲sona non exhibuit seipsuz nisi iudeis. scd̃m illud. Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues que perierũt domus israel. Esa. 65. Nõ audietur vox eius foris. Et hoc quidem PROPTER veritatez dei.] vt s. veritas dei promittẽtis comprobaret̃. Supra. 3. Est autẽ deus verax. Unde subdit. AD CONFIRMANDAS p̲missiones patruz] i. vt per hoc implerent̃ p̲missiones patribus facte. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis i domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctoꝝ. 2. Corin. 1. Quotquot sunt promissiones dei in illo est.

¶ Deinde cum dicit. GENTES AVTEM &c.] Ostendit etiaz gentes susceptas a Christo. Et primo proponit qd̃ intendit. Secũdo confirmat per auctoritatem. ibi. SICVT scriptuz est &c.] ¶ Dicit ergo. Ita dictum est q̲ Christus suscepit iudeos p̲pter veritatez dei vt promissiones patruz implerent̃. gentibus autem non erant p̲missiones facte. Unde hoc non habet locum quãtum ad gentiles: sed sunt p̲pter misericordiaz suscepti. Et hoc est qd̃ dicit. GENTES AVTEM debẽt honorare deum super misericordia] eis exhibita per Christum: quia lz eis personaliter nõ predicauerit: ad eos tamẽ discipulos suos misit: qui in gentib⁹ ministerium exercuerunt: sicut ipse exercuerat in iudeis. scd̃m illud Matth. vltimo. Euntes docete omnes gẽtes. Et de hac misericordia dr̃ in ps. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1. Misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum &c. Sic ergo Apostolus cõuersionem iudeoꝝ attribuit veritati diuine: conuersionez gentiliũ diuine misericordie. ¶ Contra qd̃ vr̃ eẽ qd̃ dicit̃ in ps. Uniuerse vie domini misericordia et veritas ¶ Sed dicendum est q̲ per hoc q̲ ascribit vocationẽ iudeoꝝ diuine veritati non excludit misericordiaz: quia et Apl̃us ex iudeis natus dicit. 1. Thi. 1. Misericordiaz cõsecutus sum. Et hocipsuz misericordie fuit q̲ deus patribus promissiones facit de posteriorũ salute. Similiter etiam per hoc q̲ vocationem gentium ascribit diuine misericordie nõ excludit totaliter diuinaz veritatẽ: quia hocipsum ad diuinã veritatem pertinebat q̲ p̲positũ suuz de saluatiõe gentium impleuit qd̃ ad Eph. 3. dicit Apostolus eẽ sacramentuz absconditũ a seculis in deo. Sed aliquis modus veritatis s. pro impletiõe promissoꝝ ꝯsiderat̃ in vocatione iudeoꝝ: qui nõ consideraẽ in vocatiõe gentium quibus promissiones non sunt facte.

¶ Deinde cũ dicit. SICVT scriptũ est &c.] Confirmat quod dixerat de cõuersione gentium per auctoritatẽ. Lz enim gentibus non fuerit repromissa vocatio ad fidem Christi: non tamẽ ex improuiso accidit: sz fuit prenunciata vaticinijs propheciaꝝ. Inducit autẽ quatuor auctes: quaꝝ prima ꝑtinet grãtiaꝝ actiones Chri ad patrem pro conuersione gentium per ipsum factã. Unde dicit. SICVT scriptum est] in ps. ex persona Christi. 17°. Constitues me in caput gentium et ab insurgẽtibus in me iudeis exaltabis me. O deus pater ego Christus CONFITEBOR TIBI] cõfessione gratiarum actionis. IN GENTIBVS] i. pro gentium conuersione per me facta ET CANTABO] noua quadã mentis exultatione NOMINI TVO] qd̃ eis manifestum est. scd̃m illud Joã. 17. Manifestaui nomen tuuz hominibus quos dedisti mihi. Uel aliter. CONFITEBOR TIBI in gentibus] i. faciam q̲ tibi gentes confiteantur confessione fidei. ps. Confiteant̃ tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes. ET NOMINI tuo cantabo] i. faciam q̲ gentes canteñt tibi canticuz qd̃ consistit in exultatione spũs renouati. ps. Cantate dño canticuz nouũ: cantate dño oĩs terra. Scd̃a auctoritas cõtinet adunationẽ gentiũ et iudeoꝝ. Unde subdit. Et iteꝝ dicit scriptura. Esa. 35. LETAMINI gẽtes cuz plebe eius] i. simul cõcz exultationẽ assumatis cũ iudeis qui oliz erãt plebs eius. Esa. 9. Letabunt̃ corã te sicut qui letantur in messe. Jo. 10. Fiet vnuz ouile et vnus pastor. Nostra aũt lr̃a hz. Letamini cũ Hierlm et exultate in ea oẽs qui diligitis eã. Tertia auctoritas cõtinet deuotionẽ gentium ad deũ. Unde subdit. ET ITERVM scriptuz est] in ps. LAVDATE oẽs gentes dñm] s. eius bonitatẽ ꝯfitẽtes. ps. A solis ortu vsqz ad occasuz laudabile nomen dñi. ET OMNES populi] nõ solũ populus iudeoꝝ MAGNIFICATE EVM] i. credite magnũ. i. q̲ sua magnitudine oẽm laudẽ excedat. Eccl. 43. Benedicẽtes dñm exaltate illuz quãtuz potestis: maior est n. omni laude. Mal. 1. Ab ortu solis vsqz ad occasum magnũ est nomẽ meũ in gentib⁹. Quarta auctoritas cõtinet reuerẽtiaz gẽtiuz ad Chrz. Unde subdit̃ Et rursus Esaias ait. 11. ERIT RADIX YESSE.] In quo p̲nunciat Chri originẽ ex Dauid semine nasciturũ. Yesse nãqz fuit pater Dauid. Dicit ergo. ERIT RADIX YESSE] ex cui⁹ pullulatiõe Chrs nascet̃. Esa. 11. Egredie̲t virga de radice Yesse et flos &c. Uel Chrs erit radix Yesse: qa lz ex Yesse p̲cesserit scd̃m carnis originẽ: tñ sua virtute Yesse sustẽtauit et grãz ei influxit. Supra. 11. Nõ tu radicẽ portas: sz radix te.

¶ Deinde tangit Christi officium subdens. ET QVI EXVRGET] in tantam gratie excellentiam: vt possit REGERE GENTES] eos diuino cultui subiugando: qd̃ nullus ante eũ facere potuit. ps. Dabo tibi gentes hereditatem tuaz. Reges eos in virga ferrea. Ultimo ponit deuotionẽ gentium ad Christũ dicẽs. IN EVM GENTES sperabunt.] vt s. per eũ hereditatẽ celestis glorie consequant̃. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in spem viuaz p̲ resurrectionẽ Jesu christi ex mortuis.

¶ Deinde cũ dicit. DEVS AVTEM SPEI &c.] Subiungit orationẽ dicens: dictuz est q̲ in Christũ gentes sperabunt. Deus autez spei. i. qui nobis hanc spem infundit. scd̃m illud ps. Spes mea domine. Uel DEVS SPEI] i. in quo sperãduz est. REPLEAT VOS omnĩ gaudio] s. spũali qd̃ est de deo. Nee. 8. Gaudium enim dñi est fortitudo vestra per quaz homo in seipso et ad deuz et ad p̲ximũ est pacatus. ps. Pax multa diligentibus legẽ tuaz dñe. IN CREDENDO.] Quasi dicat. Ut cũ hoc q̲ credentis ẽt pacẽ et gaudiuz habeatis: que quidem sunt charitatis effectus. scd̃m illud Gal. 5. Fruct⁹ autez spũs sunt charitas gaudium pax. Unde pz q̲ a deo qui est dator spei optat eis vt cũ fide habeãt charitatẽ per quã fides operat̃. vt Gal. 5. Ne fides eoꝝ sit informis et mortua: qa fides sine operib⁹ mortua est. vt dicit̃ Jaco. 2. Et vt sic per plenitudinẽ haꝝ virtutũ ABVNDETIS] p̲ficiendo de bono in meli⁹: nõ solũ IN SPE] sed etiã IN VIRTVTE spiritussancti] i. in charitate que in cordibus nostris diffundit̃ p̲ spũm sanctũ. vt supra. 5. dictũ est. 2. Corin. 9. Potẽs est autez dñs omnez gratiam abundare facere in vobis.

¶ Persuasum enim habeo fratres mei et ipse ego de vobis: qd̃ et ipsi pleni estis bonitate: ipleti oĩ sciẽtia: valentes etiaz inuicem alius aliuz admonere. Sed tñ audacius scripsi vobis fratres: ex

parte veluti cōmonefaciēs vos: ꝓpter grãz que data est mihi a deo: in hoc: vt sim minister Jesu chr̄i in gentes: administrās euãgeliũ dei: vt fiat oblatio gentiũ acceptabilis: sanctificata ꝑ spũm sanctũ. Habeo igit̃ qȝ glorier per Chr̄m iesum: in his que ad deum ꝑtinent. Non.n. ausim loqui quicq̃ eoꝝ: que nō effecit Chr̄s per me: in obedientiaz gentiuz: v̄bo ꝛ facto per potētiã signoꝝ ac ꝓdigioꝝ: per potētiã spũs dei: vt ab Hier̄l'z: ꝛ in circũiacentib⁹ regionibus: vsq; ad illyricuz impleuerim euãgeliuz Chr̄i: ita porro annitens predicare euangeliũ: nō vbi noīatus erat Christus: vt ne super alienum fundamētum edificarem: sed quemadmodum scriptum est. † Quibus
Esa.52. (margin)
non est annunciatum de eo: videbunt: ꝛ qui non audierant: intelligent.

¶ Certus suz aũt fratres mei ꝛ ego ipse de vobis: qm̄ ꝛ ipsi pleni estis dilectione repleti omni sciētia ita vt possitis alterutruz monere. Audacius autē scripsi vobis fratres ex ꝑte: tanq̃ in memoriam vos reducens ꝓpter grãz que data est mihi a deo vt sim minister Chr̄i iesu in gentib⁹ sanctificans euãgeliuz dei: vt fiat oblatio gentiuz accepta ꝛ sanctificata in spũsancto. Habeo igit̃ gloriaz in Christo iesu ad deũ. Nō.n. audeo aliqd loqui eoꝝ que per me nō efficit Christus in obedientiaz gentiũ in v̄bo ꝛ factis in virtute signoꝝ ꝛ prodigioꝝ in virtute spũssancti: ita vt ab Hier̄l'z per circuitum vsq; ad illyricũ repleuerim euãgelium Christi. Sic aũt predicaui euãgeliuz hoc: nō vbi noīatus est Christus: ne super alienum fundamētum edificarez: sed sicut scriptuz est. Quoniaz qbus nō est annunciatum de eo videbunt: ꝛ qui nō audierũt de eo intelligent. Lec. II.

Postq̃ Apostolus generalib⁹ admonitionib⁹ romanos instruxerat. Hic incipit eis quedaz familiaria scribere. Et primo quedaz pertinētia ad seipsum. Secundo quedaz pertinētia ad alios. 16.cap. ibi. COMMENDO autez vobis Pheben ꝛc.] Circa primũ tria facit. Primo excusat presumptionez de hoc ꝙ eos instruxerat ꝛ reprehēderat. Scdo excusat suam tarditatē circa visitationē eorum. ibi. PROPTER QVOD plurimuz impediebar.] Tertio petit suffragia orationuz ipsoꝝ. ibi. OBSECRO AVTEM vos fratres ꝛc.] Et circa primuz duo facit. Primo excludit oppositam causam instruendi ꝛ arguendi eos. Secundo assignat verã causaz. ibi. AVDACIVS eniz scripsi ꝛc.] ¶ Circa primuz considerandũ est ꝙ aliquis posset credere Apostolũ ideo scripsisse romanis: quia estimaret nullum esse apud romanos qui posset instruere ꝛ corrigere. Sed hoc ipse excludit dicens. CERTVS SVM enim fratres mei] per ea que de vobis audiui: quoniaz idonei estis ad admonendum qui inter vos admonitiōe indigent. Ad hoc autez vt aliqs recte admoneat duo requirunt̃: quoꝝ primum est vt non ex odio vel ira: sed ex dilectiōe moneat. Sm̄ illud ps. Corripiet me iustus i misericordia. Et Gal.6. Uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quãtuz ad hoc dicit. QVONIAM ꝛ ipsi pleni estis dilectione:] Ezec.10. Imple manuz tuam prunis ignis que sunt inter cherubin qui est ignis charitatis. Secundo requirit̃ scientia veritatis eo ꝙ quidaz habent zelum dei in corrigendo: sed non sm̄ sciētiaz. vt supra.10. dictũ est. Et ideo subdit. REPLETI omni scientia] s. ꝛ humana ꝛ diuina: ꝛ veteris ꝛ noue legis. P̃ Corin. primo. In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo ꝛ in omni scientia. Et ex hoc cōcludit sic. ITA VT POSSITIS] conuenienter propter dilectionem ꝛ scientiaz ALTERVTRVM MONERE.] Quia enim in multis offendimus omnes: vt dr̄ Ja.3. Oportet vt inuicem moneamus: quia vt dr̄ Eccle.17. Unicuiq; mandauit deus de ꝓximo suo.

¶ Deinde cuz dicit. AVDACIVS ꝛc.] Assignat veraz causam quare eos admonuerat ꝛ correxerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ hoc pertinebat ad auctoritatē apostolatus sibi cōmissam. Secũdo ostendit qualr̄ hac potestate vsus fuerit. ibi. HABEO igit̃ gloriam ꝛc.] Dicit ergo. AVDACIVS AVTEM] s. securius SCRIPSI VOBIS] errores ꝛ defect⁹ vestros arguendo. Quod quidez ad audacie presumptionem posset ascribi propter hoc ꝙ offensionem vestrã non timui. Job.39. Audacter in occursuz pergit armatis. Sed hec presumptio excusat̃ ex tribus. Primo qdez ex conditione eoꝝ quibus scribebat: quia ꝛ si inter romanos essent aliqui respectu quoꝝ talis reprehensio audax ꝛ presumptuosa videretur: erãt tamē aliqui qui indigebant dura reprehensione propter contentionum insolentiam. Titum p̄mo. Increpa illos dure. Et hoc est quod dicit. EX PARTE.] Quasi dicat. Nō videtur mea scriptura esse audax quãtum ad omnes vos: sed quãtum ad partem aliquam vestrũ. Uel pōt intelligi EX PARTE] epistole in qua eos reprehendit. Potest intelligi etiaz EX PARTE] ecclesie: que. s. mecum est. Secundo excusatur predicta audacia ex intentione apostoli. Non enim scripsit eis tanq̃ instruens ignorantes: sed in memoriam eos reducēs cognitorum. Et hoc est quod subdit. TANQVAM IN memoriaz vos reducens] quasi oblitos eoꝝ que sciebatis: sicut ꝛ Phil.4. dicitur. Occupati autem eratis. Heb.10. Rememoramini pristinos dies in qbus illuminati magnuz certamen sustinuistis passionũ. Tertio excusatur ex auctoritate apostoli que hoc requirebat. Unde subdit. PER GRATIAM] s. apostolatus mihi cōmissi. p̄ma Corin.15. Gratia dei sum id qȝ suz. Huius aũt gratie primo describit auctoritatē. cũ dic̃. QVE DATA est mihi a deo.] Quasi diceret. Nō ab hominibus. Gal. primo. Paulus apostolus nō ab hominibus: neq; per hominez. Secundo specificat istã gratiaz cum dicit. VT SIM MINISTER Christi iesu in gentibus.] idest vt seruiam Christo in gentium conuersione. prima Corinth.4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Supra p̄mo. Quãdiu sum gētiũ apostolus ministerium meum honorificabo. Tertio ostendit huius actum cum dicit. SANCTIFICANS euangelium dei.] idest sanctuz esse ostendens ꝛ v̄bo ꝛ opere bone cōuersationis ꝛ miraculoꝝ. Col. primo. In verbo veritatis euãgelii qȝ peruenit ad vos sicut ꝛ i vniuerso mũdo ē ꝛ fructificat ꝛ crescit. Prouer.8. Recti sunt sermones mei. Quarto ponit finem huius

[illegible] (margin note)

gratie.cuz dicit.VT FIAT oblatio gentiuz].i.gentes per meū ministeriuz cōuerse. In quo quasi quoddam sacrificiū ɼ oblationē deo obtuli.fm illud Phil.2. Et si imolor sup sacrificiū ɼ obsequium fidei vestre gaudeo ɼ cōgratulor oib⁹ vobis.Fiat ACCEPTA].i.deo per rectitudinē.ps.Tunc acceptabis sacrificiuz iustitie oblationes ɼ holocausta. ET SANCTIFICATA in spiritusancto].i.per charitatez ɼ alia spiritussancti dona.pma Corin.6.Sanctificati estis in noie dni nostri Jesu christi ɼ in spiritu dei nostri.

¶ Deide cū dicit.HABEO igit̄ gliaz ɼc̄.]Ostēdit quō auctē aplica fuerat vsus. Et pmo ponit fructū quē fecit.Scd'o ostēdit huius fruct⁹ magnitudinē.ibi.ITA VT ɼc̄.]Tertio ostēdit difficultatē ibi.SIC AVTEM predicaui ɼc̄.]Circa pmū tria facit. Pmo dat gliā deo de fructu quē fecit dicēs.Igit̄ qa talez grāz accepi ɼ diligēter execut⁹ sum id ad qō mihi hec grā data ē. HABEO GLORIAM]sicut fidelis minister. p⁹ Corin.9. Melr⁹ est mihi mori q̄ʒ vt gliaz meā qs euacuet.Sed hāc gliaz nō mihi pncipalr attribuo:sed eā habeo IN CHRISTO IESV].i.per Jesuz chīz cuius virtute fructificare potui.Joh.15. Sine me nihil potestis facere. Et qa Chīo oīa tradita sunt a pīe.vt dr̄ Mat.11.Et pī in eo manēs ipse facit opa. Jo.14. Ideo vlterius hāc gliaz refert ad pīez dicēs.AD DEVM].s.pīez.ps. Nō nobis dn̄e nō nobis sed nomini tuo da gliaz.Assignat aūt rōnez ei⁹ qō dixerat subdēs.NON ENIM audeo loqui aliqd eoꝝ que p me nō efficit Chīs].q.d. Nihil referā de fructu p me facto:qō p me factū nō sit.Alioqn gliaz nō hērez apud deū:ɼ si apud hoies. Que qdē refero nō tanq̄ʒ per me pncipalr facta:sʒ sicut que per me Chīs fecit.Et iō hanc gliaz dixi me hīe in Christo iesu.Esa.26.Oia opa nostra operat⁹ ē in nobis.Scdo ponit ipsuz fructū dicēs. IN OBEDIENTIAM gentium].q.d.Glia mea hec est pro eo ꝙ feci gentes fidei obedire.Supra.p.Ad obediēduʒ fidei in oib⁹ gētib⁹. ps.In auditu auris obediuit mihi. Tertio ostēdit quō gētes ad hāc obediētiā adduxerit. Quia aūt supra.10. dictū est fides ex auditu:auditus aūt per ɥbum Chīi. Primo dicit.IN VERBO].i. per ɥbum pdicationis fidei. Argumēta aūt fidei pdicate sunt bona cōuersatio pdicātiū:ɼ q̄ntū ad hoc subdit.ET FACTIS.] q̄si.s. per recta opa vos ad fidez allexi.Mat.5.Videāt opa vestra ɼc̄.Et opa miraculoꝝ qb⁹ deus dat testimoniū doctrine pdicate. fm illud Marci vlti⁹. Dn̄o cooperante ɼ ſmonē ɔfirmāte sequētib⁹ signis. Vn̄ subdit. IN VIRTVTE signoꝝ].i. miraculoꝝ minoꝝ: puta sanatiōes egritudinū. ET PRODIGIORVM].i.maioꝝ miraculoꝝ:que ex sua magnitudine aliqd magnū portēdunt.i.ostēdunt.Sed hoc totū nō sufficeret nisi spūssanct⁹ intus corda audiētiuʒ ad fidez cōmoueret. Unde dr̄ Act.10. Ad loquēte Petro ɥba fidei cecidit spūssanct⁹ sup oēs qui audiebāt illuz. Et ideo subdit. IN VIRTVTE spūssancti.]Heb.2. Contestante deo signis ɼ pdigiis ɼ variis spūssancti distributionib⁹.

¶ Deinde cū dicit.ITA VT AB Hierlm ɼc̄.]Ostendit magnitudinē fruct⁹ ex multitudine locoꝝ in qbus pdicauit dicēs.Ita vt incipiēs ab Hierlm vbi in pn⁹ sue cōuersionis predicauit in synagogis iudeoꝝ:vt dr̄ Act.9.Vt sic ipleret qō dr̄ Esa.2. De Syon exibit lex ɼ ɥbū dn̄i de Hierlm.VSQVE AD illyricuʒ.]qō est mare adriaticum ex pte opposita Italie.REPLEVERIM euāgeliū Chīi].i.oīa illa loca replerē pdicatiōe euāgelii.Et ne aliqs itelligat ꝙ solūʒ vadēs p rectam viaʒ a Hierlm in illyricū pdicauerit euāgeliū.Addit. Per circuitū:qa.s.gētib⁹ circūquaqʒ pdicauit ɼ eas ad fidez cōuertit.Vn̄ sibi pōt cōpetere qō dicit̄ Job.38. Quis dedit vehemētissimo ymbri cursum.

¶ Deinde cū dicit.SIC AVTEM pdicaui ɼc̄.]Ostēdit difficultatē huic fructū faciēdi.Difficile.n.ē oīno ignaros ad fidē cōuertere.Pmo igit̄ difficultatē se passum ostēdit dicēs.SIC AVTEM pdicaui euāgeliū nō vbi noiatus est Chīs].i.nō apud illos qui nomen Christi audiuerāt.ps. Populus quē nō cognoui seruiuit mihi. Esa.55.Ecce gētes quas nesciebas vocabis:ɼ gentes q̄ te nō cognouerūt ad te currēt.Subdit aūt rōnē dicēs. NE SVPER alienū fundamētuʒ edificarē.] Pōt aūt alienū fundamētuʒ duplr intelligi. Vno mō doctria heretica: que est aliena a vere fidei fundamēto.Et sic hoc qō dicit. Ne:ponit̄ causalr.Ea.n.intētione Aplus voluit pdicare illis:qui nomen Chīi nō audierant ne si preuenti essent a doctrina pseudo aploꝝ. difficilius esset eos ad veritatē reducere. Vn̄ Mat.7.dr̄. Stult⁹ est q edificat domū suaʒ sup harenā:cui cōparat̄ falsa doctrina.Alio mō per alienū fundamētuʒ pōt itelligi doctrina vere fidei ab aliis pdicata:ɼ sic pōt sumi hoc ne ɔsecutiue. Non.n.vitauit Aplus pdicare illis qb⁹ ante fuerat ab aliis pdicatū:sicut ipsis romanis spālr pdicauit:quos prius Petrus instruxerat:sʒ eo pdicāte illis qui nihil de Christo audierant ɔsecutū est vt non edificaret sup alienum fundamētum : sed ipse iaceret prima fidei fundamēta.fm illud pma Corin.3.Vt sapiens architectus fundamentum posui.

Difficile est ignarꝰ cōuertere ad fidē.

Ne causalr ɼ cōsecutiue.

¶ Scdo ad hoc qō dixerat auctoritatē inducit dicens. SICVT scriptū est.]Esa.52.QVONIAM qbus nō est annunciatū de eo videbūt:ɼ qui nō audierunt cōtemplati sunt.]In qbus ɥbis pphta vr̄ pdicere:qm̄ gentiles excellentiori mō ad cognitionē dei essent peruēturi q̄ʒ iudei qui aū cognouerāt. Ostēdit ḡ pmo excellentiaʒ q̄ntū ad cām cognitionis:que.s.duplex ē.s.ɥba audita ɼ res vise. Hi.n.duo sensus sūt disciplinabiles. Judei ḡ in noticiaʒ mysterioꝝ Chīi puenerunt p ɥba annūciata eis a pphetis.pma Pe.1. Prophete que de futura in vobis grā pphetauerūt scrutātes in qō vel quale tp̄s signiarct in eis spūs Chīi pnuncias eas que in Chīo sunt passiones ɼ posteriores glias.Sed gentiles hō Chīi mysteria iam realr ipleta vident:ideo dr̄. Qm̄ gētes qb⁹ nō est annūciatū per pphetas de eo.i. de Chīo sicut fuit annūciatuʒ iudeis videbūt res iam ipletas.Luc.10.Multi reges ɼ pphete voluerunt videre q̄ videtis ɼ nō viderūt. Scdo ondit excellentiaʒ q̄ntū ad modū cognoscēdi:qa iudei ex annūciatiōe pphetaꝝ soluʒ auditū hēbant.Abdie.p.Auditū audiuimus a dn̄o legatos ad gētes misit.Sʒ gētiles ex visione intellm̄ pceperūt.Vn̄ dr̄.Et gētiles.s.q ante nō audierūt prenūciari Chīm p pphetas intelligent.s.fidei veritatē.ps.Et nunc reges intelligite ɼc̄.

Ei cognitionis ē duplex ɥba audita ɼ res vise.

¶ Quapropter ɼ pditus sum sepe:quo minus venirem ad vos. Nunc vō cum nō amplius habeā locū in regionib⁹ his:desideriuʒ aūt habeaʒ veniendi ad vos multis iam annis:qñcūqʒ iter instituero in hispaniā veniam ad vos. Spero eniʒ fore:vt istac iter faciēs videaʒ vos:ɼ a vobis pducar illuc : si tñ vestra cōsuetudine prius ex pte fuero expletus. Nunc aūt pficiscor hierosolymā ministrans sanctis. Visum est eniʒ macedonie ɼ achaie cōicationē aliquā facere in pauperes sanctos:qui sunt hierosolymis. Plaz ita visuʒ ē ipsis

1.Cor.9. ⁊ debitores illoꝝ sunt. † Etenim si spūalia sua cō
2.Corin.9. municauerūt gētib⁹: debēt ⁊ hec in carnalib⁹ ministrare illis. Hoc igiť vbi pfecero: ⁊ obsignauero illis fructū hūc: reuertar per vos in hispaniā. Scio nāq₃ qđ vbi venero ad vos: cū plenitudine benedictionis euāgelij Christi venturus sum. Obsecro aūt vos fratres per dñm nostrū Jesū christū: ⁊ per dilectionē spūs: vt me laborantem adiuuetis ꝑcationibus pro me ad deū: vt liberer ab incredulis in iudea: vtq₃ ministeriū hoc meū: qđ exhibebo hierosolymis: acceptū sit sanctis: vt cū gaudio veniam ad vos per volūtatē dei: vnaq₃ vobiscum refociller. Deus autē pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

¶ Propter qđ impediebar plurimū venire ad vos ⁊ ꝓhibit⁹ sum vsq₃ adhuc. Nūc vo vlterius locū nō hñs in his regionib⁹: cupiditatē aūt hñs veniēdi ad vos ex multis iam ꝓcedentib⁹ annis: cū in hispaniam ꝓficisci cepero: spero ꝙ preteriēs videam vos ⁊ a vobis deducar illuc: si vobis primū ex pte fruitus fuero. Nunc igiť proficiscar in Hierlm ministrare sanctis. Probauerunt enim macedonia achaia collationē aliquā facere in pauperes sanctoꝝ qui sunt in Hierl₃. Placuit.n. eis ⁊ debitores sunt eoꝝ. Nam si spūaliū eoꝝ pticipes facti sunt gentiles debēt ⁊ in carnalib⁹ ministrare eis. Hoc igiť cū ꝯsumauero ⁊ assignauero eis fructū hūc: per vos ꝓficiscar in hispaniā. Scio aūt: qm̄ veniēs ad vos: in abūdantia bñdictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres ꝑ dñm nostrū Jesum chřm: ⁊ per charitatē sancti spūs vt adiuuetis me in orationib⁹ vestris pro me ad deum: vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea: ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierlm sanctis: vt veniā ad vos in gaudio per voluntatē dei vt refrigerer vobiscum. Deus aūt pacis sit cum omnibus vobis. Amen. Lec. III.

Postq̄ Aplus excusauit se de ꝑsumptione q̄ ei potuisset ascribi ex h̄ ꝙ romanos istruxerat ⁊ correxerat: hic se excusat ꝙ eos visitare distulerat. Et circa h̄ tria facit. Prio ponit īpedimētū visitationis preteritum. Scđo ponit visitādi ꝓpositū. ibi. NVNC vo vlterius ⁊c̃. Tertio ꝓmittit visitationis fructū. ibi. SCIO aūt ⁊c̃. Dicit ḡ pmo. Dictū est predicasse euāgeliū ꝑ multa loca in qb⁹ Chřs nō fuerat nōminat⁹ PROPTER QVOD hactenus IMPEDIEBAR PLVRIMVM ex hāc occupatione VENIRE AD VOS. Et istud īpedimētū vsq₃ nūc durauit. Vñ subdit. ET PROHIBITVS sum vsq₃ adhuc. Quod qdē pōt referri ad multitudinē occupationū quas in alijs locis habuerat. Vel ēt ad diuinā ꝓuidētiā ꝑ quā apli impediebanť ne ꝑuenirent ad quosdā ⁊ dirigebanť in salutē alioꝝ. Fm illud Act.16. Transeūtes frigiam ⁊ galathie regionē vetati sumus a spiritusancto loqui xbū₃ in asia. Unde ⁊ supra pmo dictū ē. Sepe ꝓposui venire ad vos ⁊ ꝓhibitus sū vsq₃ adhuc. Et hoc est qđ diciť Job.37. De nubib⁹ per quas predicatores intelligunť. Lustrant cuncta per circuitū quocunq₃ eos voluntas gubernantis duxerit.

¶ Deide cū dicit. NVNC VERO vlterius ⁊c̃. Manifestat ꝓpositū suū de eoꝝ visitatiōe: ⁊ pmo promittit eis suā visitationē. 2° assignat cām quare oporteat eā differre. ibi. NVNC IGITVR proficiscar ⁊c̃. 3° assignat eis visitationis terminū. ibi. HOC IGITVR cū cōsumauero ⁊c̃. Dicit ḡ pmo. Ita vsq₃ mō sum ꝓhibitus. NVNC VERO iam peragratis oib⁹ his locis. VLTERIVS nō habēs locū i. necessitatē ꝑ manēdi. IN HIS regionibus in qb⁹ iam ꝑ me fundata ē fides. CVPIDITATEM habēs veniendi ad vos ex multis iam ꝓcedētib⁹ annis. Fm illud Supra.p. Desidero.n. videre vos vt aliqđ ipartiar vob grē spiritalis CVM IN hispaniā ꝓficisci cepero quo.s. ire intēdebat vt ēt extremis terre fundamenta fidei collocaret. Fm illud Esa.49. Dedi te in lucē gētiū vt sis salus mea vsq₃ ad extremū terre. SPERO ꝙ ꝓteriens videbo vos. ꝑ qđ dat intelligere ꝙ nō intēdebat ad eos ꝑncipalr ire: qa reputabat eis sufficere doctrinā Petri qui pmus iter aplos romanis fidē pdicauit. Et qa tūc romani dñabanť i toto occidēte: eoꝝ auxilio ⁊ ducatu se sperabat in hispaniā ꝓficisci. Vñ subdit. ET A VOBIS deducar illuc. Intēdebat tñ aliquā morā apud eos ꝯhere. Vñ subdit. SI VOBIS fruitus fuero i. cōsolatus. Fm illud qđ supra pmo dictū est. Simul ꝯsolari in vobis. ⁊ hoc ex pte.s. tpis: qa per aliqđ tps intēdebat cum eis cōsolari. ¶ Sed ꝯ est qđ Augu. dicit in libro de doct. christiana. Qz illis solis reb⁹ fruēdū est que nos beatos faciūt.s. patre filio ⁊ spūsancto. Incōuenienter ḡ dicit se fruiturū esse romanis. ¶ Sed dōm est ꝙ sicut Augu. dicit ibidē. Hoīe in se nō esse fruēdū sed in deo. Fm illud ad Philemo. Ita frater ego te fruar in dño qđ ē delectari in hoie ꝑꝑ deū. Et sic itelligēdū est qđ dicit. Si fuero fruit⁹ vobis.s. in deo. Vel qđ dicit. ex pte: pōt referri ad bonos qb⁹ poterat frui i deo. Nā alia parte.s. malis nō poterat frui: sꝫ magis de eis dolere: sicut dř. 2ª Cor.8. Ne cū venero humiliet me de⁹ apđ vos ⁊ lugeam multos ex his qui ante peccauerunt. frui homo in deo ⁊ non in se.

¶ Deide cum dicit. NVNC IGITVR ꝓficiscar. Assignat cām quare differebat visitationē. Et circa h̄ tria facit. Primo ponit cām dicēs. NVNC IGITVR proficiscar i. ideo nō statim venio ad vos: qa proficiscor HIERVSALEM ministrare sanct. ¶ Circa qđ sciēdum est ꝙ sicut legiť Act.4. Illi qui ex iudeis a pncipio cōuertebanť ad fidē vēditis possessiōib⁹ suis de precio cōiter viuebant: qđ cū defecisset maxime quadā magna fame iminēte: vt legiť Act.11. Discipuli.s. christiani ex diuersis partib⁹ mūdi ꝓut quisq₃ habebat ꝓposuerūt singuli in ministeriū mittere habitantibus in iudea fratrib⁹ qđ ⁊ fecerūt: mittētes ad seniores per man⁹ Barnabe ⁊ Sauli. Ministeriū igiť sanctoꝝ hic dič ecclia₃ quā fidelib⁹ chři attulit i Hierl₃. Fm illud p̊ª Cor.vlt. Quos ꝓbaueritis hos mittā perferre grās vestrā in Hierlm ꝙ si dignū fuerit: vt ⁊ ego eam: mecū ibunt. Scđo exponit qđ dixerat de ministerio sanctoꝝ dicēs. PROBAVERVNT ENIM i. approbauerunt MACEDONIA ⁊ Achaia i.s. fideles vtriusq₃ regionis ꝑ eū conuersi COLLECTIONEM aliquā facē i. aliquā collectā IN PAVPERES chři.s.

ad vsum pauperū qui sunt de nūe SANCTORVM.]
fm illud Eccl.12. Da iusto ⁊ nō recipias peccatorē.
QVI SVNT IN hierlm]in paupertate viuētes.2.Cor.
9°.De ministerio qđ fit in sctōs ex abundanti est mihi
scribere vobis. Scio n.promptū animū vestrū pro q̄
de vobis glorior apud macedones.Tertio assignat ra
tiōes dictoꝝ: quoꝝ p̄a est bn̄placitū.Vn̄ dicit.PLA
CVIT ENIM ILLIS.]2° Cor.9.Vnusquisqꝫ put de
stinauit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate.
Scđa cā est debitū.Unde subdit.ET DEBITORES
sunt eoꝝ.]Supra.13.Reddite oibus debita.Rōnem
autē debiti assignat dicēs.NAM SI gentiles facti sunt
pticipes bonoꝝ spūaliū] q̄ erāt spālr eoꝝ .i.iudeoꝝ .s.
notitie diuine ⁊ pmissionū ⁊ grē. fm illud Supra.9°.
Quoꝝ ē adoptio filioꝝ dei ⁊ glia ⁊c.Et supra.11.So
cius radicis ⁊ pīguedis oliue fact̄ es.SVNT ETIAM
facti pticipes spūaliū eoꝝ] p h̄ q̄ illi pdicatores eis
miserūt DEBENT ⁊ in carnalib⁹ ministrare eis.]fm
illud Eccl.14. In diuisione sortis da ⁊ accipe. Et ps.
Sumite psalmū.i.spūalia: ⁊ date tympanū.i.spalia.
Et ex h̄ sumit argumētū q̄ debent sumpt⁹ nō solū
illis qui pdicant sꝫ ēt qui pdicatores mittunt.

¶ Deide cū dicit. HOC igit cū ⁊c.] Prefigit terminū
quo ad eos sit ventur⁹ dicēs. HOC igit cū ↄsumauero]
scꝫ ministeriū sctōꝝ ET ASSIGNAVERO eis fructū
hūc].i.elemosynā gētiliū q̄ est qdā fruct⁹ cōuersionis
eoꝝ.Osee.10.Uitis frōdosa israel.fruct⁹ ē ei adequa
tus.PROFICISCAR per vos in hispaniā.] Sed r̄ h̄
Aplus falsū dicit. Nunq̄ n.in hispaniā iuisse legit.
In hierlm eniꝫ capt⁹ fuit ⁊ exinde Romā platus est
in vinculis:vt h̄r Act.vlti. Ubi est occisus simul cum
Petro.Dicūt g̃ qdaꝫ q̄ sicut dr̄ Act.vlti.Cū venisset
Romā Paulus pmissū est ei manere sibimet cū cu
stodiēte se milite.⁊ postea dr̄ q̄ mansit biēnio toto in
suo cōductu ⁊ i illo spacio dicūt cū in hispaniā iuisse.
Sed q̄a h̄ certū nō est pōt meli⁹ dici q̄ Aplus falsū
nō dixit:q̄a pponebat se facturū qđ dicebat:⁊ sic vba
ei⁹ erāt intelligēda q̄si insinuātia ei⁹ ppositū:non aūt
futurū euētū q̄ ei erat incert⁹ vnde nō poterat h̄ pdi
care nisi forte sub ↄditiōe quā Jacob⁹ dicit apponēdā.
Jaco.4. Pro eo vt dicatis:si dñs voluerit:⁊ si vixeri
mus faciem⁹ h̄ aut illō. Et sic ēt Apls se excusat.scđe
Corin.1. De h̄ q̄ ad eos nō iuerat sic pmiserat dicēs.
Cū g̃ hoc volui nunqd leuitate vsus sū:aut q̄ cogito
fm carnē cogito:vt sit apud me est ⁊ nō. Et sic ex h̄ q̄
ex iusta cā pcermisit facere qđ pmiserat se imunē di
cit a leuitate:carnalitate:⁊ falsitate. Et sic ēt soluit hoc
Gelasius papa:⁊ h̄r in Decre.22.q.2.Beat⁹ inqt Pau
lus Aplus:nō ideo qđ absit fefellisse credendū est:aut
sibi extitisse ↄrius: q̄m cū ad hispaniam se pmisisset
diuina dispōne diuina maiorib⁹ occupat⁹ causis iplere
nō potuit qđ pmisit.Quātū n.ipsi⁹ volūtatis interfuit
h̄ pnūciauit:qđ re vera voluisset effice.Quātū xp̄o ad
dñi secreta ↄsiliꝫ q̄ vt hō nō potuit:lꝫ spū dei plenus
agnosceret: supna pmisit dispōne puenit⁹. L3.n. p
phetitū spūꝫ habuerit:tñ pphetis nō oia reuelant:vt
ps.4. Reg.4.vbi Heliseus dixit. Aia ei⁹ in amaritu
dine est:⁊ dñs celauit a me:⁊ nō indicauit mihi.

¶ Deide cū dicit. SCIO aūt ⁊c.] Pnūciat eis fructū
sue visitationis dicens. SCIO AVTEM].s.ex fiducia
diuine grē.QVONIAM veniēs ad vos in abūdantia
bn̄dictionis Chri veniam].i.Christus abūdantius sua
bn̄dictionē dabit vobis in meo aduētu.de q̄ dr̄ in ps.
Etenim bn̄dictionē dabit legislator: ibunt de virtute
in virtutē.Et sic Laban dixit ad Jacob.Gen.3.Expe
rimēto didici q̄ bn̄dixerit mihi deus ppter te.

¶ Deinde cū dicit. OBSECRO ergo ⁊c.] Petit ab eis
oronis suffragia:⁊ primo petit eoꝝ orōnes.2° ipse pro
eis rogat.ibi.DEVS pacis ⁊c.]Circa p̄m tria fac. Primo
iducit eos ad orādum pro se ex trib⁹.Primo qdeꝫ ex su
perna charitate.cum dicit.OBSECRO vos g̃ frēs,aūt
Philemo.Propter charitatē aūt mag obsecro.Scđo
ex reuerētia Chri cuius ipse erat minister dicēs. PER
DOMINVM nr̄m Jesū chrm.]In quo oēs vnū su
mus:vt supra.12.dictū est. Tertio ex dono spūsancti
qđ ei⁹ ministerio tradebat.Un̄ subdit. PER CHARI
TATEM spūsancti]quā spūsctūs i cordib⁹ nr̄is diffun
dit:vt supra.5.dictū ē. Scđo petit auxiliū orōnis eoꝝ
dicēs.VT ADIVVETIS me in orōnibus vestris ad
deū].s.pro me fusis. Prouer.18. Frater q̄ iuuat a fra
tre q̄si ciuitas firma. Hoc aūt vt Glo.dicit:nō ideo di
cit Aplus:q̄a ipse min⁹ mereat q̄ alij minores: sꝫ or
dinē sequit.pmo qdē vt ab ecclia pro rectore suo fiat
oratio.fm illud p̄e Thi.2.Obsecro igit pmo oiꝫ fieri
obsecratiōes:orōnes:postulatiōes:graꝝ actiones pro
oibus hoib⁹.pro regib⁹ ⁊ oib⁹ qui sunt in subl.mitate
cōstituti ⁊c. Scđo:q̄a multi minimi duꝫ cōgregantur
vnanimes magis merent. Et ideo ipole ē vt multoꝝ
pces nō ipetrēt.Mat.18.Si duo ex vobis ↄsenserint
sup terrā de oī re quācūqꝫ petierint fiet illis a p̄re qui
est in celis.Tertio vt duꝫ multi orant:multi etiā grās
agāt exauditi.fm illud 2° Cor.1.Adiuuātib⁹ vobis in
orōne pro nobis vt p multos grē agantur deo.Tertio
ponit ea q̄ vult sibi ipetrari : quoꝝ pmū ptinet ad ho
stes quos habebat in iudea.Un̄ dicit.VT LIBERER
ab infidelib⁹ q̄ sunt in iudea:]qui pcipue Paulū ipu
gnabāt ⁊ odiebāt:q̄a fiducialr pdicabat cessatione le
galium.Act.21.Audierūt de te q̄ discessionē doces a
Moyse ⁊c.Scđm ptinebat ad eos in quoꝝ ministe
riū ibat.Et h̄ est qđ subdit.ET ABLATIO obsequij
mei].i.ecclia in qua eis ministro fiat accepta sctis qui
sunt in hierlm.s.vt ex hac puocent ad grās agendum
deo:⁊ ad orādū pro ipsis gētib⁹ a qb⁹ recipiūt.Ecc.31.
Splendidū in panib⁹ bn̄dicent labia multoꝝ.Ter
tium ptinet ad ipsos qbus scribebat. Un̄ subdit. VT
VENIAM ad vos in gaudio : ⁊ hoc per volūtatē dei]
contra quā nihil agere volebat. Supra.p̄.Obsecrans
si quo prosperū iter habeā in voluntate dei veniendi
ad vos.ET REFRIGERER vobiscū].i.vt ex vestra
p̄ntia refrigeriū tribulationū meaꝝ accipiam.

¶ Deide cū dicit. DEVS aūt pacis ⁊c.] Ostēdit q̄ pro
eis orat dicēs.DEVS aūt dator pacis sit cū oibus vo
bis.]per hoc.s.q̄ vos adinuicē pacē habeatis. 2° Cor.
vltimo.Idē sapite ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vo
biscū.Subdit.AMEN].i.fiat.ps.Et dicet omnis po
pulus fiat fiat.

Cap. XVI.

Commendo aūt vobis Phebē soro
rem nostrā : que est ministra ecclesie
Cenchreensis:vt illam suscipiatis in
Chro:ita vt decet sanctos : ⁊ adsitis
ei:in quocūqꝫ vobis eguerit negocio. Nam hec
cū multis adfuit:tum mihi etiam ipsi. Salutate
Priscam ⁊ Aquilam:adiutores meos in Christo
Jesu:qui pro aia mea suaꝫ ipsoꝝ ceruicem suppo
suerūt.Quibus nō ego solus grās ago:sed ⁊ oēs
ecclesie gentiū. Itē que in domo illoꝝ est cōgre
gationē. Salutate Ephenetū dilectū meum:qui
est primitie Achaie in Chro. Salutate Mariā:

que multū laborauit erga nos. Salutate Andronicum: ꝛ Juniam: cognatos meos: ꝛ cōcaptiuos meos: qui sunt insignes inter apl'os: qui etiā ante me fuerūt in Chr̄o. Salutate Ampliaz dilectum meū in dn̄o. Salutate Urbanū: adiutorē nostrū in Christo: ꝛ Stachyn dilectuz meum. Salutate Appellam: pbatū in Chr̄o. Salutate eos q sunt ex Aristobuli familiarib⁹. Salutate Herodionē cognatuz meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisci familiaribus: hos qui sunt in domino. Salutate Tryphenam ꝛ Tryphosam: que laborant in dn̄o. Salutate Persidem dilectā: que multuz laborauit in dn̄o. Salutate Rufum electū in domino: ꝛ matrē illius ac meā. Salutate Asyncritū Phlegontez: Hermam: Patrobam: Mercuriū: ꝛ qui cū his sunt fratres. Salutate Philologū ꝛ Juliam. Nereum ꝛ sororē eius: ꝛ Olympā: ꝛ qui cū his sunt: oēs sanctos. Salutate vos inuicē cū osculo sancto. Salutant vos ecclesie Chr̄i.

Ommēdo aūt vobis Pheben sororē nostraz que est in ministerio ecclesie q̄ est chencris: vt eaz suscipiatis in dn̄o digne sanctis: ꝛ assistatis ei i quocūq; negocio vestri indiguerit. Etenī ipsa quoq; assistit multis ꝛ mihipsi. Salutate priscā ꝛ aquilaz adiutores meos in Christo iesu: qui pro anima mea suas ceruices supposuerūt: qbus nō soluz grās ago: sed ꝛ cuncte ecclesie gētiū ꝛ domesticā eccl'iaz eoꝝ. Salutate Ephenetuz dilectū mihi: qui ē primitiuus ecclesie Asie in Chr̄o iesu. Salutate Mariam que multum laborauit in vobis. Salutate andronicū ꝛ Juliaz: cognatos ꝛ cōcaptiuos meos q sunt nobiles in apostolis: qui ꝛ ante me fuerunt in Chr̄o iesu. Salutate Ampliatū dilectissimū mihi in dn̄o. Salutate Urbanū adiutorē nr̄m i Chr̄o iesu ꝛ Stachin dilectū meū. Salutate appellen probuz in Chr̄o. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionez cognatuz meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo: qui sunt in dn̄o. Salutate Triphenā ꝛ Triphosam: qui laborant in dn̄o. Salutate Persidaz charissimaz que multū laborauit in dn̄o. Salutate Rufuz electū in dn̄o: ꝛ matrē eius ꝛ meā. Salutate ꝛ Asineretū ꝛ Phlegontaz hermem patrobā hermā: ꝛ q cū eis sunt frēs. Salutate Philologū ꝛ Juliā Nereū ꝛ sororē eius ꝛ Olimpiadem ꝛ oēs q cuz eis sunt sanctos. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutant vos oēs ecclesie Christi.

Ostq̄ Apl's pposuit fidelib⁹ romanis qb⁹ scribebat q̄daz familiaria puinētia ad suā psonā: h̄ ponit q̄dā familiaria ptinētia ad alios. Et circa hoc tria facit. Pⁱo monet qd ad alios debeāt facere. 2° ondit qd alij ad eos agant. ibi. SALVTAT vos ꝛc̄.] 3° eplaz finit i grāꝝ actiōe. ibi. EI AVTEM qui potēs ꝛc̄.] Circa pⁱᵐ duo fac̄. Pⁱo ostēdit quos debeāt salutare. 2° ostēdit q̄s debeāt vitare. ibi. ROGO AVTEM vos frēs.] Circa pⁱᵐ mādat q̄sdaz psonas salutari in spāli. 2° ponit i gn̄ali modū salutationis. ibi. SALVTATE inuicē ꝛc̄.] 3° salutare eos in cōi ex pte fideliū. ibi. SALVTANT VOS ꝛc̄.] Circa pⁱᵐ pmo loquit̄ de q̄dā muliere corinthia q̄ Romā ibat quā eis recōmēdat describēs eam. pmo ex noie dicēs. COMMENDO aūt vobis Pheben] q̄ lz eēt deo deuota: nō tn̄ erat tāte auc̄tis vt cōmēdatitijs lr̄is nō egeret: sicut ipse de se dic̄. 2ᵃ Cor. 3. Aut nūqd egem⁹ sic qdā cōmēdatitijs lr̄is. Scdo describit eā ex fidei religiōe dicēs. SORORE M nostrā.] Oēs. n. mulieres fideles sorores vocā̄t: sic ꝛ oēs viri frēs. Mat. 23. Oēs vos frēs estis. Tertio ex offō pietat̄ cū dic̄. QVE EST in ministerio ecclesie q̄ est chencris] in portu corinthioꝝ vbi aliqui christiani erāt cōgregati: qb⁹ dicta mulier fuiebat: sic ꝛ de ipso Chr̄o. Lu. 8. dī. Et q̄dā mulieres mīstrabāt ei de facultatib⁹ suis. Et de vidua eligenda. dī pᵃ Thi. 5. Si hospitio recepit si pedes sanctoꝝ lauit.

¶ Deinde dicit duo in qb⁹ vult eaz cōmēdatā haberi. Quoꝝ pⁱᵐ ē vt honeste recipiat̄. Et h̄ est qd dicit. VT SVSCIPIATIS eā in dn̄o] i. pp amorē dei. Digne sanctis. i. fm q dignū est recipi sctōs. fm illud Mat. 10. Qui recipit iustū in noie iusti mercedē iusti accipiet. Quidaz libri h̄nt digne satis. i. cōueniēter: tn̄ lr̄a nō cōcordat cū greco. Scdm ē vt eā sollicite adiuuent. Unū subdit. VT ASSISTATIS EI] i. ɔsiliū ꝛ auxiliū ferēdo IN QVOCVNQVE negocio vr̄i idiguerit.] Debebat. n. forte aliqd expedire i curia Cesaris. ¶ Sz ɔ̄ h̄ vr̄ eē: qd dī pᵃ Thes. 4. Uestrū negociū agatis. q. d. Nō intromittatis vos de negocijs alienis. ¶ Sed dicenduz est: q assistere negocijs alienis ɔtingit dupl'r. Uno mō seculariter. i. pp̄ter fauorē hoīz vel lucrā: ꝛ hoc nō cōuenit seruis dei. 2ᵃ Thi. 2. Nemo militans deo iplicat se negocijs secularib⁹. Alio mō assistit aliquis negocijs alienis ex pietate: puta in auxiliū idigētiuz ꝛ miseroꝝ: ꝛ h̄ est religiosuz. fm illud Ja. 1. Religio mūda ꝛ imaculata apud deū ꝛ pātrē hec est: visitare pupillos ꝛ viduas i tribulatiōe eoꝝ. Et hoc modo Apl'us hic loquit̄. Ultimo aūt ostēdit Apl's meritum eius quare hoc sibi debeatur dicēs. ETENIM IPSA quoq; multis assistit ꝛ mihipsi.] Esa. 3. Dicite iusto qm̄ bene. Retributio enim manuū eius fiet ei. Matth. 5. Beati misericordes: qm̄ ipsi mīaz ɔsequēt̄.

¶ Deide mādat salutari q̄sdā alias psonas sibi cōiunctas dicēs. SALVTATE Priscā ꝛ Aquilā] q erat vir Prisce: sz mulierē pponit forte pp maiorē fidei deuotionē. ADIVTORES meos in Chr̄o iesu] i. i fide chr̄i pdicāda. Apud. n. eos corinthi hospitabant̄: vt habet̄ Act. 18. Qui PRO aīa mea suas ceruices supposuerūt] idest sespos morti pīculo exposuerūt pro vita mea cōfirmāda: qd ē idiciū max̄ᵉ charitas. Jo. 15. Maiorē hac dilectionē nemo hz vt aiaz suā ponat quis pro amicis suis. Hoc āt vr̄ fcm̄ fuisse corinthi vbi Paulus psecutiōez ē passus. sic h̄r Act. 18. ¶ Uel forte meli⁹ vōmē q alij se periculo pro Apostolo exposuerūt. Nā illud qd legit̄ Act. 18. Factum fuit quādo Prisca ꝛ Aquila

Assistere negocijs secularib⁹ vl' ex pietate vl' lucro.

de Roma recedētes Corinthū venerūt: vt ibidē3 dr̃. Sz h̄ scribebat Apl's qn̄ adhuc estiabat eos eē rome: vita aūt apl'i nō tā sibi q̄3 alijs necessaria erat. f3 illud Phil.p̄. Permanere aūt i carne necēiu3 pp vos. Et id̄ subdit. QVIBVS nō solu3 ego grās ago: s3 ⁊ cuncte ecclesie gētiu3. Jqua3 sum apl'us ⁊ doctoꝛ.p̄. Thi.2. Doctoꝛ gētiu3 in fide ⁊ veritate. Et etiā salutate DOMESTICAM coꝝ ecclīā. J Habebāt.n.in domo sua multos fideles cōgregatos.

¶ Deinde vult aliū salutari sibi dilectione ɔiunctū dicens. SALVTATE Ephenetū dilectū meū qui est primitiuus Asie in Chro. J Primus.n.in tota Asia fuit ad fide3 Christi cōuersus qd̄ erat ei ad magnā dignitatē. Heb.12. Accessistis ad ecclesiā p̄mitiuoꝝ qui ɔscripti sunt in celis. Tunc aūt erat Rome.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Maria3 que multū laborauit in vobis. J ad hoc vt eos ad cōcordia3 reuocaret: que cū hoc facere nō posset significauit Apostolo. Sap.3. Bonoꝝ laboꝝ gl'iosus est fructus.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Andronicū ⁊ Juliam. J quos p̄mo describit ex genere cū dicit. COGNATOS MEOS. J In quo ostēdit eos fuisse iudeos. de qb⁹ .ã.9. Qui sunt cognati mei fm carnē. Scd̄o ex passiōe pro Chro suscepta dicēs. ET CONCAPTIVOS MEOS J Fuerūt.n.aliqn̄ cū ap'lo xp̄i icarcerati.2ª Coꝛ.ii. In carcerib⁹ abūdanti⁹. Tertio ex auc̄te cū dic̄. QVI SVNT nobiles in apl'is J.i.nobiles inter p̄dicatores. f3 illud Prouer. vltio. Nobilis in portis vir eius. Quarto ex tp̄e cu3 dicit. ET ANTE ME fuerunt in Chro iesu. J Prius.n.fuerunt conuersi q̄3 ipse Apl'us: ⁊ ex hoc eis maioꝛ reuerētia debebatur. p̄ma Thi.5. Senioꝛe3 ne increpaueris: sed obsecra vt patrem.

¶ Deide dic̄. SALVTATE Ampliatū dilectū meū in dn̄o J.i. dilectiōe charitatis q̄ est in chro. Phil.p̄. Testis mihi est de⁹ q̄mo cupiā oēs vos eē in visceribꝰ Chri.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Urbanū adiutore3 nostrum in Chro J.f. in p̄dicatione fidei. Prouer.18. Frater qui adiuuat̃ a fratre ⁊c̃. ET STACHIN dilectum meū J quos cōiungit: q̄a forte simul habitabāt: vel aliqua alia necessitudine erant coniuncti.

¶ Deide dic̄. SALVTATE Appellen p̄bū in chro J.i. approbatū in Chro forte p aliquas tribulatiōes. Job 23. Probauit me quasi aurū qd̄ per ignē trāsit.

¶ Deide dicit. SALVTATE oēs q sunt ex domo J.i. ex familia Aristoboli in cui⁹ domo multi fideles erāt cōgregati quē nō salutat: q̄a forte ex aliq̄ cā erat absēs.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Herodionē cognatu3 meu3 J qui ex hoc ipso dicit̃ fuisse iudeus.

¶ Deide dicit. SALVTATE oēs q sunt ex domo narcissi J qui dr̃ fuisse presbyter ⁊ peregrinabat̃ p deserta loca vt fideles Chri ɔfortaret. Unī q̄a tunc erā absentē nominat eē apostolus nō mandat eū salutari: s3 familiam eius. Erant tn̄ in eius familia aliqui infideles: ⁊ ideo ad discretionē subdit. QVI SVNT in dn̄o J quia solos fideles salutari mandat. 2ª Jo.p̄. Si quis venit ad vos ⁊ hanc doctrinā non affert noli te recipere eū in domu3 nec aue dixeritis ei.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Triphenā ⁊ Triphosam que laborauerūt in dn̄o J.i. in ministerio sanctoꝝ: qd̄ dn̄s sibi reputat fieri. f3 illud Mat.25. Qd̄ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Persidam carissimam meam J quā.f. Apl'us ppter eius deuotionē spālr diligebat. Unī subdit. QVE MVLTVM laborauit in domino J.f. exhortādo alios ⁊ ministrādo sanctis: ⁊ ēt in paupertate ⁊ alijs spūalib⁹ laborib⁹. 2ª Corin.11. In laboribus: in ieiunijs: in vigilijs ⁊c̃.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Rufu3 electū i dn̄o J.f. in grā Chri. Eph.p̄. elegit nos in ipso an̄ mūdi ɔstōnē. Et mr̄e3 ei⁹ .f.carnē: ⁊ meā q̄ fuit ei⁹ mr̄ bn̄ficio. Aliq̄n̄ enī fuerat ap'lo: l3 tūc Rome nō eēt. p̄ª Thi.5. Anus vt mr̄es iuuēculas vt soꝛoꝛes in omni castitate.

¶ Deinde dicit. SALVTATE Asincretū hermē Patrobam hermā ⁊ qui cu3 eis sunt fratres: J quos simul salutat: quia simul cōcoꝛditer habitabant. ps̄. Qui habitare facit vnius moris in domo.

¶ Deide dic̄. SALVTATE Philologū ⁊ Juliā Nereū ⁊ soꝛoꝛē ei⁹ Olympiade ⁊ oēs q cū eis sūt scōs J.i. i fide chri scificatos. p̄ª Coꝛ.i. Abluti estis ⁊ scificati estis.

¶ Deinde ostēdit modu3 quo se gn̄alr salutent dicēs. SALVTATE inuicē in osculo sancto. J qd̄ dr̃ ad diuā osculi libidinosi. de quo dr̃ Prouer.7. Apprehensum deosculat̃ iuuenē. Et etia3 dolosi. de quo dr̃ Prou.27. Meliora sunt vulnera diligētis q̄3 fraudulēta oscula inimici. Osculum aūt sanctū est qd̄ in signū sancte trinitatis dat̃. Cañ.i. Osculet̃ me osculo oris sui. Ex inde aute3 mos in ecclesia inoleuit vt fideles inter missarū solēnia inuicem dent oscula pacis.

¶ Deide salutat eos ex pte alia3 ecclia3 dicēs. SALVTANT vos oēs ecclie chri J.i. in noie ⁊ fide chri ɔgregate: q̄a oēs vestrā salutē optāt ⁊ pro vobis orāt. Jac. vltimo. Orate pro inuicem vt saluemini.

¶ Obsecro aūt vos fratres: vt ɔsideretis eos qui dissidia ⁊ offendicula cōtra doctrinā: quā vos didicistis: gignūt: ⁊ declinetis ab illis. Nā qui eiusmodi sunt: dn̄o Jesu chro nō seruiunt: s3 suo ventri: ⁊ per blandiloquētiā ⁊ assentationē decipiūt corda simpliciū. Nam vestra obedientia ad oēs permanauit. Gaudeo igitur sane de vobis. Sed volo vos sapiētes q̄de3 esse ad bonum: synceros autē ad malu3. Deus aūt pacis cōteret sathana3 sub pedes vestros breui. Gratia dn̄i nostri Jesu christi sit vobiscu3. Salutant vos Thimotheus cooperari⁹ meus: ⁊ Lucius: ⁊ Jason: ⁊ Sosipater: cognati mei. Saluto vos ego Tertius: qui scripsi epistola3 in dn̄o. Salutat vos Gaius hospes meus ⁊ ecclesie toti⁹. Salutat vos Erastus questoꝛ erarius ciuitatis: ⁊ Quartus frater: grā dn̄i nostri Jesu chri sit cu3 oibus vobis. Amen. Ei aūt qui potēs est vos cōfirmare fm euāgeliū meū: ⁊ preconium Jesu chri: iuxta reuelationem mysterij: tempoꝛib⁹ eternis taciti: manifestati vo nunc: ⁊ per scripturas pphēticas iuxta delegationē eterni dei in obediētia3 fidei: in oēs gentes patefacti: soli sapienti deo: per Jesum christum: J cui gloꝛia in secula. Amen.

¶ Rogo aūt vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones ⁊ offendicula p̄ter doctrinam quā vos didicistis faciunt: ⁊ declinate ab illis. Huiuscemodi eni3 Christo dn̄o nostro nō seruiunt: s3 suo vētri ⁊ per dulces sermones ⁊ bn̄dictiōes seducūt coꝛda inocentiu3. Uestra eni3 obediētia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igit̃ in vobis:

Osculū scḿ libidinosum dolosu3 hinc inter missarū solemnia fideles inter se dent oscula.

Phil.3.

Roma.3.

sed volo vos sapiētes esse in bono: ꝛ simplices in malo. Deus aūt pacis cōterat sathanam sub pedib⁹ vestris velociter. Gr̄a dn̄i nostri Jesu christi vobiscū. Salutat vos Thimothe⁹ adiutor meus: ꝛ Luci⁹ ꝛ Jason ꝛ Sosipater cognati mei. Saluto vos ego tertius qui scripsi epistolam in dn̄o. Salutat vos Caius hospes meus ꝛ vniuersa eccl'ia. Salutat vos Erastus archarius ciuitatis ꝛ quartus frater. Gratia dn̄i nostri Jesu chr̄i cū oib⁹ vobis. Amē. Ei aūt qui potēs est vos confirmare iuxta euāgeliū meū ꝛ p̄dicationē Jesu chr̄i s̄m reuelationē mysterij tēporib⁹ eternis taciti: qd̄ nunc patefactū est per scripturas ꝓphetarū s̄m p̄ceptū eterni dei ad obeditionem fidei in cunctis gentib⁹ cogniti soli sapienti deo p̄ Jesum chr̄m cui honor ꝛ gl'ia in secula seculorū. Amen. Lec. II.

¶ Nō in sapiētia vbi: vt nō euacuetur crux Christi. Uerbū eni crucis pereuntib' qdē stultitia est: his aūt q salui fiūt. i. nobis dei virtus est. Scriptū est eni. Perdā sapien tiā sapiētiū ⁊ prudentiā prudētiū reprobā bo. vbi sapiēs vbi scriba: vbi inq̄sitor hui' secli. Nō ne stultam fecit deus sapientia3 huius mundi. Nam q̄a in dei sapientia nō cognouit mundus per sapientiam deū pla cuit deo per stultitia3 predicationis saluos facere credentes. Quoniam ⁊ iudei signa petunt: ⁊ greci sapientiam querūt. Nos p dicamus Christum crucifixum: iudeis q dem scandalum: gentibus autem stultitiā: ipsis aūt vocatis iudeis atq3 grecis Chri stum dei virtutem ⁊ dei sapientiam: quia quod stultum est dei sapientius est homi nibus: ⁊ quod infirmum est dei fortius est hominibus. Lec. III.

Postq̄ Aplus improbauit corinthioꝝ ꝯtentio nez: rōne sumpta ex parte baptismi: hic excludit eoꝝ cōtētionem ratione sumpta ex parte do ctrine. Quidā. n. eoꝝ gloriabātur de doctrina pseudo Aploꝝ qui ornatis vbis ⁊ humane sapiētie ratiōibus veritatē fidei corrumpebant. Et ideo Apl's pmo ostē dit huc modum cōuenietē3 nō eē doctrine fidei. Se cūdo ostendit hoc modo docēdi se vsum apud eos nō fuisse. 2. cap. ibi. ET EGO cum venissez ad ⁊c.] Circa primū duo facit. Primo ꝓponit qd intēdit. Secundo manifestat ꝓpositum ibi. VT NON euacuet̄.] Dicit ergo pmo. dixi ꝙ misit Christus euāgeliçare. NON] tamē ita ꝙ ego IN SAPIENTIA vbi] euangelicez. s. in sapientia mūdana que vbosos facit inquātum per

tam multis vanis rationibus homines vtuntur. Eccl. 6. Verba sunt plurima multaque in disputando: habentia vanitatem. Prouerb. 14. Ubi verba sunt plurima: ibi frequenter egestas. Uel sapientiam verbi nominat rhetoricam que docet ornate loqui: ex quo alliciuntur interdum homines ad assentiendum erroribus et falsitatibus. Unde Ro. 16. Per dulces sermones seducunt corda innocentium. Et de meretrice dicitur Prouerb. 2. in figura heretice doctrine, Ut eruaris a muliere aliena et extranea que mollit sermones suos. Sed econtra dicitur Esa. 33. Populum imprudentem non videbis. s. in catholica ecclesia: et populum alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem lingue eius in quo nulla est sapientia: sed quia in greco ponitur logos: quod rationem et sermonem significat: posset conuenientius intelligi sapientia verbi. i. humane rationis: quia illa que sunt fidei humanam rationem excedunt. Secundum illud Eccl. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. ¶ Sed contra hoc videtur esse quod multi doctores ecclesie in doctrina fidei sapientia et rationibus humanis et ornatu verborum sunt vsi. Dicit enim Hierony. in epistola ad magnum oratorem vrbis Rome: quod omnes doctores fidei dei in ornatu philosophie doctrinis atque scientiis suos refarserunt libros: vt nescias quid in illis primum admirari debeas eruditionem seculi an scientiam scripturarum. Et Aug. dicit in 4. de doctrina chri. Sunt viri ecclesiastici qui diuina eloquia non solum sapienter: sed etiam suauiter tractauerunt. Dicendum est ergo quod aliud est docere in sapientia verbi quocunque modo intelligatur: et aliud vti sapientia verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet

Docere in sapientia verbi. Uti sapientia verbi in docendo.

qui sapientiam verbi accipit pro principali radice sue doctrine: ita. s. quod ea solum approbet que verbi sapientiam continent: reprobet autem ea que sapientiam verbi non habent. et hoc fidei est corruptiuum: vtitur autem sapientia verbi qui suppositis vere fidei fundamentis si qua vera in doctrinis philosophorum inueniat in obsequium fidei assumit. Unde Aug. dicit in 2° de doctrina christiana quod si qua philosophi dixerunt fidei nostre accommoda non solum formidanda non sunt: sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Et in 4. de doctri. chri. dicit. Cum posita sit in medio facultas eloquii que ad persuadendum seu praua seu recta valent plurimum: cur non bonorum studio comparetur vt militet veritati: si eam mali in vsum iniquitatis et erroris vsurpant.

¶ Deinde cum dicit. VT NON euacuetur crux Christi. Probat quod dixerat: et primo quidem ex parte materie. 2° ex parte ipsorum docentium ibi. VIDETE enim vocationem vestram etc. Circa primum tria facit: quia primo ostendit modum docendi qui est in sapientia verbi non esse congruum fidei christiane. Secundo probat quod supposuerat ibi. VERBVM enim crucis. Tertio probationem manifestat ibi. QVONIAM iudei signa petunt. ¶ Circa primum considerandum est quod etiam in philosophicis doctrinis non est idem modus conueniens cuilibet doctrine. Unde sermones secundum materiam sunt expetendi: vt dicitur in primo ethicorum. Tunc autem maxime modus aliquis docendi est materie incongruus quando per talem modum destruitur id quod est principale in materia illa: puta si quis in rebus intellectualibus velit metaphoricis demonstrationibus vti que non transcendunt res imaginatas ad quas non oportet intelligentem adduci: vt Boetius ostendit in libro de trini. Principale autem in doctrina fidei christiane est salus per crucem Christi facta. Unde in secundo dicit. Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum et hunc crucifixum. Qui autem principaliter innititur in docendo sapientie verbi quantum in se est euacuat crucem Christi. Ergo docere in sapientia verbi non est modus conueniens fidei christiane. Hoc est ergo quod dicit. VT NON euacuetur crux Christi. i. ne si in sapientia verbi predicare voluero tollatur fides de virtute crucis Christi. Gal. 5. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Ps. Qui dicunt exinanite vsque ad fundamentum in ea.

¶ Deinde cum dicit. VERBVM crucis etc. Probat quod per doctrinam que est in sapientia verbi crux Christi euacuetur. Et circa hoc duo facit. Primo inducit probationem. Secundo assignat causam dictorum ibi. SCRIPTVM est enim etc. Dicit ergo primo. Ideo dixi quod si per sapientiam verbi doctrina fidei proponeretur euacuaretur crux Christi. VERBVM enim crucis. i. annuntiatio crucis Christi. STVLTITIA est. i. stultum aliquid videtur. PEREVNTIBVS quidem. i. infidelibus qui se secundum mundum existimant sapientes: eo quod predicatio crucis Christi aliquid continet quod secundum humanam sapientiam impossibile videtur. puta quod deus moriatur: quod omnipotens violentorum manibus subiciatur. Continet etiam quedam que prudentie huius mundi contraria videntur: puta quod aliquis non refugiat confusiones cum possit et alique huiusmodi. Et ideo paulo huiusmodi annuntianti dixit festus vt legitur Act. 26. Insanis Paule: multe littere ad insaniam te adducunt. Et ipse Paulus dicit infra. 4. Nos stulti propter Christum: et ne credatur re vera verbum crucis stultitiam continere: subdit. HIS AVTEM qui salui fiunt. i. nobis. s. Christi fidelibus qui ab eo saluantur: secundum illud Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. VIRTVS dei est: quia ipsi in cruce Christi mortem dei cognoscunt qua diabolum vicit et mundum. Apocal. 5. Ecce vicit leo de tribu iuda. Item virtutem quam in seipsis experiuntur dum simul cum Christo vitia et concupiscentias mortificant. secundum illud Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. Unde in ps. dicitur. Uirgam virtutis tue emittet dominus ex syon. Luc. 6. Uirtus de illo exibat et sanabat omnes.

¶ Deinde cum dicit. SCRIPTVM est enim. Ostendit predictorum causam. et ponit primo quare verbum crucis sit hominibus stultitia. Secundo ostendit quare ista stultitia sit virtus dei his qui saluantur ibi. NAM QVIA in dei sapientia etc. Circa primum duo facit. Primo inducit auctoritatem prenuntiantem. quod queritur. Secundo ostendit hoc esse impletum ibi. VBI SAPIENS. Circa primum considerandum quod id quod est in se bonum non potest alicui stultum videri nisi propter defectum sapientie. Hec est ergo causa quare verbum crucis quod est salutiferum credentibus: quibusdam videtur stultitia: quia sunt ipsi sapientia priuati. et hoc est quod dicit. SCRIPTVM est enim. PERDAM sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. Potest autem hoc sumi ex duobus locis. Nam in Abdia dicitur. Perdam sapientiam de idumea: et prudentiam de monte Esau. Expressius autem habetur Esa. 29. Peribit sapientia a sapientibus: et intellectus prudentium eius abscondetur. Differunt autem sapientia et prudentia. Nam sapientia est cognitio diuinarum rerum. Unde pertinet ad contemplationem. Job. 28. Timor dei ipsa est sapientia. Prudentia vero proprie est cognitio rerum humanarum. Unde dicitur Prouerb. 10. Sapientia est viro prudentia: quia s. scientia humanarum rerum dicitur. Unde et Philos. 6. ethicorum dicit quod prudentia est recta ratio agibilium. et sic prudentia ad rationem pertinet. Est autem considerandum quod homines quantumcunque mali non totaliter donis dei priuantur: nec in eis dona dei reprobantur: sed in eis reprobatur et perditur quod ex eorum malitia procedit. Et ideo non dicit simpliciter perdam sapientiam: quia omnis sapientia a domi

Sapientia et prudentia differunt.

no deo est. vt dr̄ Esa. 29. Si perdaz sapiam sapiētuz .i.
quā sapiētes hui⁹ mūdi adinuenerūt sibi ꝯ verā sapiē
tiaz dei: q̄a vt dr̄ Jaco. 3. Non ē ista sapia desursuz de/
scendēs: sȝ terrena aialis diabolica. Simil'r non dicit
reprobabo prudētiā. Naz verā prudētiā sapiētia dei
docet: sȝ dicit. Prudētia prudentiū .i. quā illi qui se pru
dentes estimant in reb⁹ mundanis prudentiaȝ repu/
tant: vt .s. bonis huius mūdi inhereant. Uel quia vt dr̄
Ro. 8. Prudentia carnis mors ē. Et sic pp defectū sa/
piētie reputāt impoe deū hoiem fieri: mortē pati ꝑm
humanaȝ naturā: ꝑpter defectuȝ aūt prudentie repu/
tant incōueniens fuisse q̄ homo sustineret cruceȝ cō/
fusione contempta: vt dr̄ Heb. 12.

Deinde cū dicit. VBI SAPIENS ꝛc̄.] Ostendit esse
īpletū qd̄ de reprobatiōe hūane sapie ꝛ prudētie fue/
rat ꝓbatū. Et p̄io ponit mediū sub īterrogatiōe. 2° cō
clusionē infert. ibi. NONNE stultaȝ ꝛc̄.] Dicit ḡ p̄mo.
VBI SAPIENS] .q.d. nō inuenit̄ in cōgregatiōe fide/
liuȝ qui saluat̄: per sapiētes itelligit illum qui secretas
nature cās scrutat̄. Esa. 19. Quō dicetis Pharaoni fi/
lius sapiētuȝ ego. Et hoc refert̄ ad gentiles qui huius
mūdi sapiētie studebāt. VBI SCRIBA] .i. peritus in
lege: ꝛ hoc refert̄ ad iudeos: q̄si diceret non est in cetu
fideliū. Jo. 7. Nunqd ex ꝑncipib⁹ aliq̄s credidit in eū.
VBI CONQVISITOR huius seculi.] qui .s. per pru/
dentiaȝ exq̄rit que sit ꝯueniētia vite humane in reb⁹
huius seculi .q.d. nō inuenit̄ inter fideles: ꝛ hoc refert̄
ad vtrosq̄ȝ .s. iudeos ꝛ gentiles. Baruch. 3. Filij Agar
qui exquisierūt prudentiam que de terra est. Uidetur
autē Apostolus hāc interrogationeȝ sumere ab eo qd̄
dicit̄ Esa. 33. Ubi est literatus pro quo sapienteȝ. Ubi
est verba legis ponderans pro quo ponit scribā. Ubi
est doctor paruuloꝝ: pro quo ponit inquisitorē huius
seculi: quia paruuli maxime solent instrui de his que
pertinent ad disciplinam moralis vite.

Deinde cū dicit. NONNE stultā fecit ꝛc̄.] Infert cō/
clusionē sub interrogatione .q.d. cuȝ illi qui sapientes
mundi reputant̄ a via salutis defecerint. Nōne deus
sapiētiaȝ huius mundi fecit stultaȝ .i. demōstrauit esse
stultaȝ: dum illi qui in hac sapiētia pollebāt taȝ stulti
inuenti sunt: vt viaȝ salutis non acciperent. Hiere. 10.
ꝛ 51. Stultus factus est ois homo a scia sua. Esa. 47.
Sapiētia tua ꝛ sciētia tua hec decepit te. Potest autē
ꝛ aliter intelligi qd̄ dictuȝ est: ac si diceret. PERDAM
SAPIENTIAM sapientuȝ ꝛ prudentiam prudentum
reprobabo] .i. eligam eaȝ in p̄mis meis ꝑdicatoribus.
ꝑm illud Prouer. 30. Uisio quā locut⁹ est vir cuȝ quo
est de⁹. ꝛ infra. Stultissimus sum viroꝝ: ꝛ sapia hoiuȝ
nō est mecū. VBI SAPIENS] .q.d. inter predicatores
fidei nō inuenit̄. Mat. 11. Abscōdisti hec a sapiētib⁹
ꝛ prudentib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. Nōne deus stul/
tam fecit .i. demōstrauit. Sapiētiā hui⁹ mūdi: faciēdo
qd̄ ipsis impossibile reputabatur .s. dictum esse hoieȝ
mortuū resurgere: ꝛ alia hu̓.

Deinde cum dicit. NAM QVIA in dei sapiētia ꝛc̄.]
Assignat rōnē quare per ꝑdicationis stultitiā saluent̄
fideles: ꝛ hoc est q̄ dum dictum est q̄ verbum crucis
pereuntib⁹ quidem stultitia est: virtus ꝟo saluationis
credentibus. NAM PLACVIT deo per stultitiaȝ ꝑdi
cationis] .i. per predicationē quaȝ humana sapientia
stultam reputat. SALVOS facere credentes.] Et hoc
ideo: quia MVNDVS] .i. mūdani nō cognouerūt deuȝ
per sapiētiaȝ ex rebus mūdi acceptā. ET HOC in dei
sapientia.] Diuina eniȝ sapiētia faciens mundum sua
iudicia in reb⁹ mūdi instruit. ꝑm illud Eccl. 1. Effudit
illam sup oīa opera sua: ita q̄ ipse creature per sapiē/
tiaȝ dei facte se habent ad dei sapiētiaȝ: cuius iudicia
gerunt: sicut verba hoīs ad sapiētiaȝ eius quā signifi/
cant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscēduȝ ma
gistri sapientiaȝ per ꝟba que ab ipso audit: ita homo
poterat ad cognoscēdum dei sapiētiam per creaturas
ab ipso factas inspiciēdo ꝑuenire. ꝑm illud Ro. p̄mo.
Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspi
ciuntur. Sed homo ꝑpter sui cordis vanitatē a recti/
tudine diuine cognitionis deuiauit. Unde dr̄ Joā. p̄.
In mundo erat ꝛ mundus per ipsum factus est ꝛ mū/
dus euȝ nō cognouit. Et ideo deus per quedaȝ alia ad
sui cognitionē salutiferaȝ fideles adduxit que in ipsis
rationib⁹ creaturaruȝ nō inueniunt̄: ꝑpter qd̄ a mun
danis hominib⁹: qui solas humanarū rerum conside/
rant rōnes: reputātur stulta. Et hu̓ sunt fidei documē/
ta. Et est simile sicut si aliquis magister considerans
sensuȝ suum ab auditoribus non accipi per ꝟba que
protulit: studet alijs verbis vti: per que possit manife
stare que habet in corde.

Deinde cū dicit. QVONIAM ꝛ iudei ꝛc̄.] Manife/
stat ꝓbationē p̄missoꝝ: ꝛ primo quātuȝ ad id quod
dixerat verbū crucis pereuntib⁹ stultitia est. Secūdo
quātum ad id qd̄ dixerat. HIS QVI salui fiunt virtus
dei. Ipsis aūt vocatis ꝛc̄.] Circa primuȝ duo facit.
Primo ponit pereuntiuȝ differēs studiuȝ ꝛ intētionē.
Scdo ex hoc rōneȝ assignat eius qd̄ dixerat. ibi. NOS
AVTEM predicamus Chrm̄.] Pereuntiuȝ aūt .i. infi/
delium q̄daȝ erant iudei q̄daȝ gentiles. Dicit ergo di/
ctum est q̄ verbum crucis pereuntibus est stultitia: ꝛ
hoc ideo: q̄m IVDEI signa petūt.] Erant eni iudei cō/
sueti diuinitus instrui. ꝑm illud Deu. 32. Erudiuit euȝ
ꝛ docuit. Que quideȝ doctrina cum esset a deo ꝑ mul/
ta mirabilia manifesta. ꝑm illud ps. Fecit mirabilia
in terra egypti. Et ideo ab afferentib⁹ quācūq̄ȝ doctri
nam signa querebāt. ꝑm illud Mat. 12. Magister vo
lumus a te signuȝ aliqd̄ videre. Et in ps. dr̄. Signa no
stra non vidimus. SED GRECI sapientiaȝ querunt.]
vtpote in studio sapiētie exercitati. sapiētiaȝ dico que
per rōnes rerū mundanaꝝ accipit̄. de qua dr̄ Hier. 9.
Non glorietur sapiens in sapiētia. Per grecos autem Per grecos oes gētiles.
omnes gentiles dat intelligere: qui a grecis mūdanaȝ
sapientiaȝ acceperunt. Querebant igitur sapientiam
volentes omneȝ doctrinaȝ eis ꝓpositaȝ ꝑm regulam
humane sapientie iudicare.

Deinde cōcludit quare verbuȝ crucis sit eis stultitia
dicēs. NOS AVTEM ꝑdicamus Chrm̄ crucifixum.]
ꝑm illud infra ca. 11. Morteȝ dn̄i annūciabitis donec
veniat. IVDEIS scādaluȝ.] q̄a .s. desiderabāt virtutem
miracula facientē: ꝛ videbant infirmitatē crucem pa/
tientē. naȝ vt dr̄ 2. Cor. vlti. Crucifixus ex īfirmitate.
GENTIBVS aūt stultitiaȝ.] q̄a cōtra rōnem humane
sapiētie videt̄ q̄ deus moriat̄: ꝛ q̄ hō iustus ꝛ sapiēs
se voluntarie turpissime morti exponat.

Deinde cū dicit. IPSIS autē vocatis.] Manifestat
qd̄ dixerat. His aūt qui salui fiunt virt⁹ dei est: ꝛ p̄mo
manifestat hoc. 2° rōneȝ assignat. ibi. QVIA QVOD
STVLTVM ꝛc̄.] Dicit ergo p̄mo. Dictuȝ est q̄ predi/
camus Christuȝ crucifixum iudeis scandalum ꝛ gen/
tibus stultitiaȝ: sed predicamus Christū dei virtutem
ꝛ dei sapiētiā IPSIS vocatis iudeis ꝛ grecis] .i. his qui
ex iudeis ꝛ gentilib⁹ ad fidem Chri vocati sunt: qui in
cruce Chri recognoscūt dei virtutē: ꝑ quā ꝛ demones
superantur ꝛ peccata remittuntur: ꝛ homines saluan/
tur. ps. Exaltare domine in virtute tua. Et hoc dicit

ꝫ scãdalũ iudeoꝝ: qui de infirmitate Chrĩ scãdalizabanẽ: ꝛ recognoscũt i cruce dei sapiaꝫ: inquãtũ ꝑ crucẽ cõuenientissimo mõ humanũ genus liberat. Sap.9. Per sapiẽtiaꝫ sanati sunt quicũqꝫ placuerũt tibi a pricipio. Dicit aũt dei virt⁹ ꝛ dei sapia ꝑ quãdaꝫ appropriationẽ: virt⁹ qdeꝫ inquãtuꝫ ꝑ cũ pr̃ oĩa opaẽ. Jo.1. Oĩa per ipm̃ facta sunt. Sapia xͦo inquãtuꝫ ipꝫ xbũ qꝺ est fili⁹ nihil est aliud q̃ꝫ sapia genita vel cõcepta. Eccl.24. Ego ex ore altissimi prodii pmo genita ante oẽm creaturã. Nõ aũt sic est intelligẽduꝫ ꝙ de⁹ pr̃ sit fortis ꝛ sapiẽs virtute: aut sapia genita: qa vt Augu. ꝓbat.6. de trinitate: sequereẽ ꝙ pater hĩet esse a filio: qa hoc est deo eẽ qꝺ fortẽ ꝛ sapiẽteꝫ esse.

Deinde cũ dicit. QVIA qꝺ stultuꝫ est dei.] Assignat rõnẽ ei⁹ qꝺ dixerat dicẽs: qũo id qꝺ ẽ infirmũ ꝛ stultũ possit eẽ virt⁹ vel sapia dei: qa qꝺ STVLTVM est dei sapiẽti⁹ est hoĩb⁹.] .q.d. Jam aliqꝺ diuinũ vr̃ eẽ stultũ: nõ qa deficiat a sapia: sed qa superexcedit sapiaꝫ humanam. Hoĩes.n. qdaꝫ ꝯsueuerũt stultũ reputare qꝺ eoꝝ sensuꝫ excedit. Eccl.3. Plurima sup sensuꝫ hoĩs ostẽsa sunt tibi. ET QVOD infirmũ est dei: forti⁹ ẽ hoĩb⁹.] qa.s. nõ vr̃ aliqd īfirmũ in deo ꝑ defectũ virtutis: sꝫ ꝑ excessuꝫ humane virtutis: sicut ẽt vr̃ inuisibilis inquãtum excedit sensum humanũ. Sap.12. Uirtutẽ ostendis tu qui nõ crederis esse in virtute consumat⁹: q̃uis hoc possit referri ad incarnationis mysteriũ: qa id qꝺ reputaẽ stultũ ꝛ infirmuꝫ in deo ex ꝑte nãe assumpte transcendit oẽm sapientiam ꝛ virtuteꝫ. Exo.15. Quis similis tui in fortibus domine.

Videtis enim vocationẽ vestrã fratres: qꝺ nõ multi sapientes ꝭm carnem: nõ multi potẽtes: nõ multi claro genere nati: verũ que stulta erant ꝭm munduꝫ: delegit deus: vt pudefaceret sapiẽtes: ꝛ que erant imbecillia in mũdo delegit deus: vt pudefaceret ea que sunt robusta: ꝛ que ignobilia erant in mũdo cõtemptaqꝫ: delegit de⁹: ꝛ ea que nõ erant: vt ea que sunt obliteraret: vt ne gloriareẽ vlla caro coram ipso. Ex eodeꝫ aũt vos estis in Christo iesu: qui factus fuit nobis sapientia a deo: iustitiaqꝫ: ꝛ sanctificatio: ꝛ redemptio. Ut quemadmodum scriptum est.† Qui gloriatur in

Hiere.9.
2.Cori.10. domino glorietur.

Uidete eniꝫ vocationẽ vestrã fratres: qa nõ multi sapiẽtes ꝭm carneꝫ: nõ multi potentes: nõ multi nobiles: sꝫ que stulta sunt mundi elegit deus vt cõfundat sapiẽtes ꝛ infirma mũdi vt cõfundat fortia ꝛ ignobilia mũdi: ꝛ cõtemptibilia elegit deus: ꝛ ea que nõ sunt: vt ea q̃ sunt destrueret: vt gloriet oĩs caro in cõspectu eius. Ex ipso aũt vos estis in Chrõ iesu: qui fact⁹ est nobis sapiẽtia ꝛ iustitia ꝛ sanctificatio ꝛ redemptio: vt quẽadmoduꝫ scriptũ est. Qui gloriaẽ in dño gloriet. Lec. IIII.

Supra ostẽdit Apls ꝙ modus docendi qui est in sapiẽtia xbi nõ cõuenit doctrine chrĩane rõne mãe q̃ est ipsa crux Chrĩ: hic ostendit ꝙ ꝑdictus docẽdi modus nõ cõuenit doctrine chrĩane rõne doctoꝝ. ꝭm illꝺ Prouer.26. In derisuꝫ ẽ in ore stulti parabola. Et Ecc.21. Ex ore fatui reprobabiẽ parabola. Quia igiẽ pmi doctores fidei nõ fuerũt sapiẽtes sapia carnali nõ erat eis cõueniẽs vt i sapiẽtia xbi docerẽt. Circa hoc ḡ duo facit. Pꝛio ostẽdit qũo pmi doctores fidei i reb⁹ humanis defectũ patiebanẽ. Scꝺo oñdit qũo talis defect⁹ est in eis ꝑ Christuꝫ supplet⁹. ibi. EX IPSO aũt vos estis.] Circa pͫ tria facit. Pꝛio excludit a fidei pmis doctorib⁹ excelleñtiam secularẽ. 2° astruit eoꝝ abiectionẽ q̃tũ ad seculum. ibi. SED QVE stulta sunt mũdi.] 3° rõneꝫ assignat. ibi. VT NON glorieẽ.]

Dicit ḡ pmo. dictũ est ꝙ stultũ dei sapiẽtius est hominib⁹: ꝛ h̃ ꝯsiderare potestis in ipsa vr̃a cõuersione. VIDETE ENIM] .i. considerate VOCATIONEM vestram.] qũo.s. vocati estis. non.n. per vosipsos accessistis: sed ab eo vocati. Ro.8. Quos ꝑdestinauit hos ꝛ vocauit. 1. Pe.2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suũ. Inducit aũt eos vt ꝯsiderent modũ sue vocationis q̃tuꝫ ad eos ꝑ quos vocati sunt. sicut Esa.51. dr̃. Attẽdite ad Abraã pr̃eꝫ vestrũ ꝛ ad Saram que genuit vos: a qb⁹ vocationis ministris pmo excludit sapiaꝫ cũ dicit. QVIA nõ multi eoꝝ] per quos vocati estis SAPIENTES ꝭm carneꝫ] .i. in carnali sapiẽtia ꝛ terrena. Ja.3. Nõ est ista sapia desursuꝫ descẽdens: sꝫ terrena aĩalis diabolica. Baruch.3. Filij agar exquisierunt sapiaꝫ q̃ de terra ẽ. Dicit NON.] qa aliqui pauci erãt ẽt in sapiẽtia mũdana istructi: sicut ipse ꝛ Barnabas: velut Moyses i veteri testamẽto. de q̃ dr̃ Act.7. ꝙ eruditus erat Moyses in oĩ sapia egyptioꝝ. Scꝺo excludit secularẽ potẽtiaꝫ cũ dicit. NON MVLTI potentes] .s. ꝭm seculuꝫ. Uñ ꝛ Jo.7. dr̃. Nunqd aliqs ex ꝓncipib⁹ credidit in eũ. Et Baruch.3. dr̃. Ubi sunt ꝓncipes gẽtiũ exterminati sunt ꝛ ad iferos descenderunt. 3° excludit excelleñtiã gnĩs cũ dic̃. NON MVLTI nobiles.] ꝛ aliq iter eos nobiles fuerũt sicut ipse Paulus qui i ciuilitate romana se natũ dic̃. Act.22. ꝛ Ro. vlti. de qbusdaꝫ dicit. Qui sunt nobiles in apostolis.

Deinde cũ dicit. SED QVE stulta sunt ꝛc.] Ponit ecõuerso eoꝝ abiectionẽ q̃tũ ad mũduꝫ: ꝛ pmo defectũ ꝯtrariũ sapie cũ dicit. QVE STVLTA sunt mũdi] .i. eos qui ꝭm mũduꝫ stulti videbanẽ elegit de⁹ ad ꝑdicationis offm̃. s. piscatores illiteratos. ꝭm illud Act.4. Cõperto ꝙ hoĩes essent sine lr̃is ꝛ idiote admirabãẽ. Esa.33. Ubi est lr̃atus: vbi xba legis ponderans. ET HOC VT cõfundat sapiẽtes] .i. eos qui de sapientia mũdi ꝯfidunt: dũ ipsi nõ cognouerũt q̃ sunt simplicibus reuelata. Mat.11. Abscondisti hec a sapiẽtibus ꝛ prudẽtib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. Esa.19. Ubi sũt nũc sapiẽtes tui annũcient tibi. Scꝺo ponit defectũ ꝯtriũ potẽtie dicẽs. ET INFIRMA mũdi] .i. hoĩes ipotẽtes ꝭm mũduꝫ: puta rusticos ꝛ plebeios: elegit de⁹ ad ꝑdicationis offm̃. In cui⁹ figura dr̃ 3. Re.20. Ego tradã eos in manu tua ꝑ pedisequos ꝓncipũ ꝓuinciaꝝ. Et Prouer.9°. dr̃. ꝙ sapiẽtia misit ancillas vt vocarẽt ad arcẽ. In vtrisqꝫ aũt pmoꝝ ꝑdicatoꝝ infirmitas designaẽ. Et h̃ iõ VT CONFVNDAT fortia] .i. potẽtes hui⁹ mũdi. Esa.2. Incuruabiẽ oĩs sublimitas hoĩuꝫ ꝛ humiliabiẽ altitudo viroꝝ. Tertio põit defectũ ꝯtriũ nobilitati in q̃ pñt tria ꝯsiderari. Pꝛio qdẽ claritas generis: quã ipsuꝫ nomen nobilitatis designat. Et ꝯ hoc dicit. ET IGNOBILIA MVNDI] .i. q ꝭꝫ mũdũ sunt ignobiles. Infra.4. Uos nobiles: nos aũt ignobiles.

Scꝺo circa nobilitatẽ ꝯsideranẽ honor ꝛ reuerentia q̃ talib⁹ exhibenẽ. ꝛ ꝯ h̃ dicit. ET CONTEMPTIBILIA] .i. hoĩes ꝯtẽptibiles in h̃ mũdo elegit de⁹ ad ꝑdicationis officium. ꝭm illud ps. Facti sum⁹ opprobrium vicinis nostris. ꝛ his qui in circuitu nostro sunt. Ad nobilitatem honor ꝛ reuerentia ꝛ opinio,

¶ Tertio in nobilitate cōsideratur magna ex ipso quam boles de eis habent. Et cōtra hoc dicit. ET EA QVE non sunt] i. que nō videntur esse in seculo: elegit de⁹ ad pdicationis officiū. Job. 30. Quoꝝ virtus manuū erat mihi pro nihilo ꝛ vita ipsa putabantur indigni. Et hoc idō VT DESTRVERET ea q̄ sunt] i. eos qui in hoc mūdo aliqd esse videntur. Esa. 23. Dominus exercituū cogitauit hoc vt detraheret supbiaꝫ oīs glorie ꝛ ad ignominiam deduceret vniuersos inclitos terre.

¶ Deinde assignat cām dictoꝝ dicēs. Ideo non elegit in seculo excellētes sꝫ abiectos. VT NON glorietur oīs caro ꝛc.] idest vt nullus pro quacūqꝫ carnis excellentia glorietur per cōparationē ad dñm. Hiere. 9. Nō glorietur sapiens in sapiētia sua ꝛ nō glorietur fortis in fortitudine sua: ꝛ nō glorietur diues in diuitijs suis. Ex hoc eniꝫ ꝙ deus mūdaꝫ sue fidei subiecit nō per sublimes in mūdo siue in seculo: sꝫ per abiectos: non pōt gloriari hō ꝙ ꝑ aliquā carnalē excellētiaꝫ saluat⁹ sit mūdus. Uideretur aūt nō eē a deo excellētia mūdana: si deus nō vteretur ad suū obsequiū. Et ideo in pncipio ꝑdereꝫ paucos: postremo xͦo plures seculariter excellētes deus elegit ad pdicationis officium. Unde in glo. dī ꝙ nisi fideliter pcederet piscator non humiliter sequeretur orator ꝛ etiam ad gloriam dei pertinet dum per abiectos sublimes in seculo ad se trahit.

¶ Deinde cum dicit. EX IPSO aūt vos estis] ne pdicatores fidei tanq̄ non excellentes: sed abiecti in seculo contēnerentur. Ostēdit quō deus pdictuꝫ defectū in eis supplet. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit cui sit attribuēda salus mūdi que pdicatoꝝ ministerio facta est dicēs. Dictū est ꝙ vocati estis nō ꝑ excellentes sed per abiectos in seculo. Ex quo pꝫ ꝙ vestra conuersio nō est homini attribuēda sed deo. De hoc est qd dicit. EX IPSO AVTEM] i. ex virtute dei. VOCATI estis in Chrō iesu] i. ei iuncti ꝛ incorporati ꝑ grās. Ephe. 2. Ipsi⁹ n. factura sum⁹ creati i Chrō iesu i opib⁹ bonis.

¶ Deinde ostēdit quō de⁹ pdictos defect⁹ in pdicatorib⁹ suis supplet per Chrm: ꝛ pmo q̄tū ad defectū sapientie cum dicit. QVI] s. Chrūs FACTVS EST NOBIS] pdicātib⁹ fidē ꝛ ꝑ nos oībus fidelib⁹ SAPIENTIA] qa ei inherēdo qui est dei sapia: ꝛ pcipiēdo ipꝫ per grāz sapiētes facti sum⁹: ꝛ hoc a deo q̄ nobis Chrꝫ dedit ꝛ nos ad ipsuꝫ traxit. Sm illud Jo. 6. Nemo pōt venire ad me nisi pr̄ qui me misit traxerit eū. Deu. 4. Hec est vestra sapientia ꝛ intellectus coraꝫ populis.

¶ Scdo q̄tū ad defectum potētie dicit. ET IVSTITIA] que ꝑpter sui fortitudinē thoraci comparatur. Sap. 5. Induet pro thorace iustitiam. Dicitur aūt Chrūs nobis factus iustitia inquātuꝫ ꝑ ei⁹ fidē iustificamur. Sm illud Ro. 3. Justitia aūt dei per fideꝫ Christi iesu.

¶ Tertio q̄tū ad defectū nobilitatis subdit. ET SANCTIFICATIO ꝛ redemptio.] Sanctificamur n. per Chrm inquātuꝫ ꝑ eū deo ꝯiungimur in quo ꝯsistit vera nobilitas. Sm illud pmi Reg. 2. Quicūqꝫ honorificauerit me glorificabo eū: qui aūt ꝯtēnunt me erunt ignobiles. Unū dī Heb. vltimo. Jesus vt sanctificaret per suū sanguinē populuꝫ extra portā passus ē. Fact⁹ est aūt nobis redēptio inquātuꝫ ꝑ ipm redēpti sumus de seruitute pcti in quo vera ignobilitas cōsistit. Unde in ps. dī. Redemisti me de⁹ veritatis. ¶ Tertio assignat dictoꝝ cām cū dicit. VT QVEMADMODVM scriptū est.] Hie. 9. QVI aūt gl'iatur in dño glorietur.] vbi nostra lra hꝫ. In hoc glorietur qui gl'iatur scire ꝛ nosse me. Dicit. n. salus hois nō ꝑuenit ex aliqua excellētia humana: sꝫ ex ipsa virtute diuina nō debetur homini gloria sed deo. Sm illud ps. Non nobis dñe non nobis: sꝫ nomini tuo da gloriaꝫ. Eccl. vltimo. Danti mihi sapiētiam dabo gloriam.

Cap. II.

Et ego cū venirem ad vos fratres: nō veniebam cuꝫ eminētia sermonis: aut sapiētie: annūcians vobis testimoniū dei. Nō eniꝫ me iudicaui quicq̄ꝫ scire inter vos: nisi Jesum chrm: ꝛ hunc crucifixū. Et ego per infirmitatē: ꝛ cum timore: ac in tremore multo apud vos versatus sum: ꝛ sermo meus: ꝛ predicatio mea: nō erat in persuasorijs humane sapiētie verbis: sꝫ in ostensione spūs ac potētie: vt fides vestra nō sit in sapiētia hoiuꝫ: sed in potentia dei. Porro sapiētiam loquimur inter ꝑfectos: sapiētiaꝫ aūt nō seculi huius: neqꝫ pncipū seculi huius: qui abolentur: sꝫ loquimur sapiētiam dei in mysterio: que est recōdita: quā prefinierat deus ante secula: in gloriaꝫ nostram.

Et ego cuꝫ venissem ad vos fratres veni nō i sublimitate sermonis aut sapiētie annūcians vobis testimoniuꝫ Christi. Non enim iudicaui me scire aliqd īter vos nisi Jesuꝫ christuꝫ ꝛ hūc crucifixuꝫ. Et ego in infirmitate ꝛ timore ꝛ tremore multo fui apō vos: ꝛ sermo meus ꝛ pdicatio mea nō in persuasibilib⁹ humane sapiētie ꝟbis: sꝫ in ostēsione spūs ꝛ virtutis: vt fides vestra nō sit in sapientia hoiuꝫ: sed in virtute dei. Sapientiaꝫ aūt loquimur inter perfectos. Sapiētiaꝫ xͦo nō hui⁹ seculi: neqꝫ principum huius seculi: qui destruūtur: sed loquimur dei sapiētiaꝫ in mysterio: q̄ abscōdita est: quaꝫ predestinauit de⁹ ante secula in gloriam nostram.

Postq̄ꝫ Aplus ostēdit qꝫ sit cōueniēs modus doctrine chrīane: hic ostēdit se illū modū obseruasse: ꝛ circa hoc tria facit. Prio ostendit se nō fuisse vsum apud eos aliq̄ excellentia seculari. Scdo ostēdit apō quos excellētia spūali vtatur ibi. SAPIENTIAM autēꝫ loqmur inter ꝑfectos ꝛc.] Tertio rōneꝫ assignat. ibi. QVE etiā loqmur ꝛc.] Circa pmū tria facit. Prio dicit ꝙ nō ostēdit apud eos excellētiaꝫ secularis sapiētie. Scdo ꝙ nō ptendit excellentiā potētie secularis. ibi. ET EGO in ifirmitate.] Tertio nō ptendit excellentiaꝫ eloquētie. ibi. ET SERMO MEVS.] Circa primū duo facit. Primo ꝑponit quod intendit. Secundo rōneꝫ assignat. ibi. NON ENIM iudicaui.] Dicit ergo pmo: qa dictū est ꝙ Chrūs misit me euangelizare nō in sapiētia ꝟbi: ꝛ ꝙ nō sunt multi sapiētes. ET EGO fratres] q̄uis sapiētiam secularē habeam. Sm illud. 2. Corin. 11. Et si imperitus sermone: sed nō scientia. CVM VENISSEM ad vos] conuertendos ad Chrm: vt habetur Act. 18. Ueni enūciās vobis testimoniuꝫ Chri. Sm illud Act. 4. Uirtute magna reddebāt apli testimonium resurrectionis dñi nostri Jesu chri. Et hoc NON IN sublimitate sermonis aut sapiētie.]

Attēdiť aūt sublimitas sapie in ꝯsideratione aliquoꝝ sublimiū ⁊ eleuatoꝝ supra rōnē ⁊ sensuꝫ hoīum. Eccl. 24. Ego i altissimis habitaui. Sublimitas autē s̄monis pōt referri vel ad v̄ba significātia sapie ꝯceptiones. s̄ꝫ illud Ecc. vlt. Uerba sapiētuꝫ q̄si stimuli: ⁊ q̄si claui in altū defixi. Uel ad modū rōcinādi p aliquas subtiles vias. Naꝫ i greco dr̄ logos qḋ ē v̄bū: ⁊ rōneꝫ signat: vt Hiero. dicit. Hoc aūt dicit Aplus: q̄ fidem Chri p hō sublimitates sermonis aut sapie ꝯfirmare nolebat. p̄mi Re. 2. Nolite multiplicare sublimia.

Sublimitas sermonis vel ad modū rōcinandi vl ad verba.

Deinde hui⁹ rōnē assignat dicēs. NON ENIM iudicaui me scire aliqd nisi Chriꝫ iesum. i. Non. n. ad h̄ op⁹ erat vt sapiaꝫ ostētaret: s̄ꝫ vt demōstraret virtutē. s̄m illud 2ᵉ Cor. 4. Nō. n. p̄dicam⁹ nosmetipsos: s̄ꝫ Jesuꝫ chriꝫ. Et iō soluꝫ verbaṫ his q̄ ad demōstrādaꝫ virtuteꝫ Chri ptinebāt: existimās se ac si nihil sciret q̄̄ Jesum chriꝫ. Hie. 9. In h̄ gloriet̄ qui gloriat̄ scire ⁊ nosse me. In Chro aūt iesu: vt d̄r Col. 2. sunt oēs thesauri sapie ⁊ scie dei abscōditi. Et q̄tū ad plenitudinem deitatis: ⁊ quātuꝫ ad plenitudinē sapie ⁊ grē: ⁊ ēt q̄tuꝫ ad ꝓfundas incarnationis rōnes: que tn̄ Aplus eis non annūciauit: s̄ꝫ soli ea q̄ erāt manifestiora ⁊ iferiora in Chro iesu. Et iō subdit. ET HVNC crucifixū i. q. d. Sic vobis me exhibui ac si nihil aliud scirem q̄̄ crucē Chri. Unn̄ Gal. vltio. dicit. Mihi absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri Jesu chri. Quia igiṫ p sapiam v̄bi euacuat̄ crux Christi vt dictuꝫ est: ideo ipse Apostolus nō venerat in sublimitate sermonis aut sapientie.

Deīde cū dicit. ET EGO in infirmitate ⁊c̄. i. Ostēdit q̄ nō ptenderit apud eos potētiaꝫ: sed poti⁹ ꝯtrū ⁊ foris ⁊ intus. Unn̄ q̄tū ad id qḋ foris est dicit. ET EGO fui apud vos in infirmitate i. i. tribulatiōes apud vos patiēs. Gal. 4. Scitis q̄ p infirmitatē carnis euangelisaui vobis iaꝫ p̄dem. ps. Multiplicate sunt ifirmitates mee. Quātuꝫ v̄o ad id qḋ intus est dicit. ET TIMORE i. s. de malis iminentibus. ET TREMORE i inquātuꝫ. s. timor iterior redundat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugne: intus timores.

Deinde cū dicit. ET SERMO MEVS. i. Ostendit q̄ nō ptenderit apud eos excellentiā eloquētie. Et circa hoc tria facit. Pio excludit indebitū moduꝫ p̄dicādi dicēs. ET SERMO MEVS. i. quo. s. priuatim ⁊ singulr̄ aliquos instruebam. Eph. 4. Ois sermo malus ex ore vestro nō ꝓcedat: s̄ꝫ si q̄s bon⁹ ē ad edificationē fidei. ET PREDICATIO MEA i. qua. s. publice docebaꝫ. NON FVIT in v̄bis psuasibilib⁹ humane sapie i. i. p rhetoricā que cōponit ad psuadenduꝫ: vt. s. supra dixi q̄ nō fuit intētionis q̄ sua p̄dicatio niteret̄ phicis rōnib⁹: ita nūc dicit nō fuisse sue intētionis niti rhetoricis psuasionib⁹. Esa. 33. Populuꝫ iprudentē nō videbis populuꝫ alti sermonis ita vt nō possis intelligere disertitudinem lingue eius in quo nulla est sapientia.

Scd̄o ostēdit debitū modū quo vsus fuit in p̄dicādo dicēs. Sermo me⁹ fuit IN OSTENSIONE spūs ⁊ virtutis. i. Qḋ qdē pōt itelligi duplr̄. Uno mō q̄tuꝫ ad hoc q̄ credentib⁹ p̄dicationi ei⁹ dabat̄ spūssanct⁹. s̄m illud Act. 10. Adhuc loquēte Petro v̄ba hec cecidit spūssanct⁹ sup oēs qui audiebāt v̄bū. Silr̄ ēt suaꝫ p̄dicationē ꝯfirmabat faciēdo v̄tutes. i. miracula. s̄m illḋ Mar. vltio. Sermonē ꝯfirmāte sequētib⁹ signis. Unn̄ Gal. 3. Qui tribuit vobis spūꝫ ⁊ operat̄ in vobis. Alio mō pōt itelligi q̄tū ad h̄ q̄ ipse p spūm seq̄bat̄ qḋ sublimitas ⁊ affluētia doctrine ostēdit. 2. Reg. 23. Spūs dn̄i locut⁹ est p me. Et 2. Cori. 4. Hn̄tes eundē spūm fidei credim⁹ ꝓpter qḋ ⁊ loquimur. Confirmat ēt suaꝫ p̄dicationē ostēdendo in sua cōuersatione multa opa virtuosa. 1. Thes. 2. Uos. n. testes estis ⁊ deus q̄̄ sancte ⁊ iuste sine q̄rela vobis q̄ credidistis affuimus.

Tertio assignat rōneꝫ dictoꝝ dicens. VT FIDES vestra nō sit in sapiētia hoīuꝫ i. i. nō innitaṫ sapiētie humane q̄ pleruq̄ꝫ decipit hoīes. s̄m illud. Esa. 47. Sapientia tua ⁊ scia tua hec decepit te. SED IN virtute dei. i. vt. i. virtuti diuine fides innitatur: ⁊ sic non possit deficere. Ro. 1. Non erubesco euangelium. Uirtus. n. dei est in salutem omni credenti.

Deinde cū dicit. SAPIENTIAM loquimur ⁊c̄. i. Ostēdit apud quos excellentia spūalis sapie viat̄. Et p̄mo ꝓponit qḋ intēdit. Scd̄o manifestat ꝓpositū. ibi. SAPIENTIAM VERO. i. Dicit ḡ apud vos soluꝫ Chrim crucifixū p̄dicaui. SAPIENTIAM AVTEM i. i. pfundam doctrinā LOQVIMVR inter pfectos. i. Dicunt̄ autē aliq pfecti duplr̄. Uno mō s̄m intellm̄. Alio mō s̄m voluntatē. hec. n. inter potētias aie sunt ꝓpe hoīs: ⁊ ideo s̄m eos opꝫ hoīs pfectionē ꝯsiderari. Dicuntur aūt pfecti itellu illi: quoꝝ mens eleuata ē sup oīa carnalia ⁊ sensibilia: qui spūalia ⁊ itelligibilia cape p̄nt. de q̄b⁹ d̄r Heb. 5. Perfectoꝝ ē solidus cib⁹: eoꝝ qui p consuetudinē exercitatos hn̄t sensus ad discretionem mali ⁊ boni. Perfecti aūt s̄ꝫ voluntatē sunt: quoꝝ voluntas sup oīa tēporalia eleuata soli deo inheret ⁊ ei⁹ p̄ceptis. Unde Mat. 5. ꝓpositis dilectionis mādatis subdit̄. Estote pfecti sicut ⁊ pr̄ vester celestis pfect⁹ ē. Q̄ igiṫ doctrina fidei ad hoc ordinat̄ vt fides p dilectionē operet̄. vt habet̄ Gal. 5. Necesse est eum qui in doctrina fidei instruit̄ nō soluꝫ s̄m intellectū bene disponi ad capienduꝫ ⁊ credenduꝫ: sed ēt s̄m voluntatē ⁊ affectuꝫ bene disponi ad diligēduꝫ ⁊ operāduꝫ.

Perfecti s̄m intellm̄ vl voluntatem.

Deinde cuꝫ dicit. SAPIENTIAM v̄o ⁊c̄. i. Exponit q̄lis sit sapia de q̄ mētionē fecit. Et p̄mo ponit expositionē. 2° rōnē expōnis ꝯfirmat. ibi. QVAM nemo p̄ncipū ⁊c̄. i. Circa p̄ᵐ duo facit. Pio exponit q̄lis sit ista sapia p cōparationē ad infideles. Scd̄o p cōparationeꝫ ad fideles. ibi. SED LOQVIMVR dei sapiaꝫ ⁊c̄. i. Dicit ḡ p̄mo. Dictū est q̄ sapiam loquimur iter pfectos. SAPIENTIAM v̄o i. dico NON HVIVS seculi i. i. de reb⁹ secularib⁹: vel q̄ est p rōnes humanas. NEQVE etiaꝫ p̄ncipū hui⁹ seculi. Jn sit separat eā a sapia mundana ⁊ q̄tū ad moduꝫ ⁊ materiā inquirēdi: ⁊ q̄tuꝫ ad actores qui sunt p̄ncipes hui⁹ seculi qḋ pōt itelligi de triplici genere p̄ncipuꝫ s̄m triplicē sapiaꝫ humanaꝫ.

Primo p̄nt dici p̄ncipes hui⁹ seculi reges ⁊ potentes seculares. s̄m illud ps. Principes cōuenerūt i vnū aduersus dn̄m ⁊ aduersus chrm̄ ei⁹. A q̄bus p̄ncipib⁹ venit sapia humanaꝝ legū p quas res huius mūdi in vita hūana dispensant̄. Scd̄o p̄nt dici p̄ncipes demones. Jo. 14. Uenit p̄nceps hui⁹ mūdi ⁊ i me nō hꝫ quicq̄̄ ⁊c̄. Et ab his principib⁹ venit sapia culture demonum. s. nigromātia ⁊ magice artes ⁊ hō. Tertio p̄nt itelligi p̄ncipes hui⁹ seculi phi: qui q̄si p̄ncipes se exhibuerūt hoīb⁹ in docēdo de q̄b⁹ d̄r Esa. 19. Stulti p̄ncipes thaneos sapiētes ꝯsiliarij Pharaonis. Et ab his p̄ncipib⁹ ꝓcessit tota humana phia. Hoꝝ aūt p̄ncipū hoīes DESTRVVNTVR i. p mortē ⁊ p amissionē ptātis ⁊ auctis: demones v̄o nō p mortē: s̄ꝫ p amissionē ptātis ⁊ auctis. s̄m illud Joā. 12. Nunc p̄nceps huius mūdi eiciet̄ foras. de hoīb⁹ aūt d̄r Bar. 3. Ubi sunt p̄ncipes gētiuꝫ. Et postea subdit. Exterminati sunt ⁊ ad iferos descēderūt: sicut ipsi nō sunt stabiles: ita ⁊ eoꝝ sapia nō pōt eē firma: ⁊ iō nō ei intēdūꝫ est.

Principes h⁹ seculi reges ⁊ potētes seculi vel demones vel phi.

Deinde cuꝫ dicit. SED loquimur ⁊c̄. i. Exponit q̄lis sit

sapia p cōparationē ad fideles. Et pmo describit eaz quātū ad mām vel auctorē cū dicit. SED loquimur dei sapientiaz].i.que est de⁹ ⁊ a deo. Quis.n.ois sapia a deo sit: vt dr̄ Eccl.1. tñ spāli qdaz mō hec sapia q̄ ē de deo est ēt a deo p reuelationē. Fm illud Sap.9. Sensuz autē tuū qs sciet nisi tu dederis sapiaz ⁊ miseris spūm tuuz de altissimis. ℂ Scdo ostēdit q̄litatē eius dicens. IN MINISTERIO que abscōdita ē.] Hec.n. sapia abscōdita est ab hoib⁹ inquātuz hoium intellm excedit. Fm illud Eccl.3. Plurima supra sensum hois ostensa sunt tibi. Uñ dr̄ Job.28. Abscōdita ē ab oculis oiuz viuētiuz. Et qa modus docēdi ⁊ doctrine dz eē cōueniens: ideo dr̄ q̄ loqr̄ eā in ministerio.i. in aliquo occulto vbo vl̄ signo. Infra.17. Spūs loqr̄ mysteria. ℂ Tertio ostēdit fructū hui⁹ sapie dicēs. QVAM deus pdestinauit].i. pparauit. IN GLORIAM nostrā].i. pdicatoz fidei: qb⁹ ex pdicatiōe tam alte sapie glīa magna debet̄ ⁊ apud deū ⁊ apud hoies. Prouer.3. Gloriaz sapientes possidebūt. De quo dicit. In gloriaz nostraz. Exponēduz est oiuz fidelium quoz gloria hec ē vt in plena luce cognoscāt ea que nūc in mysterio pdicant̄. Fm illud Joā.17. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum deū verū ⁊ quē misisti Jesum Christum.

ℂ Quam nemo principū seculi huius cognouit. Nam si cognouissent: haud quaquā dñm glorie crucifixissent. Sed quemadmodum scriptum est. Esa.64.

Que oculus nō vidit: ⁊ auris non audiuit: ⁊ in cor hois nō ascēderunt: que preparauit de⁹ diligentib⁹ se. Nobis aūt deus reuelauit per spirituz suum. Spūs eniz oia scrutat̄: etiam pfunditates dei. Quis eniz hoiuz nouit ea que sunt hois: nisi spūs hois qui est in eo? Sic ⁊ ea que sunt dei: nemo nouit: nisi spūs dei. Nos vō nō spūm mundi accepimus: sz spūm qui est ex deo: vt sciam⁹ que a Christo donata sint nobis.

ℂ Quam nemo principuz huius seculi cognouit. Si eniz cognouissent: nunq̄ dñm glorie crucifixissent. Sicut scriptuz est: qd̄ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec i cor hois ascēdit que pparauit deus his qui diligunt illuz. Nobis aūt reuelauit deus per spūm suū. Spūs eniz oia scrutat̄: etiaz pfunda dei. Quis.n. scit hoiuz que sunt hominis: nisi spūs hois qui in ipso est. Ita ⁊ que dei sunt nemo cognouit nisi spūs dei. Nos aūt non spūm huius mundi accepimus: sz spūm qui ex deo est: vt sciam⁹ que a deo donata sunt nobis. Lec. II.

Posita expōne de sapia quā Aplūs loquit̄ iter pfectos: hic rōnez assignat expōnis pdicte. Et pmo quātū ad h̄ q̄ eaz descripserat p cōparationez ad infideles. Scdo quātū ad hoc q̄ eā descripserat per cōparationē ad fideles. ibi. NOBIS aūt reuelauit deus.] Circa pmuz duo facit. Pmo pponit qd̄ intēdit. 2° pbat ppositū. ibi. SI ENIM cognouissent.] Dicit g̊ pmo. Dictū est q̄ sapiētia quā loquimur nō est pncipuz huius seculi. hec.n. sapiētia est QVAM nemo pncipū huius seculi cognouit.] qd̄ verū est de qbuscūqz principib⁹ intelligat̄. seculares.n. pncipes hāc sapiaz nō cognouerūt: qa excedit rōnez humani regiminis. Job.12. Qui immutat cor pncipuz populi terre ⁊ decipit eos vt frustra incedāt p inuiuz. Hi ēt eā nō cognouerūt: qa excedit rōnē humanā. Uñ dr̄ Bar.3. Exqsitores prudentie ⁊ scie viaz sapie nescierūt. Demones ēt eaz non cognoscūt: qa excedit oēm creatā sapiaz. Unde dicit̄ Job.28. volucres celi quoqz latent. Perditio ⁊ mors dixerūt. Auribus nostris audiuimus famā ei⁹.

ℂ Deide cū dicit. SI ENIM cognouissent ⁊c̄.] Probat qd̄ dixerat: ⁊ pmo qdē pbat p signū q̄ nō cognouerūt pncipes dei sapiaz fm q̄ est in se abscōdita. 2° pbat per auctez q̄ nō cognouerūt eaz fm q̄ pparata est in gl'iaz nostrā. ibi. SICVT scriptū est.] Dicit ergo pmo. Recte dico q̄ pncipes hui⁹ seculi dei sapiaz non cognouerūt. SI ENIM cognouissent] dei sapiam: cognouissent vtiqz Christū esse deū qui in hac sapia continet̄ quo cognito NVNQVAM crucifixissent deū glie].i. ipsuz Christū dñm dantē gloriā suis. Fm illud ps. Dñs virtutū ipse est rex glie. Et Heb.12. Qui multos filios in gloriā adduxerat. Cuz.n. creature rōnali sit naliter appetibilis glīa nō pōt in voluntatē humanā cadere q̄ actorē glorie interimat. Qz āt pncipes crucifixerint Jesuz christū certū est si itelligat̄ de pncipib⁹ q̄ ptātez hnt inter hoies. Dicit̄.n. in ps. Astiterūt reges terre ⁊ pncipes cōuenerūt in vnū aduersus dñm ⁊ aduersus Christū eius. qd̄ Act.4. exponit̄ de Herode ⁊ Pilato ⁊ pncipib⁹ iudeoz qui ɔsenserūt in mortē Christi. Sed ēt demones opati sunt in mortē Christi psuadēdo. Fm illd̄ Jo.13. Cuz diabolus iam misisset vt eum traderet ⁊c̄. Sed ⁊ pharisei ⁊ scribe i. lege periti q̄ studiū sapiētie dabāt opati sunt ad mortē Christi instigādo ⁊ approbādo. ℂ Sz circa h̄ duplex orit̄ dubitatio: quaz p̄ᵃ ē de h̄ q̄ dicit deū glorie crucifixū. Non.n. diuinitas Christi aliqd potuit fm quaz dr̄ Christus dñs glie. Sed dōm q̄ Christus ē vna psona ⁊ hypostasis in vtraqz nā cōsistēs. diuina.s. ⁊ humana. Uñ pōt vtriusqz nāe nomie designari: ⁊ qcūqz noie significet: pōt pdicari de eo id qd̄ est vtriusqz nāe. i. nec supponitur nisi vna hypostasis. Et p hūc modū possum⁹ dicere q̄ hō creauit stellas ⁊ q̄ dñs glorie ē crucifixus: ⁊ tñ nō creauit stellas fz q̄ hō: sz fm q̄ de⁹: nec ē crucifixus fm q̄ ē de⁹: sz inquātuz hō. Uñ ex h̄ vbo destruit̄ error Nestorij q̄ dixerat vnā nāz eē in christo dei ⁊ hois: qa fm hoc nullo mō posset verificari q̄ dñs glie sit crucifix⁹. ℂ Scda dubitatio ē de h̄ q̄ vr̄ supponere q̄ pncipes iudeoz vel demones nō cognouerint christū eē deū. Et qdē quātū ad pncipes iudeoz vr̄ h̄ astrui per h̄ qd̄ dicit Petrus Act.3. Scio qa p ignorātiaz h̄ feceritis sicut ⁊ pncipes vestri. vr̄ aūt esse ɔtrariuz qd̄ dr̄ Mat.21. Agricole videntes filiū dixerūt intra se: hic est heres venite occidam⁹ eum. qd̄ exponēs Chrysostomus dicit. Manifeste dñs pbat his vbis iudeoz pncipes nō p ignorantiaz: sed per inuidiaz dei filiū crucifixisse. Soluit̄ in Glosa: q̄ sciebāt pncipes iudeoz eū eē qui pmissus erat i lege: non tñ mysteriuz eius q̄ filius dei erat: neqz sciebant sacramētuz incarnationis ⁊ redēptionis. ℂ Sed ɔ̄ h̄ eē vr̄ qd̄ Chrysosto. dicit. Qz cognouerūt eū eē filiū dei. Dicēduz est g̊ q̄ principes iudeoz pro certo sciebant euz esse Christū pmissuz in lege: qd̄ populus ignorabat. ipsuz aūt eē verū filium dei nō pro certo sciebāt: sed aliqualiter coniecturabāt: sz hec ɔiecturalis cognitio obscurabat̄ in eis ⁊ ex inuidia ⁊ ex cupiditate ppie glorie: quam p excellētiaz Christi minui videbant. ℂ Silr̄ etiaz vr̄ esse de demonib⁹ dubitatio. Dicit̄.n. Mar.1. ⁊ Luc.4. Qz demoniuz clamauit dicēs. Scio q̄ sis sanct⁹ dei. Et ne hoc psumptioni demonū ascri-

Dubiū pmū de dño glorie crucifixo.

Dubiū scdm̄ q̄ demones ⁊ principes iudeoz. hīz nō cognouerit.

Iudei sciebāt xpm eē pmissum i lege: nō tñ sciebant sacramētū incarnationis ⁊ redemptionis.

Principes sciebant xpm eē ⁊ i lege pmissuz: nō tñ pro certo habebant ipz eē filium dei.

bat: qui se iactabāt scire q̄ ne sciebāt coꝝ notitia: quā habebāt de Chr̄o p ipos euāgelistas asserit. In Mat. quidem sic scribit. Nō sinebat ea loqui .s. demonia: q̄ sciebāt eū Chr̄m eē. Et Lucas dicit. Increpās nō sinebat ea loqui: q̄ sciebāt eū esse Chr̄m. Et ad h̄ r̄ndet in libro de q̄ōnib' noui et veteris testamēti: q̄ demonia sciebāt ipm̄ eē qui p legē fuit repromissus: q̄ oia signa videbāt in eo que dixerūt pphete: mysteriū aūt diuinitatis eius ignorabāt. ¶ Sed ꝯ hoc vr̄ eē qḋ Athanasius dicit: q̄ demonia dicebāt Chr̄m eē sanctum dei quasi singular̄ sanctū. ipse .n. nālr̄ est sanct' cuius pticipatiōe oēs alij sancti vocant. ¶ Dōm est aūt q̄ sicut Crysosto. dicit: nō habebāt aduētus dei firmā et certā notitiā: sꝫ quasdā cōiecturas. Unde Augu. dicit in 9° de ciuitate dei: q̄ innotuit demonib' nō p id qḋ est vita eterna: sꝫ per quedā tēporalia sua virtute effecta.

¶ Deide cū dicit. SED SICVT scriptū est.] Probat p auctoritatē q̄ pncipes hui' seculi dei sapiā nō cognouerūt q̄ntū ad h̄ q̄ pdestinata ē in gl'iā fideliū dicēs. SED SICVT scriptū est.] Esa. 64. Ubi l'ra nostra h̄z. Oculus nō vidit de' absq̄ te que pparasti his qui diligūt te. Ostēdit aūt illa gloria visionis apte ab hoib' ignorari dupl'r. Prio q̄dē q̄ nō subiacet humanis sensibus a q̄b' oīs humana cognitio initiū sumit. Et ponit duos sensus. Prio visionis q̄ deseruit inuētioni cū dicit. QVOD OCVLVS nō vidit.] Job. 28. Semitā ei' ignorauit auis: nec intuit' ē eā oculus vulturis. Et h̄ ideo q̄ nō est aliqḋ coloratū et visibile. ¶ Scḋo ponit sensū audit' q̄ deseruit disciplie dicēs. NEC AVRIS audiuit.] .s. ipsā gl'iā: q̄ nō ē son' aut vox sensibilis. Jo. 5. Neq̄ spēz ei' vidistis: neq̄ vocē ei' audistis.

¶ Deinde excludit notitiam eius intell'ualē cū dicit. NEQVE IN cor hoīs ascēdit.] Qḋ q̄dē pōt intelligi. Uno mō vt ascēdere in cor hoīs dicat q̄cq̄d quocūq̄ mō cognoscit ab hoie. sꝫ illud Hiere. 51. Hierl'm ascēdat sup cor vestrū. et sic opꝫ q̄ cor hoīs accipiatur pro corde hoīs carnalis. fm̄ illud qḋ dr̄ Infra. 3. Cum sint inter vos zelus et ꝯtētio nō ne carnales estis: et fm̄ hoīnē ambulatis? Est ḡ sensus q̄ illa gloria nō solum sensu non pcipit: sꝫ nec corde hoīs carnalis. fm̄ illud Jo. 14. Quē mūdus nō pōt accipere: q̄ nō videt eū nec scit eū. Alio mō pōt exponi fm̄ qḋ pprie dr̄ in cor hoīs ascēdere id qḋ ab inferiori puenit ad hoīs itell'm puta a sensibilib' de q̄b' pus fecerat mētionē. Res .n. sunt in intell'u fm̄ modū eius. Res igit̄ iferiores sunt in intell'u altiori mō q̄̄ in seipsis. Et ideo q̄n ab itell'u capiunt̄ quodāmō in cor ascēdunt. Un̄ dr̄ Esa. 5. Nō erunt in memoria priora nec ascēdūt sup cor. Illa xo que sunt in itell'u supiora: altiori mō sunt in seipsis q̄̄ in intell'u. Et ideo q̄n ab itell'u capiunt̄: quodāmodo descēdūt. Jac. 1. Omne donū pfectū desursū ē descēdens a pr̄e luminū: q̄ igit̄ illi' glorie notitia nō accipit̄ a sensibilib' sed ex reuelatiōe diuina: ið signanter dicit. NEC IN COR hoīs ascēdit.] sed descendit: id .s. QVOD pparauit deus.] .i. pdestinauit. DILIGENTIBVS SE.] q̄ essentiale pmiūm eterne glorie charitati debet̄ fm̄ illud Jo. 14. Si q̄s diligit me diliget̄ a patre meo: et ego diligā eū et manifestabo ei meipsū: in quo pfectio eterne glorie ꝯsistit. Et Job. 36. Annūciat de ea .i. de luce glorie amico suo q̄ possessio ei' sit. Cetere aūt virtutes accipiunt efficaciam merendi vitam eternam inquātum informantur charitate.

¶ Deide cū dicit. NOBIS AVTEM &c.] Probat pdictā expōnē de sapia diuina p cōpatiōnē ad fideles. Et pmo ppōnit qḋ intendit. Scḋo pbat ppositū ibi.

SPIRITVS ENIM.] Dicit ḡ pmo. Dictū est q̄ sapiā dei nemo pncipū hui' seculi cognouit. NOBIS autē de' reuelauit p spūm suū.] quē .s. nobis misit. fm̄ illud Jo. 14. Paraclitus aūt spūssanct' quē mittet pater in noīe meo ille docebit vos oīa. Job. 31. Inspiratio oīpotētis dat intelligētiā. Quia .n. spūssanct' est spūs veritatis vtpote a filio pcedēs qui ē veritas patris. his q̄bus mittit̄ inspirat veritatē sicut et fili' a pr̄e missus notificat pr̄ē. fm̄ illud Mat. 11. Nemo nouit patrē nisi filius: et cui voluerit filius reuelare.

¶ Deide cū dicit. SPIRITVS ENIM.] Probat qḋ dixerat .s. q̄ p spūm scm̄ sit sapia fidelib' reuelata. Et prio ostēdit q̄ spūssanct' ad h̄ sit efficax. Scḋo pbat q̄ h̄ in discipulis Chr̄i fecerat. ibi. NOS AVTEM.] Circa pmū duo facit. Prio ppōnit qḋ intēdit. 2° manifestat ppositū. ibi. QVIS enī scit hoīm &c.] Dicit ḡ primo. Dictū est q̄ p spūm scm̄ reuelauit nobis de' suā sapiā: et h̄ fieri potuit. SPIRITVS enī sanct' oīa scrutatur.] qḋ nō est sic intelligēdū q̄si ingrēdo q̄ro fiat: sed q̄ pfecte et ēt intima quarūlibet rerum nouit: sicut hō qḋ aliq̄n diligēter scrutat̄. Un̄ dr̄ Sap. 7. Ē spūs intelligentie sanct' est oīa pspiciēs: et qui capiat oēs spūs intelligibiles mūdos sbtiles et nō solū res creatas: SED ETIAM pfunda dei] pfecte cognoscit. Dicunt̄ autē pfunda ea que in ipso latent: et non ea que de ipso per creaturas cognoscunt̄: que q̄si supficietenus vident̄ eē. fm̄ illud Sap. 13. A magnitudine spēi et creature cognoscibil'r poterat creator eoꝝ videri.

¶ Deinde cū dicit. QVIS enī scit hoīum.] Probat qḋ dixerat de spiritu dei p similitudinē humani spūs dicēs. QVIS enī scit hoīm ea q̄ sunt hoīs] .i. ea que latent in corde NISI spūs hoīs qui in eo est] .i. intellius. Et rō ē q̄ interi' latent videri nō pnt. Signāter aūt dicit. QVIS HOMINVM] ne ab hoꝝ cognitiōe ēt deus videatur excludi. dr̄ enī Hiere. 17. Prauū est cor hoīs: et q̄s cognoscet illud? Ego deus pbās corda et scrutās renes: q̄ .s. secretoꝝ cordis solus de' ē cognitor. Manifesta autē est rō quare hō ea q̄ in corde alterius latent scire nō pōt: q̄ cognitio hoīs a sensu accipit̄: et ideo ea que sunt in corde alteri' hō cognoscere nō pōt: nisi q̄tenus p signa sensibilia manifestent̄. sꝫ illud .1. Reg. 16. Hō videt que foris parēt: de' aūt intuet̄ cor. Sꝫ nec angelus bon' nec malus ea q̄ in corde hoīs latent scire pōt nisi inquātū p aliquos effect' manifestent̄. Cuius rō accipi pōt ex ipo xbo apl'i: qui dicit ea rōne spūm hoīs cognoscere que in corde hoīs latēt: q̄ in ipso hoīe est. Angelus aūt neq̄ bonus neq̄ malus illabitur menti humane vt in ipso corde hoīs sit et intrinsecus opet̄: sed hoc soli' dei ppriū est. Un̄ solus de' est cōscius secretoꝝ cordis hoīs. fm̄ illud Job. 16. Ecce in celo testis me' et in excelsis ꝯscius me'. Scḋo similitudinē adaptat ad spūm dei dicēs. ITA ET que dei sunt] .i. q̄ in ipso deo latent: nemo cognoscit NISI spūs dei.] fm̄ illud Job. 36. Ecce deus magn' vincēs sciāz nostram. Sed sicut ea q̄ sunt in corde vnius hoīs alteri manifestant̄ per sensibilia signa: ita ea q̄ sunt dei pnt esse nota hoīni per sensibiles effectus. fm̄ illud Sap. 13. A magnitudine speciei et creature &c. Sed spūssanct' qui ē in ipso deo: vtpote patri et filio cōsubstantialis secreta diuinitatis per seipsum videt. fm̄ illud Sap. 7. Est enim in illa .s. dei sapiētia spiritus intelligētie sanctus omnem habens virtutem omnia pspiciens.

¶ Deide cū dicit. NOS AVTEM &c.] Ostēdit q̄ro cognitio spūsscti participat̄ dicēs: lꝫ nullus hoīm per se possit scire q̄ sunt dei. NOS AVTEM] spūscō .s. reple-

Dub' al ide de demonib'

Diuina ascēdere i cor hominis duob' modis potest intelligi.

Angelus neq̄ bon' vel malus pōt scire secreta cordis.

Consequēter cū dic. ET POSVIT in nobis etc.] Exponit scdm. s. de bñficio apostolis collato. q. d. Hoc modo dedit nobis ministerium recōcilationis que POSVIT in nobis verbū recōciliationis] i. dedit vtatē et inspirauit in cordibus nostris vt annūciemus mundo hāc reconciliationē esse factā per Christum. Et hoc faciēdo inducimus hoies vt conforment se Christo per baptismum. Hiere. 1. Ecce dedi verba mea etc.

Consequēter cum dicit. PRO CHRISTO ergo legatione etc.] Ostēdit vsum bñficij: et primo q̄tū ad scdm bñficium collatū apostolis. Scdo q̄tū ad primū collatū oibus, ibi. OBSECRAMVS pro christo etc.] Dicit ergo. Ex quo deus posuit verbū recōciliationis debemus eo vti. Et hoc est ergo q FVNGIMVR legatiōe pro Christo] i. sumus legati Christi. Eph. 6. Pro quo legatiōe fungimur i cathena ista etc. Et idoneitas ad hāc legationē est nobis ex virtute dei que est in me. Et ideo dicit. TANQVAM deo exhortāte per nos.] quia deus qui in nobis loquitur dat nobis idoneitatē ad hanc legationem. Math. 10. Nō vos estis qui loquimini etc. Infra. 13. An experimētum queritis eius qui in me etc.

Consequēter cū dicit. OBSECRAMVS etc.] Subdit q̄tum ad vsum primi bñficij. Et primo inducit ad vsum. Scdo ostēdit vnde assit nobis facilitas ad ipm vsum, ibi. CVM ENIM qui etc.] Dicit ergo. Ex quo deus fecit recōciliationem: et nos sumus legati dei in hoc obsecramus etc. Blande alloquitur cū posset imperare. 2. Ti. vlt. Argue, obsecra, increpa etc. Ad Phyle. Potestatē hñs imperādi etc. Obsecramus inq̄ pro Christo. i. propter amorē Christi: recōciliamini deo. Uidetur aūt hoc eē contrarium ei qd dicit q deus recōciliauit nos sibi. Si ergo ipse recōciliauit quid necesse est: vt nos recōciliemur. Jam enim recōciliati sumus. Ad hoc dicendum q deus recōciliauit nos sibi: vt cā efficiēs. s. ex parte sua: sz vt sit nobis meritorium: oportet ēt q fiat recōciliatio ex parte nostra. Et hoc quidē ē in baptismo et in penitētia: et tūc cessamus a peccatis. Unde aūt assit nobis hec facultas recōciliādi deo ostēdit ex hoc. s. q dedit nobis ptātem iuste viuēdi q̄ possumus abstinere a peccatis: et hoc faciēdo recōciliamur deo. Et io dicit. EVM qui non etc.] q. d. Bene potestis recōciliari: quia deus. s. pater eū. s. christum: qui nō nouerat peccatū. 1. Pe. 2. Qui peccatū nō fecit etc. Jo. 8. Quis ex vobis arguet me etc. PRO NOBIS fecit peccatū.] Quod tripliciter exponitur. Uno mō: quia cōsuetudo veteris legis est: vt sacrificiū pro peccō peccatū nolet. Osee. 4. Peccata populi mei comedent. i. oblata pro peccato. Tunc ē sensus. Fecit peccatū. i. hostiā vel sacrificiū pro peccato. Alio mō quia peccatū aliqñ sumitur pro silitudine peccati: vel pro pena peccati. Ro. 8. Misit deus filiū suum in silitudine peccati etc. i. de similitudine peccati dānauit peccatū. Et tunc ē sensus. Fecit peccatū. i. fecit eū assumere carnē mortalem et passib. etc. Tertio mō: quia aliqñ dicitur hoc esse hoc vel illud: non quia sit: sed quia opinantur hoies ita esse. Et tunc ē sensus. Fecit peccatū. i. fecit eū reputari peccatorē. Esa. 53. Cum iniquis reputatus est. Et hoc quidem fecit VT NOS efficeremur iustitia] i. vt nos qui peccatores sumus efficeremur nō solum iusti: imo ipsa iustitia. i. iustificaremur a deo: vel iustitia: quia nō solum nos iustificauit: sz ēt volunt q per nos alij iustificarentur. Justitia dico dei nō nr̄a. ET IN Christo] i. per Christum. Uel aliter vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tunc ē sensus. VT NOS efficeremur iustitia] i. vt inhereremus Christo per amorē et fidē: quia Christus est ipsa iustitia. Dicit aūt DEI] vt excludat iustitiā hoīs que est qua hō confidit de proprijs meritis. Ro. 10. Ignorantes dei iustitiam etc. IN IPSO] s. Christo. i. per Christum: quia ipse factus est nobis iustitia. prime Corin. 1.

Reconciliati sumus et a deo et a nobis per baptismum et penitentie.

Quia sacrificium pro peccato dr̄ peccatum: quia ē in silitudine peccati: quia est peccatū opinione non gestu.

Cap. VI.

Quin et adiuuantes obsecramus: ne in vacuum grām dei receperitis. Dicit. n. † In tēpore accepto exaudiui te: et in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tēpus acceptū: ecce nūc dies salutis. † Nemini dantes vllā offensionē: ne reprehēdatur ministeriū: sed in oibus cōmendemus nosipsos: vt dei ministri: in tolerantia multa: in afflictionibus: in necessita- Esa. 49. 1. Cor. 4.

tib⁹:in anxietatib⁹:in plagis:in carcerib⁹:in sedi
tionib⁹:in laborib⁹:in vigilijs:in ieiunijs.

Adiuuantes autẽ exhortamur ne
in vacuũ grãm dei recipiatis:ait
enim tpe accepto exaudiui te:⁊ in
die salutis adiuui te. Ecce nunc
tẽp⁹ acceptabile:ecce nũc dies salutis. Ne-
mini dãtes vllam offensionẽ vt nõ vitupe-
retur ministeriũ nostrũ:sed in oibus exhi
beamus nosmetipsos sicut dei ministros.
In multa patientia: in tribulationibus: in
necessitatib⁹:in angustijs: in plagis:in car-
ceribus:in seditionibus:in laboribus:in vi
gilijs:in ieiunijs.

Supra Apl's cõmẽdauit ministerium
aplatus:hic ɔ̃siter ipsius mini-
steriũ sibi cõmissũ ad vtilitatẽ subditoꝝ
exeq̃. Et circa h̃ duo facit. Prio hortatur
eos in gñali ad oia q̃ cõiter sunt nccia ad
bonã vitã. Scdo hortaẽ eos de quodã spãli suffragio
fiẽdo sanctis in Hierlm̃:⁊ hoc .8.ca.ibi. NOTVM aũt
vobis facim⁹ frẽs ⁊c.] Circa pmũ aũt duo facit. Prio
hortaẽ eos ad bona priua. Scdo cõmẽdat eos de bo-
nis in pterito factis:⁊ h̃ 7⁰ ca⁰.ibi. HAS igiẽ hñtes p-
missiones ⁊c.] Circa pmũ tria facit. Prio hortatur in
gñali q̃ grã dei nõ vertaẽ in vanũ. Scdo ondit grãm
dei eis ẽẽ collatã.ibi. AIT ENIM tẽpore accepto ⁊c.]
Tertio docet eos in spãli modum vtẽdi dicta grã.ibi.
NEMINI dãtes vllaz offensionẽ ⁊c.] Dicit ĝ pmo. Ex
quo facultas adest nobis ad bñ operãduz:⁊ hec ẽ grã
dei:nos aũt ad h̃ pro Chro legatiõe fungimur. IDEO
ADIVVANTES] nos.s.pdicationib⁹ exẽplis ⁊ exhor
tationib⁹. Prouer.18. Frater qui adiuuaẽ a fratre ⁊c.
Uel ADIVVANTES] .s.deũ.p⁰ Cor.3. Adiutores dei
sumus. ¶ Sed 3. Esa.40. Quis adiuuit spũm dñi ⁊c.
Nõ ĝ bñ dr̃. Adiuuãtes deũ. ¶ Rñsio:q̃ iuuare deũ
põt itelligi vel ei vires ministrare ad aliqd agẽduz:⁊
sic nullus iuuat deũ nec iuuare põt. Uel ei⁹ mandatũ
exequi:⁊ sic sancti hoies deũ iuuare dicũẽ exequẽdo
eius mandata. Nos itaq̃ sic iuuantes HORTAMVR
VOS.] Ro.12. Qui exhortaẽ ⁊c. Uel.s. EXHORTA-
MVR.ne in vacuum grãz dei recipiatis].q.d. Ne rece-
ptio grẽ sit vobis inutilis ⁊ vacua. Qd tũc ɔ̃tingit qñ ex
pceptiõe grẽ q̃s nõ sentit fructũ. Qui qdez duplex ẽ.s.
remissio pctõꝝ. Esa.27. Hic ẽ ois fructus ⁊c. Et vt bõ
iuste viuẽdo pueniat ad gl'iaz celestẽ. Ro.6. Habetis
fructũ vestrũ ⁊c. Quicũq̃ ĝ grã pcepta nõ vtiẽ ad vi-
tanduz pctã:⁊ ɔ̃sequẽdum vitã eternã hic grãz dei in
vanũ recipit. Phil.2. Non in vacuũ cucurri ⁊c. Et ne
aliqs dubitaret de pceptiõe hui⁹ grẽ a deo:ideo ɔ̃siter
Apl's pbat eos iaz recepisse grãz hãc:vel paratã hẽre
ad recipienduz dicẽs. AIT ENIM tpe ⁊c.] Et circa h̃
duo facit. Prio iducit auctez pphete. Scdo inductaz
adaptat ad ppositũ.ibi. ECCE nũc tẽpus ⁊c.] Dicit ĝ
pmo. Dico q̃ paretis vos ad fructuose pcipiẽduz grãz
q̃ vobis est collata vl' parata. AIT ENIM] dñs p Esa.
49⁰. TEMPORE accepto ⁊c.] Circa qd sciẽduz est q̃
dñs dr̃ facẽ nobis grãz vel exaudiẽdo nos in petitiõi-
bus nostris: vel iuuãdo in opationib⁹ nr̃is:sz exaudit
vt pcipiam⁹ qd petim⁹. Jaco.1. Si q̃s idiget sapientia
postulet ⁊c. Adiuuat vt pficiam⁹ qd opamur.ps. Nisi
q̃a dñs adiuuit me ⁊c. Et hec duplex ẽ grã:pueniẽs.s.⁊
cooperãs vl subsequẽs. que qdẽ nccia ẽ nobis ad obti
nenduz. Et prio grãz pueniẽtez quã optare debem⁹ vt
sim⁹ accepti a deo.ps. Pro hac orabit ad te ois sanct⁹.
Et q̃tũ ad h̃ dr̃. IN TEMPORE accepto].i.acceptio-
nis ⁊ gratificatiõis:hoc.n.tpe accepto fit qd gratis fit.
Ro.4. Beatitudinez hois cui deus accepto fert iusti-
tiã ⁊c. EXAVDIVIT TE].i.acceptaui te. Uel TEM-
PORE accepto].i.in tpe grẽ. Et h̃ mõ grã puenĩẽs dr̃
illa p quã liberamur a peccat. Grã vero subsequẽs dr̃ p
quã virtutes nobis ⁊ pseuerãtia in bono ɔ̃feruntur. Scdo
nccia ẽ nobis grã cooperãs ⁊ hãc petebat.ps. Et mise-
ricordia ei⁹ subsequaẽ me ⁊c. Et quãtũ ad h̃ dicit. IN
DIE salutis adiuui te.] Tps.n.ante Chrm nõ fuit dies:
sz nox. Ro.13. Nox pcessit ⁊c. Sed tpe Chri dr̃ dies:⁊
nõ soluz dies:sz dies salutis. Ante.n.non erat salus:q̃a
nullus ad finẽ salutis pueniebat.s.ad visionẽ dei:sed
mõ qñ iaz nata ẽ salus in mũdo hoies salutẽ sequunẽ.
Mat.1. Uocabis nomẽ ei⁹ Jesuz. Ipse.n.saluũ faciet
pplm ⁊c. 1. Pe.4. Operamini vestrã salutẽ. Et hoc fit
auxilio grẽ cooperãtis q̃ per nr̃a opa puenim⁹ ad vitã
eternã. Phil.2. Deus est qui operaẽ ⁊c.
¶ Consequẽter auctez iductã adaptat ad ppo^m dicẽs.
ECCE nunc ⁊c.].q.d. Hec q̃ dixit dñs de tpe grẽ p p-
phetã ipleñ mõ:q̃a ECCE nũc tẽpus acceptabile].i.
gratificationis p quã exaudimur a deo: q̃a iam venit
plenitudo tpis.s.incarnationis Chri. Gal.4. Et h̃ q̃tũ
ad pmã pẽ auctis.ps. Tẽpus beneplaciti de⁹. ECCE
nũc dies salutis.] in quo.s.adiuti grã cooperãte possu-
mus operi ad ɔ̃sequẽduz salutẽ eternã. Jo.9. Me opz
operari ⁊c. Gal.6. Dum tempus habemus ⁊c.
¶ Cõsequẽter cũ dicit. NEMINI dãtes ⁊c.] Docet mo-
duz vtẽdi grã eis collata. Et primo in gñali:q̃lr̃.s.in
vacuũ nõ recipiaẽ. Scdo i spãli.ibi. IN MVLTA pa-
tientia ⁊c.] Dicit ĝ. Sic vtẽduz ẽ grã vt dãtes nemini
vllaz offensionẽ. Naz gratia ad duo daẽ.s.ad vitãduz
mala ⁊ ad operãdum bona. Et iõ duo docet:vt.s.vite-
mus mala. Et q̃tũ ad h̃ dicit. NEMINI dãtes ⁊c.] Qd
põt duplr̃ exponi. Uno mõ vt referaẽ ad aplos.q.d.
Nos adiuuantes vos exhortamur. Nos dico nemini
vllaz dãtes offensionẽ:q̃a si p malã vitã aliquos offen
derem⁹ vituperareẽ ministeriũ nostrũ:⁊ ɔ̃temnereẽ pdi
catio nr̃a. Ro.2. Nomẽ dei p vos blasphemaẽ. Greg.
Cuius vita despiciẽ restat vt eius pdicatio cõtemnaẽ.
Unde publicos ⁊ famosos peccatores cauere dz sibi ne
pdicet:q̃a peccat.ps. Peccatori autẽ dixit de⁹ ⁊c. Alio
mõ vt referatur ad subditos.q.d. HORTAMVR vos
ne i vacuũ ⁊c.] Uos dico nemini dantes vllã ⁊c..i.nõ
faciẽtes aliqd vnde alij scãdaliçenẽ.p⁰ Cori.10. Sine
offensione estote ⁊c. Ro.14. Non ponatis offendiculũ
⁊c. Et rõ hui⁹ ẽ. VT NON vitupereẽ ⁊c.].i.ita irre
prehẽsibiles vos habeatis VT MINISTERIVM no-
strũ].i.aplat⁹ noster NON VITVPERETVR.] Qñ
enim subditi male se hñt vituperiuz est platis. 1. Pe.2.
Conuersationez vestrã inter gẽtes ⁊c. Uel VT NON
vitupereẽ] cõmune MINISTERIVM] quo ad vos ⁊
nos:q̃a sum⁹ mistri dei. Nos dico sumus ministri dei
ad exequẽduz volũtatẽ ei⁹ in nobis ⁊ in alijs. Sz vos
ad exequẽduz voluntatẽ ei⁹ in vobis tñ. Esa.61. Uos
sacerdotes domini vocabimini ⁊c.
¶ Consequẽter cũ dicit. SED IN oibus exhibeam⁹ ⁊c.]
Docet eos modũ vtẽdi pcepta grã q̃tũ ad bona ope-
randa. Dicit ĝ. NEMINI demus vllaz offensionẽ. sz
exhibeamus nos ⁊ vos opere ⁊ sermone in oibus que
ad virtutes ptinent tales quales debent ẽẽ ministri dei.

Adiuuaẽ dei nõ sibi ministraẽ virtutes sz eius mãdatũ exequẽdo dr̃.

Fruct⁹ grẽ ẽ remissio peccatoꝝ ⁊ vita iuste puenien di ad gl'oriã.

Grã pueniẽs ⁊ cooperãs vl' subsequẽs.

Temp⁹ ante chrm fuit nox sz dies fuit ⁊ salutis.

vt.s.cōformemus nos deo faciendo eius voluntatem. Eccl.10. Sm iudicē populi: sic t ministri ei⁹. p̄ʳ Cor.4. Sic nos existimet hō vt ministros tc̄.

℄ Cōsequēter cū dicit. IN MVLTA patiētia tc̄.] Ostē dit i spāli quō nos debem⁹ exhibere: sicut dei ministros in vsu grē collate. Et h̄ q̄ntū ad tria. Pmo q̄ntū ad exte riorē opatonē. Scdo q̄ntū ad maiorē deuotionez. ibi. OS NOSTRVM pz tc̄.] Tertio q̄ntū ad infideliū vi tationē. ibi. NOLITE iugū ducere tc̄.] Circa p̄ᵐ tria facit: fm tria in qb⁹ ɔsistit opatio exterior. Pmo eni ɔsistit i sufferētia maloꝝ. Et q̄ntū ad h̄ dicit. IN MVL TA patiētia tc̄.] Scdo in opatōe bonoꝝ: t q̄ntū ad h̄ dicit. IN CASTITATE tc̄.] Tertio in mutua coope ratiōe bonoꝝ ad mala: t q̄ntū ad h̄ dicit. PER ARMA iustitie tc̄.] Est ḡ necc̄ia in malis sustinēdis virt⁹ patiē tie. Vn̄ dicit. IN MVLTA patiētia tc̄.] Ubi tria fac. Pmo idūcit ad patiētiā. Et h̄ qa in ps. legit. Bn̄ patiē tes erūt vt annūciēt. Et q̄ntū ad h̄ dicit. IN MVLTA patiētia.] Prouer.19. Doctrina viri p patiētiā noscit. Luc.21. In patiētia vestra possidebitis aīas vestras. Dicit. IN MVLTA] i. pp multas tribulatiōes q̄ occur runt. Scdo ondit viā patiētie in gn̄ali: t h̄ in sufferen tiōe maloꝝ. Vn̄ dicit. IN TRIBVLATIONIBVS.] Ro.12. In tribulatione patiētes. Act.14. Per multas tribulatiōes tc̄. Et i defectu necc̄ioꝝ. Vn̄ dicit. IN NE CESSITATIBVS] s. eoꝝ q̄ sunt necc̄ia ad vitā. ps. De necessitatibus meis tc̄. Tertio ostēdit māz patiētie in spāli. Et pmo in his q̄ ptinēt ad tribulatiōes q̄ sunt vo luntarie: t h̄ q̄ntū ad tribulatiōes q̄ ptinēt ad aīaz: t sic dicit. IN ANGVSTIIS] s. cordis: qn̄ s. sic artat aduer sis vt nō pateat via euadēdi. Heb.11. Angustiati affli cti tc̄. Itē inquātū ad tribulationes: q̄ sunt in corpe: t sic dicit. IN PLAGIS] s. illatis ab alijs. ET CARCE RIBVS.] Act.16. Cū multas plagas ei intulissent tc̄. Infra.11. In carcerib⁹ abūdanti⁹: in plagis supra mo dū: tc̄. IN SEDITIONIBVS] s. cōtra⁹ populi cōmoti. Act.19. Periclitam⁹ argui seditionis hodierne tc̄. Se cundo in his q̄ ptinēt ad necc̄itates. Necessitas autem aliqn̄ ē volūtaria. Et sic dicit. IN LABORIBVS] pp̄s manu operādo apud corinthios: qa auari erāt: ne eos grauaret sumptib⁹. Et apud Thessalonicēs. qa erant ociosi: t vt daret exēplū exercitij. Act.20. Ad ea q̄ mihi opus erāt tc̄. IN VIGILIIS] pp pdicatiōes. Infra.11. IN VIGILIIS: IN IEIVNIIS] aliqn̄ volūtarijs: ali qn̄ inuoluntarijs pp penuriā. p̄ʳ Cor.9. Castigo corpus meū tc̄. ℄ Sed ɔ. hoc ē qd̄ dr̄ Mat.11. Iugū meum suaue ē. Hic ūo dr̄ in tribulationib⁹ multis tc̄. Non ḡ suaue: sꝫ grauissimum. ℄ Rn̄deo. Hec sunt in seipsis aspera: sꝫ pp̄ter amorē t interiorē feruorē spūs dulco rantur. Unde Augu. Omnia grauia t imania facilia t prope nulla facit amor.

Hec oia sunt aspa t dura: sꝫ amor ipsa dulcorat.

℄ In puritate: in scientia: in animi lenitate: in be nignitate: in spiritusancto: in charitate nō simu lata: in sermone veritatis: in potētia dei: p arma iustitie dextra ac sinistra: per gloriam t ignomi niam: per conuicia t laudes: quasi impostores: t tamen veraces: quasi ignoti: t tamen noti: quasi morientes: t ecce viuimus: quasi correpti t non occisi: quasi dolentes: semper tamen gaudentes: quasi pauperes: multos tn̄ ditantes: vt nihil ha bentes t tamen oia possidentes.

℄ In castitate: in sciētia: in lōganimitate: in suauitate: in spiritusancto: in charitate non ficta: in ūbo veritatis: in virtute dei. Per arma iustitie a dextris t a sinistris. Per gloriaz t ignobilitatē. Per infamiā t bo nam famā. Ut seductores t veraces: sicut q ignoti t cogniti. Quasi moriētes t ecce viuim⁹: vt castigati t nō mortificati quasi tristes: semp aūt gaudentes: sicut egentes: multos autē locupletantes: tanq̄ nihil ha bentes t oia possidentes. Lec. II.

Positis his q̄ ptinēt ad tolerātiā maloꝝ: ponit ɔñter ea q̄ ptinēt ad obſuātiaz bonoꝝ. Bonitas aūt opis ɔsistit in trib⁹. In pfectiōe virtutis: t h̄ ptinet ad cor. In veritate locutionis: t h̄ ptinet ad os. In virtute opis: t h̄ ptinet ad opus. Pmo ḡ ostēdit Apls q̄lr se habeāt in his q̄ ptinēt ad pfectionē v̄tutis q̄ ɔsistit in corde. Scdo in his que ad virtutē oris. ibi. IN VERBO veritatis.] Tertio in his q̄ ptinēt ad pfe ctionē opis. ibi. IN VIRTVTE DEI.] Circa pmū po nit q̄tuor v̄tutes. Et pmo virtutē castitatis q̄ maximū locū tenet in v̄tute tēperātie: t q̄ntū ad h̄ dicit. IN CA STITATE] s. mētis t corpis. ℄ Ubi notādum est q immediate post multos labores, vigilias, t ieiunia, sub dit de castitate: qa qui vult hr̄e v̄tutē castitatis: necesse hꝫ laborib⁹ dari, vigilijs isistere, t macerari ieiunijs. p̄ʳ Cor.9. Castigo corp⁹ meū t in seruitutē redigo tc̄. Heb.12. Pacē sequimini tc̄. ℄ Si aūt q̄rat̄ q̄re nō fa cit mētionē de alijs v̄tutib⁹: nisi solum de tēperantia. ℄ Dicēdū ē q sic facit: sꝫ iplicite: qa h̄ q dicit. In mul ta patiētia, in tribulationib⁹ tc̄. ptinet ad v̄tutē forti tudinis. h̄ ūo qd̄ dr̄. Per arma iustitie ptinet ad vir tutē iustitie. Scdo pōit v̄tutē scie. Vn̄ dr̄. IN SCIEN TIA.] Et si qdē scia referat̄ ad sciaz q̄ aliqs scit bn̄ cō uersari in medio nationis praue t puerse: sic refert̄ ad v̄tutē prudētie. Si ūo scia referat̄ ad certitudinē qua fideles certi sunt de his q̄ ptinēt ad cognitionē dei: sic ptinet ad v̄tutē fidei. Et vtraq̄ necc̄ia ē cħianis: qa sine scia pmo mō: siue scdo mō accepta hoies d̄ facili ruūt in pctā. Esa.5. Propterea captiu⁹ ductus ē pp̄ls me⁹ qa nō habuit sciaz. Iere.3. Dabo vob̄ pastores iuxta cor meū. Tertio ponit v̄tutē spei. Vn̄ dicit. IN LON GANIMITATE] q̄ ptinet ad pfectionē spei. Nihil em̄ aliud est longanimitas. q̄ q ardua aliqd̄ ex spe sp ac diu dila tū patiēter expectat. t h̄ a spūsancto. Gal.5. Fruct⁹ aūt spūs charitas tc̄. Lōganimitas tc̄. Col.1. In oi patiē tia t lōganimitate. Quarto ponit v̄tutē charitas. Cha ritas aūt duo hꝫ. s. effectū exteriorē. Sꝫ in effectu exte riori hꝫ suauitatē ad pximū. Nō n. ɔuenit q aliqs nō sit suauis ad eos quos diligit. Et iō dicit. IN SVAVI TATE] i. dulci ɔuersatiōe ad pximos: vel s. blandi ser mus. Prouer.12. Qui suauis est viuit in moderationi bus tc̄. Eccl.6. Verbū dulce multiplicat amicos tc̄. Sed nō in suauitate mūdi: sꝫ in ea q̄ causat̄ ex amore dei. s. ex spūscō: t iō dicit. EX SPIRITVSANCTO.] idest quā spūsanct⁹ causat in nobis. Sap.12. O q̄ bo nus t suauis tc̄. In effectu aūt interiori hꝫ veritatem absq̄ fictiōe: vt. s. nō pretendat exterius q̄ntum eius: qd̄ hꝫ iterius. Et ideo dicit. IN CHARITATE nō ficta.] 1.Io.3. Non diligam⁹ ūbo neq̄ lingua: sed tc̄. Co.1.3. Sup oia charitatez hn̄tes. Et huius rō est: qa vt dicit Sap.1. Spūsanct⁹ disciplinē effugiet fictum.

℄ Consequēter ostēdit quō se habeāt in his que perti nent ad veritatē oris: vt. s. sint veraces. Et iō dicit. IN

Castitas mē tis t corpis.

Scia refert t ad certitudi nes eoz q̄ sūt fidei: t scire bn̄ cōuersari inter infideles.

VERBO veritatis] s. vera loquēdo ꝓdicando. Quō autē se habeāt in perfectione operis subdit dicēs. IN VIRTVTE DEI] i. nō i operib⁹ nostris ↄfidamus: sꝫ solū in virtute dei ⁊ non in ꝓpria. p⁹ Cor. 4. Regnū dei non est in sermone ⁊c̄.

ℭ Consequēter cū dicit. PER arma iustitie ⁊c̄.] Ostē dit qualr̄ se habeāt in opatiōe bonoꝝ ⁊ maloꝝ iter bona ⁊ mala ꝓspera ⁊ aduersa: ⁊ hoc ptinet ad virtutem iustitie. Et pmo ostēdit hoc in gn̄ali. Scḋo exponit in speciali. Dicit ergo pmo ꝙ exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patiētia. Et qḋ plus est. PER arma iustitie.] Ubi sciēdū est ꝙ iustitia ordinat ⁊ facit hominē tenere locū suū a dextris. i. in ꝓsperis: vt. s. non eleuetur: ⁊ a sinistris. i. in aduersis: vt. s. non deiciatur. Phil. 4. Ubiqꝫ ⁊ in oībus ⁊c̄. Scio abūdare ⁊c̄.

ℭ Consequēter h̄ exponit per ptes ꝓsperoꝝ ⁊ aduersoꝝ dicēs. PER gl'iaꝫ ⁊c̄.] Ubi sciēdū ē ꝙ in reb⁹ tēporalib⁹ ꝓsperitas: vel aduersitas in tribus ↄsistit. In supbia vite: in cōcupiscētia carnis: in ↄcupiscētia oculoꝝ. Juxta illud. 1. Jo. 2. Oē qḋ est in mūdo aut est cōcupiscētia carnis ⁊c̄. Et hec ꝓseq̄t ordine suo: qa pmo dicit quō se habeāt in aduersis ⁊ ꝓsperis: que ptinent ad supbiā vite dicēs. PER gl'iaꝫ ⁊c̄.] Scḋo quō se habeāt in his q̄ ptinēt ad ↄcupiscētiā carnis. ibi. QVASI morientes ⁊c̄.] Tertio quō se habeāt in his: q̄ ptinēt ad cōcupiscētiā oculoꝝ. ibi. SICVT egētes ⁊c̄.] Sunt aūt duo q̄ ad supbiā ptinent. s. sublimitas stat⁹ ⁊ operū. Et ideo dicit. PER gl'iā] i. ꝓ statū excellētie. q. d. Exhibeamus nos dei ministros. s. PER gl'iā] i. in ꝓsperitate. Esa. 23. Dn̄s exercituū cogitauit ⁊c̄. Et ꝙ apl'i gl'iosi appareant. pꝫ Act. 14. Qz Paulus ⁊ Barnabas credebātur dii. Et ignobilitatē q̄ est in sinistris. q. d. Nec in gl'ia eleuemur nec si ↄtēptibiles sum⁹ deiciamur. 1. Cor. 1. Ignobilia hui⁹ mūdi elegit de⁹ ⁊c̄. Quātū ad famaꝫ operū dicit. PER infamiā ⁊ bonā famā.] Ubi sciēdū est ꝙ sicut Greg. dicit. Hō non dꝫ ex se dare cām infamie sue: sꝫ poti⁹ dꝫ ꝓcurare bonam famā. iuxta illud Eccl. 41. Curā habe de bono noīe: ⁊ h̄ ꝓpter alios: qa opꝫ nos bonum testimoniū hre ad eos qui foris sunt. 1. Ti. 3. Si vo ↄtingat aliquē icurrere in ifamiā iniuste: nō dꝫ eē ita pusillanimis: vt pp h̄ derelinquat iustitiā. Si vo sit in bona fama apud infideles nō dꝫ tn̄ supbire: sed dꝫ inter vtrūqꝫ medio mō incedere.

ℭ Cōsequēter exponit ista duo que posuit. Et pmo quā infamiā habuerūt ⁊ ostēdit ꝙ magnā: qa VT SEDVCTORES ⁊c̄.] q. d. A qbusdam habemur vt seductores: a qbusdā vo habemur VT VERACES.] Nec mirū: qa ēt de Chro alii dixerūt: qa bonus est: alii vo ꝙ nō: sed seducit turbas: vt dr̄ Jo. 7. Scḋo ostendit quō fuerūt gl'iosi ⁊ ignobiles: qa SICVT ignoti ⁊ cogniti] i. approbati a bonis: ⁊ incogniti. i. despecti a malis. prime Corin. 4. Tanq̄ purgamenta ⁊c̄.

ℭ Consequēter ꝓseq̄t ea q̄ ptinēt ad ↄcupiscētiaꝫ carnis. Et ponit tria q̄ ↄcupiscit caro. Pmo. n. ↄcupiscit longā vitā: ⁊ q̄tū ad h̄ dic̄. QVASI moriētes] i. lꝫ exponamur piculis mortis. Infra. 11. In mortib⁹ frequēter ⁊c̄. tamen ECCE VIVIMVS] virtute ⁊ fide. Et iō Abacuc. 2. Justus ex fide viuit. Ps. Nō moriar: sꝫ viuam ⁊c̄. Scḋo cōcupiscit incolumitatē ⁊ qetē. Et q̄tū ad hoc dic̄. VT CASTIGATI ⁊ nō mortificati] q. d. Lꝫ diuersis flagellis castigemur a dn̄o: non tn̄ tradit nos morti. Ps. Castigās castigauit me dn̄s. Et. 2. Ti. 3. Oēs qui pie volūt ⁊c̄. Tertio ↄcupiscit gaudiū ⁊ iocūditatē: ⁊ q̄tū ad h̄ dic̄. QVASI tristes semp aūt gaudētes] qa lꝫ i exteriorib⁹: ⁊ q̄ ad carnē sunt ptinētia tristitiā ꝑ temeritudinē: interi⁹ tn̄ ↄtinuū gaudiū habemus qḋ crescit in nobis ex ↄsolationib⁹ spūs sancti: ⁊ spe remunerationis eterne. Jac. 1. Oē gaudiū existimate ⁊c̄. Jo. 16. Tristitia vestra vertet̄ in gaudiuꝫ ⁊c̄.

ℭ Consequēter ꝓseq̄t de his q̄ ptinēt ad ↄcupiscētias oculoꝝ. Et circa h̄ ponit duo. quoꝝ vnū est in cōparatiōe ad alios: ⁊ s'm h̄ ꝓsperū in diuitiis ē ꝙ hō abundātia ꝙ possit aliis ministrare d̄ diuitiis suis. Sinistrū aūt in h̄ est ꝙ hō sit ita pauper ꝙ oporteat eū ab aliis mēdicare. Et iō dicit ꝙ in his tpalib⁹ sumus SICVT egētes] i. ab aliis accipiētes: sed tn̄ q̄tū ad spūalia sumus MVLTOS locupletantes.] ⁊ nō dicit oēs: qa non sunt oēs locupletari parati. Prouer. 13. Et q̄si pauper cū in multis diuitiis sit. Scḋm ē in cōparatiōe ad seipsos: ⁊ s'm h̄ ꝓsperū in diuitiis ē multa possidere: sinistrū aūt vt nihil penit⁹ hēat. Et q̄tū ad h̄ dicit ꝙ in exteriorib⁹ sunt TANQVAM nihil hñtes] s. in tpalibus: qa oīa dimiserūt pp Chrm̄. Mat. 19. Si vis pfect⁹ eē vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊c̄. Sꝫ iteri⁹ ⁊ in spūalib⁹ oīa possidētes. s. ꝓ interiorē magnitudinē cordis. Et h̄ ideo ē: qa ipsi viuebāt nō sibi: sꝫ Chro. Et iō oīa q̄ sunt Chri reputabāt vt sua. Un̄ cū Chro oīa sint subta oīa possidebāt: ⁊ oīa tēdebāt in eoꝝ gl'iā. Josue. 1. Et oēm locū quē calcauerit pes vester/vester erit. Nota autē circa pmissa ꝙ Apl's vtit̄ i pmissis miro mō loquēdi. Nā ipse q̄si semp ponit vnū ↄ vnū: ⁊ tpale ↄ spūale. Sꝫ tn̄ in tpalib⁹ semp addit quādā ↄditionē: puta/vt/sicut/quasi/tanq̄: sꝫ i opposito spūali nihil addit. Cui⁹ rō est: qa tpalia siue sint mala siue bona sunt trāsmutabilia ⁊ apparētia: hñtia tn̄ silitudinē vl' boni vl' mali. Et iō dicit: vt seductores: ⁊ q̄si ignoti: qa nō erāt in rei veritate sic: sꝫ in opinione hoīuꝫ: ⁊ si erāt trāsitoria erant bona aut mala. Bona aūt spūalia existētia sunt ⁊ vera: ⁊ ideo non addit eis conditionē aliquā. Nota modū loquēdi apl'i q circa tēporalia semper addit ↄdiōnē ⁊ vnū spūale ↄ vnū tpale ponit.

ℭ Os nostruꝫ apertū est erga vos Corinthii: cor nostruꝫ dilatatū est. Non estis angusti in nobis: sed angusti estis in viscerib⁹ vestris. Eandē aūt remunerationeꝫ vt filiis polliceor. Dilatemini ⁊ vos: ne ducatis iugum cū incredulis. † Qḋ enim cōsortium iustitie cuꝫ iniustitia? aut que cōmunio luci cū tenebris? aut q̄ cōcordia Chro cū belial? aut que pars fideli cū infideli? aut qd cōuenit templo dei cū simulacris? † Nās vos tēpluꝫ estis dei viuētis: quēadmodū dicit deus. Inhabitabo in illis: ⁊ inambulabo: ⁊ ero illoꝝ deus: ⁊ ipsi erunt mihi populus. Quapropter exite de medio illorum: ⁊ separemini ab illis: dicit dn̄s: ⁊ immundum ne tetigeritis: ⁊ ego suscipiam vos: ⁊ ero vobis loco patris: ⁊ vos eritis mihi vice filioꝝ ac filiarum: dicit dominus omnipotens. Eccl. 13. 1. Cor. 3. ⁊ 6. Leui. 26. Esa. 52.

ℭ Os nostrū pꝫ ad vos corinthii: cor nr̄m dilatatuꝫ est. Non angustiamini in nobis: angustiamini aūt in viscerib⁹ vr̄is. Eandeꝫ autē habētes remunerationeꝫ: tanq̄ filiis dico: dilatamini ⁊ vos. Nolite iugum ducere cuꝫ infidelib⁹. Que. n. participatio iustitie cuꝫ iniqtate? aut que societas luci ad tenebras? Que autēꝫ cōuentio Christi ad belial? Aut que ps fidelis cū infideli? Qui autē ↄsensus templi cū idolis? Vos enim

estis templum dei vivi: sicut dicit deus: quoniam inhabitabo in illis et inambulabo inter eos: et ero illorum deus: et ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum et separamini dicit dominus et immundum ne tetigeritis: et ego recipiam vos: et ero vobis in patrem: et vos eritis mihi in filios et filias dicit dominus omnipotens. Lec. III.

Postquam Apostolus docuerat vitam gratie collatam quantum ad bonas operationes exteriores: hic consequenter instruit eos circa vitam predictam quantum ad interiorem devotionem: que consistit in letitia cordis et latitudinem cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primo exhibet se eis in exemplum latitudinis. Secundo ostendit quod ab ipso non habent exemplum extra preter accipere. ibi. NON angustiamini in nobis etc. Tertio exhortatur eos ad cordis latitudinem. ibi. EANDEM habentes etc. Circa primum duo facit. Primo ponit signum latitudinis cordis. Secundo ponit ipsam latitudinem cordis quam habet Apostolus. ibi. COR nostrum dilatatum etc. Signum autem latitudinis est os latum: quia os immediate adheret cordi. Unde que per os exprimuntur sunt expressa signa conceptionum cordis. Mat. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et hoc est quod dicit. OS NOSTRUM patet ad vos. Os enim clausum est aliquando: tunc scilicet quando ea que sunt in corde non pandit exterius: sed apertum et pandens quando ea que in corde sunt manifestantur. Job. 3. Post hec aperuit etc. Mat. 5. Aperiens os suum etc. Et ne hoc videatur pertinere ad vitium vanitatis: quia manifestat se subdit rationem dicens. AD VOS id est propter utilitatem vestram manifestamus vobis secreta cordis nostri. prima Cor. 10. Non querens quod mihi utile sit etc. Causa autem huius dilatationis procedit ex dilatatione et latitudine cordis. Et ideo dicit. COR nostrum dilatatum est etc. Prover. 21. Exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Cor autem aliquando est strictum: tunc scilicet quando comprimitur et concluditur in modico: sicut cum quis non curat nisi de terrenis et presentibus celestia non valens ea latitudine capere. Aliquando autem est latum: tunc scilicet quando quis magna appetit et desiderat: et talis erat Apostolus: quia non reputans ea que videntur desiderabat celestia. Et ideo dicit. COR nostrum dilatatum est id est amplificatum ad magna appetenda.

¶ Consequenter ostendit quod non habent ab Apostolo contrarium exemplum dicens. NON angustiamini etc. quasi dicat. Ex quo ostendimus vobis latitudinem cordis nostri non habetis a nobis exemplum nec causam unde angustiemini. Sed si hoc facitis tunc quidem angustiemini: sed non ex nobis: sed in visceribus vestris id est ex vobis. Ubi sciendum est quod angustiari idem est quod includi in aliquo unde non potest aditus evadendi. Isti autem erant seducti adeo a pseudo: quod non credebant posse salutem consequi: nisi in observantiis legalibus. Et ideo efficiebantur servi cum essent liberi per fidem Christi. Unde angustiatio huius servitutis non proveniebat eis ab Apostolo: sed ex visceribus eorum id est ex duritia cordium ipsorum. Luc. 23. Nolite flere super me etc.

¶ Consequenter hortatur eos ad latitudinem cordis dicens. EANDEM autem habentes etc. quasi dicat. Si aliquando decepti a pseudo angustiati estis: non omnino remaneatis in angustiatione. Immo studeatis habere latum cor: sicut nos habemus: quia eandem debetis remunerationem: quam nos habemus. Et ideo dicit. EANDEM remunerationem habentes id est sicut et nos. Supra 1. Sicut estis socii passionum etc. Tanquam filiis non inimicis dico vobis vel tanquam filiis dei. quasi dicat. EANDEM remunerationem habetis quia filii dei sed heredes vite eterne. Roma. 8. Si filii et heredes. EANDEM inquam habentes remunerationem dilatamini et vos id est habeatis cor magnum et liberum libertate spiritus que est in fide Christi: et non coangustiemini in servitute observantie legalis.

¶ Consequenter cum dicit. NOLITE iugum ducere etc. Docet eos vitam collatam gratie quantum ad infidelium vitationem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit Apostoli exhortationem. Secundo exhortationis rationem. ibi. QUE enim participatio etc. Tertio rationem huius per auctoritatem confirmat. ibi. VOS enim estis templum dei etc. Dicit ergo. NOLITE iugum ducere etc. Ubi est sciendum quod iugum dicitur illud quod ligat plures ad aliquid faciendum. Unde quia aliqui aliquando conveniunt ad faciendum aliquid bonum: quod est ex deo: et aliqui ad faciendum aliquid malum: quod est ex diabolo. Ideo dicitur iugum dei et iugum diaboli. Iugum quidem dei est ipsa charitas: que ligat homines ad serviendum deo. Mat. 10. Tollite iugum meum etc. Iugum vero diaboli est ipsa iniquitas que ligat ad malum et ad male faciendum. Esa. 9. Iugum oneris eius etc. Hoc ergo dicit. NOLITE iugum ducere id est nolite communicare in operibus infidelitatis cum infidelibus. Et hoc propter duo. Primo quia aliqui erant inter eos quando regnabant sapientes non abstinentes ab idolatria: et ex hoc scandalizabant inferiores. Alii autem erant qui communicabant cum iudeis in traditionibus seniorum. Unde Apostolus hortatur eos cum dicit. NOLITE etc. id est ut non communicent cum iudeis in traditionibus legis: neque cum gentibus in cultu idolorum. Utrique enim infideles sunt. Rationem autem huius assignat dicens. QUE enim participatio etc. Que sumitur ex distinctione duplici. Una distinctio est quantum ad causam: sed alia est quantum ad statum. Distinctio quantum ad causam duplex est. scilicet quantum ad causam habitualem: et quantum ad causam efficientem. Causa autem habitualis est duplex. Una quantum ad effectum: et hoc est quod dicit. QUE enim participatio iustitie etc. quasi dicat. Non debetis iugum ducere cum infidelibus: quia alius habitus est in vobis: alius in illis. In vobis quidem est habitus iustitie: in illis vero est habitus iniquitatis. Maxima autem iustitia est reddere deo quod suum est: et hoc est colere deum. Unde cum vos colatis deum est in vobis habitus iustitie. Summa autem iniquitas est auferre deo quod suum est: et dare diabolo. Esa. 1. Iniqui sunt cetus vestri. Hiere. 23. Quid paleis ad triticum. Alia causa habitualis est quantum ad intellectum: et hec distinctio est quia fideles sunt illuminati lumine fidei: sed infideles sunt in tenebris errorum. Et quantum ad hoc dicit. AUT que societas lucis ad tenebras id est quasi dicat. Non est conveniens quod eis communicetis: quia non est aliqua societas conveniens: quia vos estis lux per scientiam fidei. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino etc. Illi vero tenebre sunt per ignorantiam. Prover. 4. Via impiorum tenebrosa etc. Unde dominus a principio divisit lucem a tenebris ut dicitur Gen. 1. Quantum vero ad causam efficientem dicit. QUE autem conventio Christi ad belial: quasi dicat. Vos estis servi Christi et membra eius. prima Cor. 12. Vos estis corpus Christi: illi autem sunt membra diaboli. Et dicitur diabolus belial absque iugo: quia noluit subiici iugo dei. Hier. 2. A seculo fregisti etc. Quod autem non possit esse conventio Christi ad belial: patet ex verbis Christi. Jo. 14. Venit princeps mundi huius etc. Et etiam ex verbis diaboli Math. 8. Quid nobis et tibi Iesu etc. Alia distinctio est quantum ad statum: et hoc quantum ad duo. scilicet quantum ad statum fidei: et secundum hoc dicit. AUT que pars est fidelis etc. quasi dicat. Non eadem est pars utrisque: quia pars fidelis est ipse deus quem habet premium: et ut finem sue beatitudinis. Ps. Dominus pars hereditatis mee etc. Sed pars infidelis sunt bona terrena. Sap. 2. Hec est sors nostra etc. Mat. 24. Dividet eum et partem etc. Item quantum ad statum gratie: et secundum hoc dicit. QUIS autem consensus etc. quasi dicat. Non est aliqua convenientia templo dei et idolis. Unde vos estis templum dei per gratiam. prima Cor. 3. Templum dei estis etc. et 6. Nescitis quia membra vestra templa sunt etc. Non debetis ergo communicare cum infidelibus qui sunt templa idolorum. Sed notandum quod dominus prohi-

Iugum dei est charitas et iugum diaboli iniquitas.

dei per Ezechielem qui in templo dei nō colent idola. Ezec. 26. Multo ergo magis prohibentur homines: quorum alia sunt templum dei ne violent illud per participationem idolorum. prime Corin. 3. Si quis templum dei violauerit etc.

¶ Consequenter cum dicit. VOS enim estis etc. Confirmat rationem propositam per auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo confirmat quod idem per rationem amonitionis. Secundo vero confirmat ipsam amonitionem ibi. PROPTER quod exite etc. Circa primum duo facit. Primo resumit quod probare intendit. Secundo vero inducit auctoritatem ad propositum ibi. SICUT dicit dominus quia etc. Dicit ergo. Recte dico quod nō est consensus templo dei cum idolis. i. nō debet cum eis participare. QUIA vos estis templum dei viui .i. nō mortui sicut idolatre. ad hoc probandum adducit auctoritatem probans hoc ipsum per rationem templi viui. nam templi est ut deus habitet in eo. Nam templum est locus dei ad inhabitandum sibi consecratus. ps. Dominus in templo sancto suo etc. Quam quidem auctoritatem sumit ex Leui. 26. ubi dicitur. Ponam tabernaculum meum in medio vestri etc. In qua auctoritate quatuor tangit quantum ad hoc unum pertinet. Primum pertinet ad gratiam qua homo dicitur deum esse in aliquo per gratiam et hoc est quod dicit. INHABITABO in eis. i. in eis manens per gratiam excolens eos. licet autem deus in omnibus rebus dicatur esse per presentiam potentiam et essentiam: nō tamen dicitur in eis inhabitare: sed in solis sanctis per gratiam. Cuius ratio est: quia deus est in omnibus rebus per suam actionem inquantum coniungit se eis ut dans esse et conseruans in esse. In sanctis autem est per ipsorum sanctorum operationem qua attingunt ad deum et quodammodo comprehendunt ipsum: que est diligere et cognoscere. Nam diligens et cognoscens habet in se hic cognita et dilecta. Secundum pertinet ad gratiam cooperantem: quo scilicet proficiunt sancti auxilio dei. et quantum ad hoc dicit. INAMBULABO in eis. i. promouebo eos de virtute in virtutem. Nam hic proficere sine gratia dei esse nō potest. prime Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum. Nam sicut gratia operans facit nos esse aliquid in esse iustitie: ita et gratia cooperans facit nos ipso esse proficere. Tertium pertinet ad dei beneficium: et hoc vel protectionis per prouidentiam et hoc ait dicens. EGO ERO illorum deus. i. prouidentia mea protegam eos. ps. Beatus populus cuius dominus etc. Vel beneficium remunerationis: ut sic dicatur. ERO illorum deus. i. dabo eis meipsum in mercedem. Gen. 15. Ego ero merces tua etc. Et Heb. 11. Non confunditur deus eorum vocari deus. Quartum pertinet ad debitum cultum et seruitium sanctorum: et quantum ad hoc dicit. ET IPSI erunt mihi in populum. i. me colent et mihi obedient ut meo: et nō alteri. ps. Nos autem populus eius et oues etc. Vel potest ad primam corporalem referri. et tunc exponitur sic. QUONIAM inhabitabo in illis. i. per carnis assumptionem. Jo. 1. Verbum caro factum est etc. ET AMBULABO inter illos. i. corporaliter cum eis conuersando. Bar. 3. Post hec in terris visus est etc. ET ERO illorum deus per gloriam. Deu. 4. Non est alia natio tam grandis etc. Et ipsi erunt mihi populus. i. per fidem me colent.

¶ Consequenter cum dicit. PROPTER quod exite etc. Confirmat ipsam amonitionem per aliam auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo confirmat ipsam amonitionem per auctoritatem. Secundo ostendit premium promissum seruantibus monitionem ibi. EGO RECIPIAM vos etc. Dicit ergo propter quod. quia estis templum dei exite de medio eorum. Et sumitur de Esa. 52. Recedite recedite inde et pollutum nolite tangere. Ubi tria dicit. EXITE separamini: et immundum nolite tangere. quia tripliciter debemus nos habere ad infideles. Primo ut exeamus ab eis relinquendo peccata. Zach. 2. O o fugite de terra aquilonis etc. Sed donatiste dicunt quod debemus corporaliter deserere malam societatem: quod nō est verum. Unde quod Apostolus dicit intelligendum est de separatione spirituali. Et ideo sic exponitur. EXITE spiritualiter nō sequendo vitam eorum. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas etc. Et hoc ideo ut vitemus ipsas peccatorum occasiones ab eis datas. Et ideo dicit. SEPARAMINI. i. longe ab eorum consensu sitis. Mat. 10. Veni enim separare etc. Nume. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum etc. Tertio ut arguamus eos cum male agunt. et ideo dicit immundum ne tetigeritis. i. consentientes eis in malis. Ro. 1. Nō solum qui faciunt ea: et qui consentiunt etc. Eph. 5. Nolite communicare operibus infructuosis. Et hoc quia qui tangit picem etc. Eccl. 13. Premium autem repromissum seruantibus monitiones est duplex. scilicet diuina familiaritas et diuina adoptio. Diuina familiaritas: quia ego recipiam vos. i. Secure exeatis: quia ego recipiam vos in meos. ps. Quoniam pater meus et mater mea etc. ps. Beatus quem elegisti etc. Esa. 42. Ecce seruus meus etc. Sed diuina adoptio: quia adoptat nos in filios: quia dicit. Et ero vobis in patrem: et vos eritis mihi in filios. Ro. 8. Nō accepistis etc. Et prius filios quantum ad perfectos: et filias quantum ad imperfectos: et hoc sumitur de. 2. Reg. 7. ubi dicitur de Salomone. Ego ero ei in patrem etc.

Cap. VII.

Has igitur promissiones eius habeamus charissimi: mundemus nosipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus: perficientes sanctimoniam cum timore dei. Capaces estote nostri: neminem lesimus: neminem corrupimus: neminem fraudauimus. Non hoc ad condemnationem vestri dico. Siquidem iam ante dixi vobis: quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et conuiuendum.

Has igitur habentes promissiones charissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus: perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem lesimus: neminem corrupimus: neminem circumuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Prediximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad conuiuendum.

Monuit Apostolus corinthios qualiter se in futuro debeant habere: hic commendat eos de bonis preteritis. Sed ut fiat quedam continuatio preteritorum ad futura. Primo concludit amonitionem. Secundo vero commendat eos. ibi. MULTA mihi fiducia etc. Circa primum tria facit. Primo ponit amonitionem. Secundo inducit exemplum sumptum ad amonitionem seruandam ibi. CAPITE nos etc. Tertio ponit amonentis intentionem ibi. NON AD condemnationem vestram etc. Circa primum tria facit. Primo ponit motiuum ad obseruantiam amonitionis: et hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit. HAS IGITUR habentes promissiones charissimi. scilicet quod deus habitet in nobis et recipiat nos etc. Secundo ponit amonitionem cum dicit. MUNDEMUS etc. Et hoc ideo quia promissiones iste non dantur: nisi mundis. Et ideo MUNDEMUS nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. i. carnalium et spiritualium vitiorum. Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini etc. ¶ Ubi sciendum est quod omne peccatum quod consummatur in delectatione carnis: est carnale: illud vero quod consummatur in delectatione spirituali: est spirituale. Et inde est quod peccata carnalia si considerentur quantum ad sui consummationem sunt duo tantum. scilicet gula et luxuria: cetera vero peccata sunt spiritualia. Si vero considerentur quantum ad suam originem: sic omnia peccata possunt dici carnalia: quia omnia ex concupiscentia carnis originem habent

Peccatum carnale et spirituale secundum consummationem ipsorum: secundum vero originem omnia peccata sunt carnalia.

habitu: ⁊ hoc mõ loquitur ad Gal. 5. Manifesta sũt autem opera carnis ⁊c̃. Tertio ponit modũ implẽdi admonitiões ibi. PERFICIENTES ⁊c̃. ❘ posset .n. aliquis dicere. Nũquid nõ sumus mũdati in baptismo? Et iõ addit perficientes sanctificationẽ .i. pficimus emũdatione icboatã in baptismo. Sãctus .n. idẽ est qđ mundus. Leui. 11. ⁊ 19. Sãcti estote: qm̃ ego sanctus sum ⁊c̃. Perficiamus inquã: q2 ꝓphi conati sunt pficere ⁊ nõ potuerũt: q2 nõ potuerunt oia peccata vitare: q̃uis quidã .n. aliquã peccata vitarẽt ⁊ exercerẽt act⁹ virtutũ: adhuc tñ remanebat in eis peccatũ infidelitatis. Et iõ in vero cultu dei solũ pficit emũdatio: ⁊ h̃ est qđ dicit. IN TIMORE ❘ .i. in cultu dei. Eccl. 25. Timor dñi ⁊c̃. ❡ Sꝫ 3 Col. 3. Super oia charitatẽ habẽtes: que est vinculũ pfectiõis. Nõ igitur perficit sanctificatio in timore dei: sꝫ in charitate dei. ❡ Ideo dicẽdũ est q2 hic loquitur de timore filiali: q2 est charitatis effectus: nõ de seruili q2 contrariatur charitati. Dicit autẽ IN TIMORE: ❘ vt doceat nos hũc affectũ ad deũ cũ quadã reuerentia ⁊ sollicitudine. Amor enim causat securitatem que quandoq3 negligentiaꝫ parit: sed qui timet semper est sollicitus.

❡ Cõsequẽter cũ dicit. CAPITE nos ⁊c̃. ❘ in exẽplũ se prebet q.d. Accipite nos in exẽplũ. j⁹ Cor. 11. Imitatores mei estote ⁊c̃. Ego .n. mihi caui ab imũdicia per sanctificationẽ: q2 neminẽ lesi. Ubi notandũ q2 tripliciter põt aliquis ledere ꝓximũ: ⁊ tali triũ istoꝝ modoꝝ lesit aliquẽ. ꝓ'mo in ꝓsona: ⁊ quãtũ ad h̃ dicit. NEMINEM lesim⁹ ❘ .i. in ꝓsona sicut faciũt mali. Mich. 3. Uiolẽter tollitis pellẽ eoꝝ ⁊c̃. Scđo quãtũ ad famã inducendo eos vel exẽplo vel ꝑsuasioĩb⁹ ad malũ: ⁊ quãtũ ad hoc dicit. NEMINEM corrupimus. j⁹ Cor. 15. Corrũpũt bonos mores. Tertio quãtũ ad subtractionẽ bonoꝝ: ⁊ quãtũ ad h̃ dicit. NEMINEM circũuenim⁹ ❘ .i. in bonis fraudauim⁹. 1. Thes. 4. Ne q̃s circũueniat ⁊c̃.

Proxim⁹ ledit in ꝓsona/ in fama/ ⁊ q̃ ad bona.

❡ Cõsequẽter cũ dicit. NON ad cõdẽnationẽ vias ⁊c̃. ❘ aperit suã intẽtionem q.d. Nõ dico hoc condẽnando vos: sed vt emendemini. Mala .n. ꝑterita ꝓp duo consueuerũt cõmemorari. Aliquñ ad cõdẽnationẽ: ⁊ h̃ qñ non est vltra spes correctionis. Aliquñ autẽ ad emendationẽ vt .s. corrigatur: ⁊ h̃ mõ loquitur hic. NON ad cõdẽnationẽ vestram ⁊c̃. j⁹ Cor. 4. Non ad vtilitatẽ vestraꝫ dico ⁊c̃. Et rõ huius est: q2 gaudeo de bono vestro. ꝓ'dixi .n. q2 vos estis ⁊c̃. Supra. 3. Epla nr̃a vos estis scripta in cordib⁹ nr̃is. Phil. 1. Eo q2 habeã vos ⁊c̃. Estis inquã in CORDIBVS nr̃is ❘ .s. AD COMMORIENDVM ⁊ ad cõuiuẽdũ. ❘ Qđ põt intelligi de morte culpe ⁊ de morte naturali. De morte culpe: vt nõ itelligatur q2 nos simus parati ad cõmoriẽdũ vobiscũ .i. qñ vos peccatis nos volum⁹ peccare: sꝫ q2 mortẽ culpe vestrã eo dolore accipimus quo nr̃aꝫ. 2. Cor. 11. Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmor. j⁹ Cor. 15. Quotidie morior ⁊c̃. Et ad cõuiuendũ: q2 ita gaudeo de bona vita vestra in gratia: sicut ⁊ de nostra. De morte aũt naturali vt itelligatur ad cõmoriẽdũ .i. paratus sum mori ꝓ vobis. infra. 12. Libentius impendar ⁊ superimpendar ⁊c̃. ⁊ ad cõuiuẽdũ. idest vt desiderem vos eẽ socios in vita eterna. 2. Ti. 2. Si cõmortui sumus ⁊ conuiuemus.

❡ Multa mihi fiducia ergã vos: multa mihi gl'ia de vobis. Impletus sum ꝯsolatione: vehementer exundo gaudio in omni afflictiõe nostra. Etenim cũ venissemus in Macedoniã: nullã habuit relaxationẽ caro nostra: sed in oibus affligebamur: foris pugne: intus terrores. Uerũ q ꝯsolatur humiles: ꝯsolatus est nos deus ꝑ aduẽtũ Titi: non solũ autẽ per aduẽtũ illius: verũetiã per ꝯsolationẽ: quã ille accepit de vobis: cũ annunciaret nobis vestrũ desideriũ: vestrũ fletũ: vestrũ pro me studiũ: adeo vt magis gauisus fuerim. Nã et si cõtristaui vos ꝑ eplã: non me penitet: ⁊ si peniteret. Uideo nãq3 qđ epla illa: ⁊ si ad tẽpus cõtristauit vos: nũc gaudeo: nõ qđ cõtristati fueritis: sed qđ cõtristati sitis ad penitẽtiam.

❡ Multa mihi fiducia est apud vos: multa mihi gloriatio ꝓ vobis. Repletus sum cõsolatione: superabũdo gaudio in omni tribulatiõe nostra. Nam ⁊ cũ venissemus in Macedoniã: nullã requiẽ habuit caro nostra: sed oẽm tribulationẽ passi sumus. Foris pugne: intus timores: sed q ꝯsolatur humiles ꝯsolatus est nos de⁹ in aduẽtu Titi. Nõ solum autẽ in aduẽtu eius: sed etiã in ꝯsolatione in qua ꝯsolatus est in vobis referẽs nobis vestrũ desideriũ: vestrum fletum: vestrã emulationẽ pro me: ita vt magis gauderem. Quoniã si ꝯtristaui vos in eplã nõ me penitet. Et si peniteret videns q2 epla illa ⁊ si ad horã vos contristauit: nũc gaudeo: non q2 ꝯtristati estis: sed q2 cõtristati estis ad penitentiam. Lec. II.

Apostolus posuit supra admonitiões ex premissis ꝯclusas: hic subdit suã cõmẽdationẽ. Et circa h̃ duo facit. ꝓ'mo ponit eoꝝ cõmẽdationẽ. 2⁰ ipsam exponit ibi. NAM ⁊ cũ venissem ⁊c̃. ❘ Cõmẽdationẽ autẽ istoꝝ ponit ostẽdẽdo affectũ suũ: q2 ꝯsurgit ex bonis opib⁹ q Corinthij faciebãt. Cõsurgit .n. q̃druplex affectus in cordib⁹ diligẽtiũ: q2 ꝯsurgit ex bonis eoꝝ q̃ dilecti operantur: ⁊ hos q̃tuor se Apls ꝯcepisse de eis ostẽdit. Et ꝓ'mo affectum fiducie. Unde dicit. MVLTA mihi fiducia est apud vos. ❘ Inquãtũ .s. ꝯfido q2 q bñ cepistis semp pficietis i meli⁹. Unde ex bonis auditis de vobis spero maiora i futurũ. Phil. 1. Cõfido de vobis q2 q cepit op⁹ bonum ⁊c̃. Heb. 6. Cõfidim⁹ de vobis charissimi ⁊c̃. Et h̃ fiducia bona ẽ ⁊ salubris. Heb. 10. Nolite amittere fiduciã ⁊c̃. Scđo ex h̃ ꝯcipit affectum gl'iationis. Et rõ .n. q2 bona amici sũt sua diligẽti: ꝯns ẽ vt de bonis amici sic de ꝓprijs gl'ietur. Et h̃ spẽalr qm̃ ipse ẽ cã illoꝝ bonorũ: sicut magister est cã doctrine discipuli. Et iõ dicit. MVLTA mihi gl'iatio ꝓ vobis ẽ ⁊c̃. ❘ Prouer. 10. Gl'ia patris fili⁹ sapiẽs. Tertio ex ꝑdictis ꝯcipit affectũ cõsolationis: eo qđ ei q letatur ⁊ gl'iatur de bonis suis vel amici h3 remediũ ꝯ tristitias. Cõsolatio .n. ẽ remediũ ꝯ tristitias. Naturale aũt ẽ q2 semp delectatio ⁊ gaudiũ tristitie opponitur. Et h3 Philosophũ. Ois delectatio debilitat vel totalr tollit tristitiã. Si delectatio sit ꝯria tristitie totalr absorbet tristitiã. Si aũt nõ sit ꝯria debilitat ⁊ diminuit eã. Et ide est q2 qñ q̃s ẽ i tristitia q̃cũq3 nũciatur sibi aliqđ letũ diminuitur tristi⁹. Et iõ q2 audit leta d' corinthijs dicit. REPLETVS sum ꝯsolatiõe: ❘ audita .s. correctiõe via. sup. 1. Sicut abũdãt Christi passiones ⁊c̃. Phil. 2. Si q̃ ꝯsolatio ⁊c̃. Implete gaudiũ meũ ⁊c̃. Quarto ꝯsurgit ex ꝑdictis affect⁹ exuberantis gaudij: lꝫ .n. ex aliquib⁹ delectatiõib⁹ diminuatur tristitia: nõ tñ totaliter tollitur: nisi gaudiũ sit magnum. Cũ igitur aũt Aplus multas tribulatiões sustineret: q2 est

Quadruplex affect⁹ in corde diligẽtis/ fiducie/ gl'iationis/ ꝯsolationis/ gaudij.

multũ gaudebat de bonis Corinthioꝝ:ideo nõ solũ nõ absorbebat tristitia totaliter:sed etiã supabũdabat gaudio. Et ideo dicit. SVPERABVNDO gaudio in omni tribulatiõe nostra]i.gaudiũ meũ superat omnẽ tribulationẽ que erat in aio meo.p° Thess.2.Que est enim spes nostra aut gaudium ꝛc. Roma.12.In tribulatione patientes.

℗ Cõsequẽter cũ dicit.NAM cum venissem ꝛc.]exponit suã cõmẽdatiõez.Duo enim dixerat.s.se accepisse gaudiũ ꝛ hũisse tribulationẽ.p° ergo manifestat suã tribulationẽ. 2° vero suã ɔsolationẽ ibi.SED q cõsolatur ꝛc.]Tribulationez autem aggrauat ex duob°.s.ex subtractiõe remedij cũ dicit.NAM ꝛ cũ venissez ꝛc.]q.d.Uere tribulationẽ hẽo:qa in nullo ɔsolor.NAM cũ venissez Macedoniã nullã requiez habuit caro nr̃a.]Ubi facit mẽtiõnẽ de psecutiõe quã passus est in Macedõia.qñ liberauit ancillã phytonissaz:vt legitur Act.16.Dicit autem.NVLLAM requiez hũit caro nr̃a:]et nõ dicit spũs nr̃:qa scit semp hũit pacẽ spũalẽ etiã in aduersis oia q in corpe patiẽs spe futuri pmij gaudebat:quãq̃ multa sustineat affectu carnis ɔtra. ℗ Ex multiplicitate vero tribulationũ aggrauat cũ dicit.OMNEM tribulationẽ passi sum°]i.oe gen° tribulatiõis fm corpus ꝛ fm aiam.Supra.4.In oibus tribulationẽ patimur ꝛc.Jo.16.In mundo pressurã ꝛc. ℗ Et q oẽs tribulatiões passus fuerit exponit ɔiter cũ dicit.FORIS pugne.intus timores.]Foris.i.ex̃ mei ꝗb; pugne psecutionũ:sed tamen INTVS]i.i corde est timor de malo:timens psecutionez in futuro.Deut.32.Foris vastabit eos gladi° ꝛc. ℗ Sꝫ ɔ.Prouer.28.Iust° q̃si leo ɔfidẽs absq; terrore erit. ℗ Rñ° est sine timore q̃tũ ad spũm:nõ tñ q̃tũ ad carnẽ.Uel FORIS]i.extra ecclesiã PVGNE]illate ab infidelib°:sed INTVS timores:]ne.s.illi q intra ecclesiaz sũt excidãt a fide:ppter psecutores.Uel FORIS]i.manifesto in PVGNE:]qb° ipugnantur a mãifestis inimicis. INTVS timores:]q inijciuntur nobis ab illis q dicũt se amicos:ꝛ non sunt:qa vt dicit Boe.de ɔsolatiõe.Nulla pestis efficacior ad nocendũ q̃ familiaris inimicus. Mat.10.Inimici hominis domestici eius.

℗ Cõsequẽter cũ dicit.SED q ɔsolatur ꝛc.]Põit mãz sue ɔsolatiõis quã extollit ex duob°.s.ex grata pñtia Titi.ꝛ ex ɔsolatiõe Titi ibi.NON solũ autem ꝛc.]Dicit ergo.Licꝫ hoc grauiter afflicti fuerim°:sꝫ q.s.de° ɔsolatur hũiles cõsolat° est ꝛc.Cui° pñtia vtpote mihi gratissima erat in adiutoriũ.Sup.1.Qui ɔsolatur nos in oi tribulatiõe nr̃a. Dicit aũt q ɔsolatur hũiles:q: supbos nõ ɔsolatur:sꝫ eis resistit vt dicitur Jac.4.ꝛ 1.Pe.5.Cõsolatur autem hũiles dãdo eis gr̃as q est ɔsolatio spũssancti.Esa.61.Ut cõsolarer oẽs lugentes ꝛc.NON solũ autem ꝛc.]Dic ponitur alia mã ɔsolatiõis Apli.s.ɔsolatio Titi.Et mã hui° ɔsolatiõis est 2°. Pria emẽdatio corinthioꝝ:quã habuerũt in pñtia Titi.Scđa est deuotio corinthioꝝ:quã ostẽdit ad Titũ ibi.IN CONSOLATIONE autem via ꝛc.]Circa p° duo facit.p ponit cõsolationẽ de pnia corinthioꝝ.2° expõit q̃dã q dixit ibi. CONTRISTATI n.estis ꝛc.]Circa p° tria facit.p põit ɔsolationẽ Titi.2° mãz ɔsolationis ibi. REFERENS nobis ꝛc.]3° effectũ ɔsolatiõis in mẽte Apli ibi. ITA vt magis gauderẽ ꝛc.]Dicit ergo.NON solum]ɔsolatur nos de° IN ADVENTV Titi.]SED etiã in ɔsolatiõe q ipse Tit° ɔsolat° est de vobis ꝛ in vobis.]Et hui° ɔsolationis mã est:qa ipse Titus CONSOLATVS est referẽs nobis vĩm desideriũ ꝛc.]Ubi tria ponit laudabilia ppter tria reprehẽsibilia q fuerũt in eis.Fuerũt.n.pigri ad bonũ:ꝛ ɔ hoc dicit.REFERENS nobis vĩm desideriũ]de pficiẽdo in meli°.Itẽ erãt pni ad malũ:ꝛ contra hoc dicit.VESTRVM fletũ]s.de peccatis cõmissis.Hiere.6.Luctum vnigeniti fac ꝛc.Itẽ erant faciles deceptioni pseudoꝝ:ꝛ cõtra hoc dicit. VESTRAM emulationẽ] contra pseudos habitã pro amore mei.Nã ante emulabamini contra me pro eis.

℗ Cõsequẽter cũ dicit.ITA VT magis ꝛc.]Ponit affectũ ɔceptũ ex ɔsolatiõe Titi:q qdẽ affect° est gaudiũ. Unde circa hoc tria facit.p ponit ɔceptũ gaudiũ.2° ostẽdit sue estimatiõis imitationẽ.3° subdit rõnẽ gaudij.Dicit ergo in tãtũ gauisus sum de hijs q Titus retulit mihi. ITA VT magis gauderẽ]de hoc q̃ de tribulatione mea dolerum.Nã spũalia pferẽda sunt tẽporalibus. Uel vt MAGIS gauderẽ]de hoc q contristaui vos q̃ doluerim olim.Peccauerãt.n.faciẽdo fornicationẽ ꝛ Aplus increpauerat eos:vt pꝫ in p° epla.5.ꝛ 6.Tũc aũt incertus erat Aplus quẽ euẽtũ deberet hẽre illa tristitia:bonũ.s. an malũ.Et ideo dubitãs penituit:sed vidẽs postmodũ q bonũ inde puenerat gaudebat.ideo dicit. QVONIAM etsi ɔtristaui]vos increpãdo in prima epla nõ me penitet mõ:qa correcti estis:etsi olim penitere:qñ.s.erã incertus vtrũ tristitia induceret vos ad correctionẽ vel desperationẽ:vidẽs q epla illa ET SI ad horaz vos ɔtristauit nũc gaudeo:]qa estis conuersi.Et rõnẽ gaudij assignat:qa nõ gaudeo de hoc:QVIA cõtristati estis:]sed de effectu.s.de correctione:quia.s.CONTRISTATI estis]non ad desperationem:SED AD penitentiam:] sicut medic° nõ gaudet de amaritudine:sꝫ de effectu.s.de sanitate.Sup.6.Quasi tristes:semp aũt gaudẽtes.

℗ Nã ɔtristati estis fm deũ:sic vt nulla in re detrimẽto sitis affecti p nos. Nã que fm deũ est dolor:in penitẽtiaz ad salutẽ haud penitẽdaz parit: ɔtra mũdi dolor mortẽ adfert. Ecce.n.istuc ipm qd fm deũ cõtristati fuistis:quantã in vobis genuit sollicitudinẽ:imo satisfactionẽ:imo idignationẽ:imo timorem:imo desiderium:imo vindictam:Siquidem vbiq; cõmendastis vosipsos: quod puri sitis in eo negocio. 1.Pe.2.

℗ Contristati.n.estis fm deum vt in nullo detrimẽtũ patiamini ex nobis. Que.n.fm deũ tristitia est penitẽtiã in salutẽ stabilem operatur:seculi aũt tristitia mortẽ operatur. Ecce.n.hoc ipm.fm deũ ɔtristari vos q̃tã in vobis operatur sollicitudinẽ:sed defensionem:sed indignationẽ:sed timorẽ:sed desiderium:sed emulationem:sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incõtaminatos esse negocio. Lec. III.

Posita consolatione Apli ꝛ Titi de tristitia Corinthioꝝ eo q fuerit ad penitẽtiaz:ꝛ nõ ad desperationez:hic cõsequenter huius cõsolationis rõ assignatur:eorũ tristitiaz cõmẽdãdo.Et circa hoc duo facit.Primo eni cõmẽdat coꝝ tristitiaz.Scđo ex hoc cõcludit ppositũ ibi.ET SI scripsi vobis ꝛc.]Cõmẽdat autẽ corinthioꝝ tristitiã ex duobus.p ex causa.2° ex effectu ibi.QVE enĩ tristitia est ꝛc.]Causa autẽ ex qua cõmendatur coꝝ tristitia hec est:qa est fm deũ.Et ideo dicit.Licꝫ ad horam ɔtristauerim vos per epistolam:tñ nunc gaudeo.]QVIA ɔtristati estis fm deuz.] Ubi sciendũ est q tristitia ꝛ gaudiũ ꝛ cõiter omnis affectio ex amore causatur.Tristatur enim q:quia caret eo qd amat.Qualis autez est amor,talis est tristitia ex amore causata.Est aũt duplex amor.Unus quo diligitur deus:ꝛ ex hoc causatur tristitia:que est fm deũ.Alius

est quo

Amor q̄ dili-gi᷑ de⁹ ꝛ quo amat̃ seculū.

est quo amat̃ seculuȝ: ꝛ ex hoc causatur tristitia seculi. amor quo diligimus deū facit nos libēter seruire deo: sollicite querere honorē dei: ꝛ vacare deo dulciter. Et qa peccādo impedimur a seruitio dei: ꝛ ideo ei nō vacamus: nec eius honorē querimus. Ideo amor dei causat tristitiā de pctō: ꝛ hec est tristitia ſm deū: que qdeȝ tristitia nō fuit nobis ad malū nec detrimētum: sȝ potius ad fructum ꝛ meritū. Et ideo dicit. VT IN nullo detrimentuȝ patiamini ex nobis:]qa nō solum bona ꝛ grata que vobis impendimus: vobis ꝓsunt: sed etiā hocipsum ꝙ vos corrigimus ꝛ contristamus. Hebre. 12. Omnis disciplina in presenti ꝛc̄.

¶ Cōsequēter cū dicit. QVE.n. tristitia ꝛc̄.]Cōmendat eoꝝ tristitiā ex effectu qui qdē est p̄miuȝ vite eterne. Et circa h̄ duo facit. Pꝛio.n. ponit effectū i gn̄ali. Secūdo experimētū spāliter in eis ꝯsecutū ibi. ECCE.n. hocipm ꝛc̄.]Circa pmū duo facit. Pꝛimo.n. ponit effectū tristitie q̄ est ſm deū. Scdo ponit effectuȝ tristitie que est ſm mundū ibi. SECVLI aūt ꝛc̄.]Dicit ḡ pmo. Dico ꝙ tristitia nr̄a nō fuit vobis detrimētū. ENIM] .i. qa TRISTITIA que est ſm deū opat̃ penitentiā.] PENITENTIAM aūt dico in salutē stabilē]. i. sempiternā que est salus stabilis ꝛ est beatoꝝ: de q̄ Esa. 49. Salus aūt mea in sempiternū erit. Et hāc opat̃ penitētia. Mat. 3. Agite penitētiā: appropinquabit enīȝ regnū celoꝝ. Et dicit STABILEM]vt excludat salutem tēporalē: que est trāsitoria: ꝛ cōis ipsis hoīb⁹ ꝛ iumentis: de qua in p̄s. Hoies ꝛ iumēta saluabis domine ꝛc̄.

¶ Sȝ ꝯ h̄ qđ dicit ꝙ tristitia q̄ est ſm deū penitētiaȝ opat̃ videt̃ eē: qa ipsa tristitia ſm deum est penitētia. Penitere.n. est tristari de malo ꝛ ſm deū. Nō ḡ opat̃ penitētiaȝ. ¶ R̄ndeo dōm est ꝙ penitētia h̄ȝ tres ptes. Quarū p̄⁹ ps est tristitia. s. dolor ꝛ cōpūctio de peccatis. Alie due sunt ꝯfessio ꝛ satisfactio. Cū ḡ dic̄ ꝙ tristitia opat̃ penitētiā. Intelligēduȝ est ꝙ cōpūctio seu dolor de pctō opet̃ in nobis penitētiā. i. alias ptes penitētie. s. ꝯfessionē ꝛ satisfactionē. ¶ Uel dōm ē ꝙ tristitia ſm deū est cōmunior q̄ȝ penitētia: qa penitētia ē de p̄ꝓ pctō: sȝ tristat̃ qs ſm deū: ꝛ de peccatis ppꝛijs: ꝛ de alienis. Sic ḡ effect⁹ tristitie: q̄ est ſm deū ē salus eterna: effectus ꝟo tristitie: q̄ est ſm mundū est mors. Quia enim qui diligit seculuȝ inimicus dei constituitur: vt dicitur Iac. 4. Ideo ex amore seculi mors causatur. Tristatur enim ſm seculum quis: non quia peccans deum offendit: sȝ deprehensus in peccato punit̃ de eo ꝛ detegitur. Et hec tristitia est vitanda in peccatis. Eccl' 30. Tristitiā longe fac a te ꝛc̄.

Penia habet tres ptes dolorē ꝯfessionē ꝛ satisfactio.

Cōpūctio in penitētia causat cōfessionē ꝛ satisfactionē.

Tristitia ſm deū ē de peccatis ppꝛijs ꝛ alienis.

¶ Cōsequēter manifestat effectū p̄dictū p experimentū sumptū in ipsis cū dicit. ECCE.n. hocipm ꝛc̄.]q.d. Uere salutē stabilē: qa expimento pȝ ꝙ in nobis multa q̄ ad salutē ducūt opat̃. Ponit aūt sex ad h̄ ptinētia: q̄ꝝ vnū est gn̄ale. s. sollicitudo: qui.n. hō est in leticia de seculi cōmittit aliq̄s negligētias: sȝ qn̄ ē tristis: ꝛ in timore sollicitat̃: ꝛ iō dic̄. ECCE.n.]scȝ in vobis expti estis HOCIPSVM]scȝ SECVNDVM deum ꝯtristari vos q̄ntā in vobis opat̃ sollicitudinē]ad vitādū mala: ꝛ ad faciendū bona. Mich. 6. Indicabo tibi o hō qđ sit bonū ꝛc̄. Et ifra sollicitū ꝛc̄. Alia ꝟo sūt spālia quoꝝ q̄dā ptinēt ad effectū iteriorē: q̄dā ad actū exteriorē. Eoꝝ ꝟo q̄ ptinēt ad effectū exteriorē: q̄dā sunt ad peccati remotionē: q̄dā ꝟo ad boni adeptionē. Nam verus penitēs dȝ recedere a malo ꝛ facere bonū. Eꝛū aūtē ad remotionē mali ponit tria. Pꝛimū ē vt desistat facere malū: ꝛ q̄ntū ad h̄ dicit. SED defensionē:]ꝯ illos qui nos ad malū idncūt. 1. Pe. 5. Cui resistite fortes in fide. Uel ſȝ glo. vt ꝯ pseudo me defendatis. Eph. vlti. Accipite armaturā dei ꝛc̄. Scdm ē ꝙ hō idignet̃ contra se ꝓ peccatis q̄ fecit: ꝛ q̄ntū ad h̄ dicit. SED idignationē.]Indignatio aūt sui opat̃ tristitiā ſm deuȝ. Esa. 63. Indignatio mea auxiliata ē mihi. Tertiū est ꝙ sit in ꝯtinuo timore de futuro vt caueat: ꝛ q̄ntū ad hoc dicit. SED timorē]de reciduio: ne. s. in futuro silr̄ cōrigat. Eccl. 25. Timor dn̄i oia ꝛc̄. Quātum aūt ad boni adeptionē duo ponit. Pꝛio desideriū quo ad bonum afficit̃: ꝛ q̄ntū ad h̄ dicit. SED desideriū:]quo bonū facere affectetis. Prouer. 11. Desideriuȝ iustoꝝ oē bonū. Secūdo emulationē bonam qua bonos imitari conat̃: ꝛ q̄ntū ad h̄ dic̄. SED emulationem:]vt. s. me ꝛ alios bonos imitemini. p̄ᵉ Coꝛ. 14. Sectamini charitatē. emulamini carismata meliora. Eoꝝ ꝟo q̄ pertinēt ad exteriorē actū duo ponit. Pꝛimū ē vt vindicent in seipsis ꝙ peccauerūt: ꝛ h̄ vtile est. Cū.n. oē malū necessariuȝ sit puniri vel ab hoie vel a deo: si h̄ nō punit meli⁹ est ꝙ hō malū in se puniat qđ fecit: q̄ȝ ꝙ deus: qa vt dicit̃ Heb. 10. Horrēdū ē icadere in man⁹ dei ꝛc̄. Et q̄ntū ad hoc dic̄. SED vindictā]. i. qa peccātes punitis ꝛ etiam vosipsos. p̄ᵉ Coꝛ. 9. Castigo corp⁹ meū ꝛc̄. Esa. 26. Iustitiā nō fecim⁹ ꝛc̄. Scdȝ ē ꝙ totalr̄ abstineat a malo. Et iō dic̄. IN OMNIBVS exhibuistis vos]. s. fide IN CONTAMINATOS eē negocio:]scȝ chꝛistiano. Sup. 6. In oib⁹ exhibeam⁹ ꝛc̄. Eph. 1. Elegit nos an̄ mūdi cōstitutionē vt essemus sancti. p̄s. Ambulās i via immaculata ꝛc̄. Uel NEGOCIO:]de quo. s. correcti estis: puta de fauore quem dedistis fornicatori: sed postmodum puniendo ꝛ condemnando ipsum ostendistis vos in hoc incontaminatos esse.

¶ Proinde tāetsi scripsi vobis: nō id feci eius cā: qui leserat: nec ei⁹ cā q lesus fuerat: ſȝ ob id: vt palaȝ fieret studiū vestrū ꝓ nobis apud vos in conspectu dei. Idcirco ꝯsolationē accepimus ex cōsolatiōe vestri: quin vberius insup gauisi sumus ob gaudiū Titi: qđ refocillatus sit spūs illius ab oibus vobis: qđ si quid apud illū de vobis gl'iatus suȝ: nō fuerim pudefactus: ſȝ vt oia cū veritate loquuti sumus vobis: ita ꝛ gl'iatio nostra: qua vsus eraȝ apud Titū: veritas facta est. Et viscera illius maiorem in modū erga vos affecta sūt: dum recolit omnium vestrum obedientiaȝ: quēadmodum cū timore ac tremore exceperitis ipȝ. Gaudeo quod in oibus confidam vobis.

¶ Igitur ꝛ si scripsi vobis non propter eū qui fecit iniuriam: nec propter eū qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram: quam habemus pro vobis coram deo. Ideo consolati sumus. In cōsolatione autem nostra abundātius magis gauisi sumus super gaudio Titi: quia refectus est spiritus ei⁹ ab oib⁹ vobis. Et si qđ apud illū de vobis gl'iatus suȝ: nō sum ꝯfusus: sed sicut oia vobis in veritate locuti sumus: ita ꝛ gl'iatio nostra q̄ fuit ad Titū veritas facta est. Et viscera ei⁹ abūdātius in vobis sunt: reminiscētis oium vrm obedientiā: q̄uo cuȝ timore ꝛ tremore exce-

pistis illum. Gaudeo q in omnibus confido in vobis. Lec. IIII.

Hic assignata rône q̃re gaudet Apl's de ipsorũ tristitia ꝯsñter iducit ꝯnem suã: in qua duo facit. Primo.n. ondit intentionẽ suã quã habuit in scribẽdo. Scdo manifestat gaudium: qd habuit de ipsoꝝ correctiõe ibi. IDEO ꝯsolati ꝛc̃. Dic̃ g̃ p̃mo. Ex q̃ incõtaminati estis: igit̃ appet q ET SI scripsi vobis p epistolam icrepãdo. NON scripsi PROPTER eũ .s. eũ: QVI fecit iniuriã .s. incestu maculãdo cubile p̃ris sui: vt dĩ p' Cor. 5. NEC pp eum tm̃ q passus est .s. pp p̃rẽ: q̃si nõ pp zelũ vidicte solũ. SED h̃ feci AD MANIFESTANDAM sollicitudinẽ nr̃am: quã p vobis habem' .i. vt sciretis q̃ sollicitati sumus p vob: ꝛ hoc dico CORAM deo: vt sit iuramẽtum .i. deo teste. Uel ad manifestãdã corã vobis deo .s. de oib' sollicitudinẽ nostram. Col. 2. Uolo vos scire quã sollicitudinẽ ꝛc̃. Uel alr̃ NON scripsi tm̃ pp eũ q fecit iniuriã: vt .s. corrigeret̃. Uel RPOPTER eum qui passus est: vt placaretur: SED ad manifestandam ꝛc̃. vt scilicet vos qui indignati fuistis pro contumelia ꝛ pena inflicta fornicatori reconciliaremini deo.

Consequẽter cõcludit gaudiũ qd habuit de eoꝝ correctiõe cũ dic̃. IDEO ꝛ ꝯsolati sumus ꝛc̃. q.d. Quia h̃ ꝯsecut' sũ ex eo q scripsi .s. q estis correcti: iõ ꝯsolati sum' .i. ꝯsolatiõẽ accepim'. Gaudiũ.n. hoĩs ẽ cũ ꝯseq̃tur: qd cũ desiderio lẽdit. ꝛ. Abũdãtius aũt ꝛc̃.

Cõseq̃ter cũ dicit. IN CONSOLATIONE aũt ꝛc̃. ponit 2m cãm sue ꝯsolatiõis q̃ sumit̃ ex deuotiõe quã ostẽderũt ad Titũ. Et circa h̃ tria facit. p ponit gaudiũ suũ de gaudio Titi ꝯceptũ. 2° gaudij rõnẽ assignat ibi. ET SI qd apd illũ ꝛc̃. 3° materiã gaudij Titi assignat ibi. REMINISCENTIS oiuz vestrũ ꝛc̃. Dic̃ g̃ p. GAVISI sum' de correctiõe v̄ra: aũt .i. sz in ꝯsolatiõe nr̃a ABVNDANTIVS magis gauisi sum' q̃ turbati fuerim' de tribulatione SVPER gaudio Titi. Uel MAGIS gauisi sum' .i. magis gaudiũ attulit ꝯsolatiõi nostre gaudiũ Titi. ꝛ h̃ QVIA refect' ẽ sp̃us ei'. Tunc eni reficit̃ animus p̃lati: qñ subditi eius sũt obediẽtes ei: ꝛ cũ reuerent̃. Philem. Refice viscera ꝛc̃. Refect' inquã ab oibus vobis: q2 oẽs vel correcti estis vel est spes correctiõis. Rõnẽ aũt hui' gaudij assignat q̃tum ad duo. Unũ ẽ ex parte Apli: q2 .s. ipse iuẽtus ẽ verax. Nã Aplus cõmẽdauerat corinthios Tito anq̃ iret ad eos. Quia v̄o nũc ita inuenit Titus sic Apl's dixit: gaudet Aplus v̄ba sua vera fuisse. Et h̃ ẽ quod dic̃. ET SI qd apud illum de vobis gl'iatus sũ .s. cõmẽdãdo vos. Dic̃ aũt gl'iatus sum: q2 gl'ia Apli erat bonũ illorum. NON sũ ꝯfusus .i. non erubesco me falsa dixisse. Qñ n̄ aliqs inuenit̃ mendax: ꝯfundit̃. Eccl. 37. Añ oĩa sermo verax ꝛc̃. SED sic oĩa in veritate vobis locut' sũ .i. idest sic p̃dicaui vobis veritatẽ: ITA gl'iatio nr̃a que fuit ad Titũ de vobis veritas facta ẽ .i. iuẽta est vera. Alia rõ ẽ ex pte corinthioꝝ. Nã amici desiderãt vt illi quos diligũt ab oib' diligãt̃. Quia g̃ Titus diligebat corinthios pp eoꝝ deuotionem: iõ de h̃ Aplus gaudebat. Et iõ dic̃ Aplus. ET VISCERA ei' ꝛc̃. q.d. Non solũ gaudeo: q2 iuẽtus sũ verax: sz ẽt q2 viscera ei' .i. viscerosa charitas ei': ꝛ nimi' amor abũdãti' q̃ añ in vobis ẽẽt: ex quo vidit ꝓfectũ v̄m. Uel ABVNDANTIVS q̃ i alijs. Eph. 6. Induite vos sic electi dei ꝛc̃.

Mãz aũt gaudij manifestat ex duob' .s. ex obediẽtia ꝛ ex reuerẽtia. Ex obediẽtia qdẽ cũ dic̃. REMINISCENTIS oiuz vestrũ obediẽtiã .s. q̃ obediẽter sibi obtẽperastis. In q̃ etiã ꝛ laudauit vos. 1. Reg. 15. Melior ẽ obediẽtia ꝛc̃. Eccl. 3. Filij sapiẽtie ecclia iustoꝝ. Ex reuerẽtia aũt cũ dic̃. QVOMODO in timore .i. filiali: nõ seruili cũ timore animi: ET TREMORE corporis excepistis eũ. Gal. 4. Testimoniũ.n. vobis ꝛc̃. Et q2 ita habuistis vos ad eũ gauisus sũ: q2 verax inuẽtus sũ ꝛ ipse diligit vos. Uñ GAVDEO q in oib' ꝯfido de vob. Nõ solũ i bona volũtate: sz ẽt in bonis opib' i futuro: q bñ vos bẽatis. Heb. 6. Cõfidimus de vobis meliora ꝛ viciniora saluti.

Cap. VIII.

Ertiores autẽ vos facio fratres de grã dei: que data fuit i ecclesijs Macedonie: qm̃ p multã ꝓbatiõnẽ afflictionis exuberauit gaudiũ illoꝝ: ꝛ ꝓfunda paupertas illoꝝ exũdauit in diuitias simplicitatis ipsoꝝ. Nã p virib' (testor) etiam supra vires p̃p̃ri fuerũt: multa cũ obtestatiõe rogantes nos: vt beneficiũ ꝛ societatẽ ministerij suscipem' in sanctos: ac nõ quatenus sperabamus: q2 etiaz semetipsos dederũt primũ dño: deide ꝛ nobis per volũtatẽ dei: in hoc vt adhortaremur Titũ: vt quẽadmoduz añ cepisset: ita ꝛ ꝯsũmaret hanc quoq3 erga nos beneficẽtiam. Immo quẽadmodũ vbiq3 abũdatis fide: ꝛ sermone: ꝛ scia: ꝛ oĩ diligẽtia: ꝛ in ea q̃ ex vobis erga nos est charitate: facite vt i hac quoq3 bñficẽtia abũdetis. Nõ f'm imperiũ loquor: sed per sollicitudinẽ: erga alios etiã vestre dilectionis syncerritatẽ approbãs.

Otaz aũt vobis facimus fratres grãz dei que data est in ecclesijs Macedonie: ꝛ q in multo experimẽto tribulationis abundãtia gaudij ipsoꝝ fuit: ꝛ altissima paupertas coꝝ abũdauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia f'm virtutẽ testimoniũ illis reddo ꝛ supra virtutẽ volũtarij fuerũt cũ multa exhortatiõe obsecrãtes nos grãz ꝛ cõicationẽ ministerij: qd fit in sanctos. Et nõ sicut sperauim': sz semetipsos dederũt: primuz dño: deide nobis p volũtatẽ dei: ita vt rogarem' Titũ: vt quẽadmodũ cepit ita ꝛ ꝑficiat in vobis ẽt grãm istã. Sz sicut in oĩbus abũdatis fide ꝛ sermone ꝛ scia ꝛ oĩ sollicitudie insup ꝛ charitate vestra in nos: vt ꝛ in hac grã abũdetis. Nõ quasi iperãs dico: sz p alioꝝ sollicitudinẽ etiã vestre charitatis ingenium bonum comprobans.

Osita iam exhortatione ad bonũ in generali: hic consequenter exhortatur eos ad quoddaz bonum particulare .s. ad largitionem collectarũ pro sanctis qui erant in hierusalẽ. Nam sic Act. 15. dicitur. ꝛ Apl's tangit ad Gal. 2. Apli imposuerunt Paulo ꝛ Barnabe vt ꝓponerent verbuz salutis gentibus exhortãdo eos ad subueniẽdum sanctis q erant in hierusalez qui venditis omnib' ꝛ positis ad pedes Aploꝝ in maxima erant paupertate, ꝛ ad hoc iducit.

eos p̄sens. Ubi duo facit. Primo inducit eos ad dandum. Scđo monet ad moduꝫ dandi: vt. s. cito ꝛ abundanter dent: ꝛ hoc. 9. cap. ibi. NAM de ministerio ꝛc̄.] Circa p̄muꝫ duo facit. Primo tractat de collectis dandis. Secūdo de ministris p quos hꝰ collecte fiant ibi. GRATIAS aūt deo qui dedit ꝛc̄.] Circa p̄muꝫ duo facit. Primo iducit eos ad dandū. Scđo excludit excusationē ibi. SI ENIM volūtas prōpta ꝛc̄.] Inducit aūt eos ad dandū tripl'r. Primo exemplo alioꝝ qui dederūt. Secūdo exēplo Chri ibi. SCITIS eni gr̄aꝫ dn̄i nostri ꝛc̄.] Tertio ex ipsoꝝ ꝓpria volūtate ibi. HOC eni vobis vtile ꝛc̄.] Circa primuꝫ tria facit. Primo ponit exēplum. Secūdo ostēdit se per motū ab hoc exēplo ibi. ITA VT rogaremus Tituꝫ ꝛc̄.] Tertio monet vt ipsi hoc exēplū sequanť ibi. SED sicut in oibus abundatis ꝛc̄.] ¶ Circa p̄mū sciendū est ꝙ Aplus ad h̄ vt Corinthij liberal'r tribuant ꝓponit eis macedones in exēplum. Et cōmendat eos quātum ad duo. s. quātum ad patiētiaꝫ in aduersis. Scđo q̄ntuꝫ ad liberalitatem in donis ibi. ET ALTISSIMA paupertas ꝛc̄.] ¶ Circa primū sciendū est ꝙ Apl's inducit eos ad elemosynas vt merita ipsoꝝ crescāt. ꝛ ideo in illo tp̄e hoc fecit qn̄ possunt mereri. s. in tp̄e gratie: tūc eni elemosyne meritorie sunt. Et hoc est qđ dicit. NOTAM vobis facimꝰ gr̄aꝫ] .i. gratuitū donū dei. s. elemosynaꝝ largitionem: ꝛ dicit h̄ eē gr̄am: q2 q̄cq̄d boni facimus ē ex gr̄a dei: que q̄dē gr̄a non est data istis ſ3 mihi: i. nq̄ntū. s. ex mea ꝓcuratiōe ꝛ sollicitudie ꝛ monitiōe macedones ad h̄ moti sūt. Eph̄. 3. Mihi aūt oiuꝫ sctōꝝ minimo ꝛc̄. DATA est inq̄ mihi in eccl'ijs Macedonie] .i. apud fideles Macedonie. Que q̄dē gr̄a est q̄ntū ad duo. s. q̄ntuꝫ ad patiētiā: q2 in multo experimēto ꝛc̄. ¶ Ubi ponit ꝯditiones patiētie pfecte. Una ē ꝙ hō sit cōstās: ita ꝙ nec timore tribulatiōis deijciať: ſ3 nec ēt in ipso tribulatiōis expimēto. Et iō dicit ꝙ in multo expimēto tribulatiōis. s. cōstātes fuerūt. Alia est ꝙ in ipsis tribulatiōibꝰ gaudeat sic legiť de btō Laurētio: ꝛ q̄ntuꝫ ad h̄ dicit. Abūdātia gaudij ipsoꝝ. s. macedonuꝫ fuit Iac. p̄. Oē gaudiū existimate ꝛc̄. Ro. 12. In tribulatiōe gaudētes ꝛc̄. Uel IN MVLTO experimēto tribulatiōis] nō quā ipsi passi fuerūt: sed quā viderūt pati in Macedonia abūdātia gaudij ipsoꝝ fuit. ¶ Itē 2ꝰ gr̄a est quātū ad liberalitatē in elemosynis. Et q̄ntū ad hoc dicit. ET ALTISSIMA ꝛc̄.] Ubi duo fac. Prio ponit eorū liberalitateꝫ. Scđo exponit qđ dixerat ibi. QVIA ſm virtutē ꝛc̄. Dicit ğ p̄mo. Nō solū fuerūt patientes in tribulatiōibꝰ. s. macedones: ſ3 ēt fuerūt liberales: q2 ALTISSIMA] .i. maxima paupertas eoꝝ vel nobilissima. Scđm Glo. facit paupertatē altaꝫ eleuatio sp̄us sup res tēporales ꝛ ꝯtēptus earuꝫ. Et sic istoꝝ paupertas altissima erat q2 nō habebāt diuitias ꝛ cōtēnebant eas. Iac. 2. Nōne deꝰ elegit paupes in mūdo ꝛc̄. Hec inq̄ paupertas abūdauit .i. exercuit in diuitijs copiose dādo. Sed hec expositio glose nō videť esse ſm intētioneꝫ Apl'i. Et iō aliter dōm est. ALTISSIMA paupertas ꝛc̄.] Ubi sciēdū est ꝙ hō ex duobꝰ causis hꝫ prōptū aīum ad dādū satis. s. ex abūdātia diuitiarū: sic sunt diuites: vel ex cōtēptu diuitiarum: ꝛ sic idē facit in paupe cōtēptus qđ facit in diuite abūdātia. Et iō dicit ALTISSIMA paupertas] sic supra ABVNDAVIT] .i. effectū abūdantie fecit IN DIVITIAS simplicitatis eoꝝ:] q2 coꝛ eorum erat solum ad deuꝫ. ꝛ ex hoc prouenit ꝯtēptus diuitiarum. Prouerb. 10. Simplicitas iustoꝝ ꝛc̄.

¶ Cōsequēter cū dicit. QVIA ſm virtutē ꝛc̄.] Exponit qđ dixit cōmēdādo ipsoꝝ liberalitatē q̄ntuꝫ ad tria. s. quātuꝫ ad quātitatē dati. quātū ad voluntatē dandi: ꝛ quātū ad ordinē dationis. Quātuꝫ ad quantitatē dati: q2 dederunt supra virtutē. Et iō dicit. VERE abundauit i diuitias:] q2 ego reddo illis testimoniū ꝙ fuerūt volūtarij ad dādū ſm virtutē rerū suarū. ꝛ supra virtuteꝫ: q2 intātū dederūt ꝙ post eguerūt. Uel dōm est ꝛ melius ꝙ est virtus iterior animi: ꝛ v'tus exterior. s. facultas rerū tēporaliū. Uirtꝰ iterior est prōptitudo animi ad dādū. Et iō dicit. Testimoniū illis reddo ꝙ fuerūt volūtarij ad dandū SECVNDVM virtutē animi interiorē:] ꝛ supra virtutē exteriorē. s. diuitiaꝝ. Thob. 4. Si multū tibi fuerit ꝛc̄. ¶ Cōtra. Quicūq3 dat supra virtutē dat imoderate. ¶ R̄ndeo. dōm est ꝙ virtus in dādo pōt ꝯsiderari dupl'r. s. simpl'r seu absolute: ꝛ ſm ꝓportionē alioꝝ. Quādo ğ dat plus q̄ alij tūc p portiōis nō peccat: sed si simpl'r dat supra v'tutē tūc imoderate dat. Sic ergo cōmēdat eoꝝ liberalitatē q̄ntuꝫ ad q̄ntitatē dati. Cōmēdat aūt eaꝫ q̄ntuꝫ ad volūtatem dādi. cum dicit. QVIA volūtarij fuerūt.] Exo. 25. Ab omni q vltroneus offert. In h̄ aūt fuerūt voluntarij: q2 rogauerunt nos CVM multa exhortatiōe obsecrātes] .i. rogantes. q. d. Nō solū rogauerūt: sed ēt p rationes nos iduxerūt vt HABEANT gr̄aꝫ ꝛ cōicatiōem ministerij ꝛc̄.] .i. vt liceret eis dare sua paupibus sanctis q sunt in hierl'm: nō reputantes se facere gr̄aꝫ nobis: sed ꝙ eis gr̄a fiat. Heb. vltꝰ. Beneficētie aūt ꝛ cōmunionis ꝛc̄. Cōmēdat ēt eoꝝ liberalitatem q̄ntuꝫ ad ordinē dandi: q2 nō soluꝫ sua dederūt: ſ3 p̄mo seipsos: q2 talis dꝫ eē ordo in dādo: vt p̄mo hō sit acceptꝰ deo. Gen̄. 4. Respexit dn̄s ad Abel. s. p̄: ꝛ ad munera eiꝰ cōsequenter. Eccl. 30. Miserere aīe tue ꝛc̄. Et ideo dicit. NON sicut sperauimus.] q. d. Uere volūtarij fuerunt: q2 nō sicut sperauimus .i. nō ea intētione qua putabamus: vt. s. darēt p culpis redimēdis: SED semetipsos dederūt p̄mū dn̄o] emēdādo vitā suā: ꝛ DEINDE nobis] obediēdo p oia per volūtateꝫ dei q̄ est vt subdāť hoīes vicarijs suis. Heb. vlt. Obedite ꝑpositis vr̄is ꝛc̄. ¶ Glosa dicit ꝙ nō al'r erat ab eis recipiēdum: nisi. s. prius seipsos dedissent deo. ğ videť ꝙ nō sint recipiēde elemosyne a pctōribus. ¶ S3 dōm est ꝙ nō ē ab eis recipiēduꝫ quādo dant ea intētione vt foueanť in peccatis. Sic ğ posito exēplo macedonū: ostēdit se cōsequēter pmotum eē hoc exēplo. cum dicit. ITA VT rogaremus Titum.] q. d. Intātū nos pmoti fuimus h̄ exemplo de liberalitate macedonuꝫ: vt. s. ROGAREMVS Titū:] vt ēt vos sitis pticipes istiꝰ gr̄e: vt. s. Titꝰ quēadmodū cepit vos monē ad bn̄faciēdū postq̄ vidit vos correctos ꝛ iducere vos ad cōuersionē: ita pficiat i vobis: ꝛ sp̄ual'r gr̄aꝫ istam de largitiōe elemosynaꝝ: vt non desit vobis. Phil. 2. Qui cepit in vobis ꝛc̄.

¶ Cōsequēter amonet eos vt h̄ exēplo ipsi iducanť. cū dicit. SED sicut in oibꝰ ꝛc̄.] Ubi duo dicit. Primo monet vt ipsi exēplo Macedonū sint prōpti ad elemosynas faciēdum. Scđo q̄ndaꝫ suspitionē aufert ibi. ET NON q̄si imperans dico ꝛc̄.] Dicit ğ. SED sicut in oibus ꝛc̄.] q. d. Sicut vos superatis macedones in oibꝰ alijs gratijs. ita debetis eos supare. ēt in ista. s. elemosynis faciēdis. Et h̄ est qđ dicit. Sicut in oibꝰ alijs abūdatis. Et p̄mo in his que pertinēt ad intellectū: ꝛ q̄ntū ad hoc dicit. IN FIDE] qua crediť. ET SERMONE] q̄ confitemur. Ro. 10. Corde crediť ad iustitiā: q̄ntuꝫ ad fidē. ore aūt ꝯfessio fit ad salutē. quātū ad ſmoneꝫ. IN SCIENTIA] scripturaꝝ. p̄ꝰ Coꝝ. p̄. In oibꝰ diuites facti estis ꝛc̄. Scđo in his que pertinēt ad opus. ꝛ q̄ntum ad h̄ dicit. ET IN oi sollicitudie] .s. bn̄ operādi. Ro.

12.Sollicitudie nõ pigri.Tertio in his que ptinẽt ad affectũ.⁊ q̃tũ ad h̃ dicit.IN CHARITATE vẽa ĩ spi/ rituali habita IN NOS ĩ supabũdatis.Col.4. Super oĩa charitatẽ hñtes ⁊c̃.Sicut inq̃ in oĩb⁹ istis abũda/ tis:ita.ſ.rogaui Titũ:VT IN hoc gr̃a ĩ.ſ.elemosynaruʒ ABVNDETIS.ĩ Et q̃a posset haberi suspitio q̃ q̃si ex imperio mãdaret:vt darẽt elemosynas.Cõtra qḋ est qḋ dĩ Ezech 34.Uos aũt cũ austeritate ⁊c̃.Et iḋ cõtra re mouet dicẽs.NON q̃si imperãs dico.ĩ hoc est q̃ roga ui Titũ vel q̃ egoipse h̃ dico vobis.nõ feci q̃si impe rãs.p⁹ Pe.vlt.Nõ vt dñantes in cleris. Sʒ dico hoc cõprobans.i.volẽs cõprobare PER alioꝝ sollicitudi nẽ ĩ.ſ.Macedonũ VESTRE charitatis igeniuʒ ĩ.Ubi sciendũ est q̃ igenium bonũ sumit̃ nõ solũ ꝑ aptitudi nẽ ad sciẽdũ facil̃r:sed ẽt ad bene operãdũ. Cui⁹ ratio est q̃a ad hoc q̃ aliq̃s bene operet̃ exigit̃ scia dirigẽs. Et ideo sicut in adiscẽdo dicit̃ boni igenij eẽ qui cito capit verba magistri:ita in operando boni ingenij dĩ qui exemplo alioꝝ cito mouet̃ ad bene operandũ.Et ideo dicit Aplus.COMPROBANS ĩ.i.ꝓbare volẽs BONVM ingenium vestrũ ĩ.i.q̃ ꝓmptam voluntatẽ habeatis ad dandum moti exemplo macedonum.p⁹ Coꝛ.4.Non vt confundam vos hec scribo.

Ro.10. ¶ Nostis.n.beneficẽtiã dñi nostri Jesu Christi: qḋ ꝓꝑ vos pauper factus sit:cum esset diues:vt vos illius paupertate ditescceretis Et ꝯsiliũ in hoc do:nã hoc vobis ꝯducit:qui qdẽ nõ solũ facere: verũetiam velle iam cepistis anno supiore. Nũc autem ⁊ illud:qḋ facere cepistis:perficite:vt quẽ admoduʒ volũtas prompta fuit:ita ⁊ perficiatis ex eo quod potestis.Etenim si prius adsit animi promptitudo:ea iuxta qcqd illud est:qḋ possidet aliquis:accepta est:nõ iuxta id:qḋ non possidet. Nõ.n vt alijs relaxatio sit:vobis autẽ angustia: s̃ vt ex equalitate in presenti tẽpore vestra copia illoruʒ succurrat inopie:⁊ illoꝝ copia vr̃e succur/ rat inopie:vt fiat equalitas:quẽadmodũ scriptũ

Ro.16. est.ꝉ Qui multũ habebat:huic nihil superfuit:⁊ qui paulum habebat:is nihilominus habuit.

¶ Scitis.n.gr̃am dñi nostri Jesu Christi. q̃m ꝓpter vos egenus factus est cum esset diues:vt illius inopia vos diuites essetis. Et ꝯsiliuʒ in hoc do.Hoc enim vobis vti/ le est.qui nõ solum facere sed ⁊ velle cepi/ stis ab anno priore. Nũc vo⁊ facto perfi/ cite:vt quẽadmodum prõptus est aius vo luntatis:ita sit ⁊ ꝑficiẽdi ex eo qḋ habetis. Si.n. volũtas prõpta est ſm id qḋ hʒ acce pta est nõ ſm id qḋ nõ hʒ. Nõ.n. vt alijs sit remissio/vobis aũt tribulatio:sed ex eq̃lita te in p̃nti t̃pe vestra abũdãtia illoꝝ inopiã suppleat.vt ⁊ illoꝝ abundantia vr̃e inopie sit supplementũ:vt fiat equalitas sicut scri ptum est.Qui multum non abundauit:⁊ q modicum non minorauit. Lec. II.

Hic inducit Corinthios ad dãdũ elemosynas exẽplo Chñi dicẽs.Uolo compro bare ingeniũ vestrũ bonuʒ ad dandũ.ſ.pauperibus:⁊ hoc facere debetis exẽplo Chñi.enĩʒ.i.q̃a SCITIS gra tiã dñi nostri Jesu Chñi ĩ quã qdẽ humano generi ꝯtu lit.Jo.p̃ Gr̃a ⁊ veritas ꝑ Jesuʒ Chñm ⁊c̃.Et hec dĩ gra tia:q̃a qcqd filius dei penalitatũ nostraꝝ assumpsit: to tũ gr̃e est imputãdũ:q̃a nec ꝓuẽtus alicuius bonitate: nec alicuius virtute coactus:nec iductus sua necessita te.Est aũt gr̃a ista q̃uo PROPTER nos egenus factus est.ĩ Et dicit EGENVS ĩ qḋ plus est q̃ paup. Nã EGE/ NVS ĩ dĩ ille q nõ solũ parũ hʒ:sed q indiget seu eget. Pauper v̾o ille qui parũ hʒ.Ad significãduʒ q̃ maio/ rẽ paupertatẽ dĩ egenus factus est.ſ.in temporalibus. Luc.9.Filius hoĩs nõ hʒ ⁊c̃.Treñ.3.Recordare pau/ pertatis ⁊c̃.Est aũt factus egenus nõ ex necessitate:sʒ ex volũtate.q̃a gr̃a illa iã nõ eẽt gr̃a.Et iḋ dicit.CVM diues eẽt ĩ.ſ.in bonis spũalib⁹.Ro.10.Jdeʒ de⁹ diues in oẽs ⁊c̃.Prouer.8.Mecũ sunt diuitie ⁊c̃.Dicit autẽ esset nõ fuisset.ne videret̃ Chñs amisisse diuitias spi/ rituales cũ assumpsit paupertatẽ.Sic eni assumpsit hãc paupertatẽ q̃ illas inestimabiles diuitias non amisit. Ps.Simul in vnũ diues ⁊ pauper. Diues in spũalib⁹: pauper in tẽporalib⁹.Cãʒ aũt q̃re voluit fieri egenus subdit cũ dic.VT ILLIVS inopia diuites essem⁹ ĩ.i.vt illius paupertate in tẽporalib⁹ vos essetis diuites in spi rituali⁹.Et hoc est ꝓꝑ duo.ſ.ꝓpter exẽplũ ⁊ ꝓpter sa cramẽtũ.Propter exẽplũ qdẽ:q̃a si Chñs dilexit pau/ pertatẽ ⁊ nos exẽplo suo debemus diligere eã. Diligẽ do autem paupertatem in tẽporalibus efficimur diui/ tes in spũalibus.Jaco.2.Nõne deus elegit pauperes in mũdo:diuites in fide ⁊c̃.Et ideo dicit.VT ILLIVS inopia ⁊c̃.ĩ Propter sacramentũ aũt q̃a oĩa que Chñs egit vel sustinuit fuit ꝓꝑ nos.Uñ sicut ꝑ h̃ q̃ sustinuit morteʒ liberati sumus a morte eterna ⁊ restituti vite: ita ꝑ hoc q̃ sustinuit inopiã in tẽporalib⁹ liberati su/ mus ab inopia in spũalibus ⁊ facti diuites in spũali/ bus.p⁹ Coꝛ.p̃.Diuites facti estis in illo in oĩ scia ⁊c̃.

¶ Cõsequẽter cum dicit.CONSILIVM in hoc do ⁊c̃.ĩ Inducit eos ad dãduʒ ex parte eoꝝ.Et circa hoc duo facit.Primo ponit ipsoꝝ vtilitatẽ que ex hoc ꝓuenit. Secũdo ostẽdit q̃ hoc etiam ab ipsis volitum est.i.vt darent elemosynas ibi.QVI nõ solum ⁊c̃.ĩ Dicit ergo cõsiderans hoc beneficiuʒ CONSILIVM vobis do.ĩ idest hortor vos ad hoc.ſ.ad dãdum elemosynas.ſ.nõ solũ ꝓpter vtilitatem sanctoꝝ qui sunt in hierusaleʒ: sed ⁊ ꝓpter vtilitatẽ vestram.Prouer.27.Boni ami/ ci ꝯsilijs anima dulcoratur ⁊c̃.ET HOC:ĩ q̃a VTILE est vobis.ĩ Bonũ enim pietatis plus est vtile facienti q̃ illi cui fit:q̃a faciens reportat inde cõmodũ spũale. recipiẽs v̾o tẽporale.p⁹ Thi.4.Pietas ad oĩa valet. Hoc autẽ nõ solum est eis vtile:sed etiam ipsi hoc vo luerũt.Et ideo dicit.QVI non solũ ⁊c̃.ĩ Ubi tria facit. Primo cõmemorat bonũ ꝓncipiuʒ in eis.Scḋo hor/ tatur eos ad debitum finẽ ibi.NVNC v̾o ⁊ facto ⁊c̃.ĩ Tertio exponit qḋdam qḋ dixerat ibi.SI ENIM volũ tas ⁊c̃.ĩ Dicit ergo.Uere debetis libenter dare elemo synas:q̃a nõ solum est vobis vtile:sed etiam hoc ipsuʒ velle sponte cepistis.ſ.dare elemosynas A PRIORI anno ĩ quo.ſ.veni ad vos.Uel A PRIORI anno ĩ.i.ꝓ/ cedenti.q.d.Plus est velle q̃ facere iuxta illud Eccl. 18.Uerbũ melius est q̃ datuʒ ⁊c̃.Et ideo debetis esse prompti ad danduʒ.Et q̃a estis prompti ad dandum: ideo nũc quod habuistis in aĩo ꝑficite facto. alioquin illa voluntas eẽt frustra.p⁹ Jo.4.Nõ diligamus v̾bo neq; lingua ⁊c̃.Phil.p̃.Qui cepit in vobis ⁊c̃.Et hui⁹ ratio est VT QVEMADMODVM prõptus est ani/ mus volũtatis ĩ.i.discretio voluntatis ſm Glo.prom/ pta est:

Egen⁹ paup in q̃ differãt.

pta est:

pta est: ita sit prōpta discretio perficiendi. Uel aliter vt aius sumat p volūtate. Et sic dicit. Queādmodus prōpti fuistis ad volēdū ita prōpti ad pficiēdū. ET HOC ex eo qd habetis .i. sm facultatē vestram.

¶ Cōsequēter exponit h qd dicit. Ex eo qd habetis dicēs. SI ENIM ⁊c. q.d. Dico q debetis eē prompti ad dādū ⁊ in h nō itēdo vos grauare: vt. s. detis supra facultates vras: ga forte volūtas prompta ad hoc iducit vos: sz in h opus nō pōt imitari volūtatē. Et iō dicit. EX EO qd hētis. Eni p ga/SI VOLVNTAS promta est sm id qd hz accepta ē. Et hui⁹ rō est: ga voluntas acceptat in pfectiōe opōnis: op⁹ aūt nō pficit nisi ex eo qd hī. Et ideo dicit sm qd hz accepta ē. Tob. 4. Si multū tibi fuerit abundanter tribue ⁊c.

¶ Cōsequēter cū dic. NON .n. vt alijs ⁊c. Remouet suspitionē quādā. Possent .n. dicere isti. Si damus elemosynas paupib⁹ sanctis q sunt in hierlm ipsi ociosi viuēt ⁊ nos dāna patiemur ⁊ sic efficiemur miseri. Jō Aplus p hāc suspitionez excludit. 2° suam intētionem manifestat. 3° hoc cōfirmat p auctoritatē ⁊ remouet suspitionē cū dicit. NON eni vt alijs ⁊c. q.d. NON eni ita moneo vos elemosynas dare: VT ALIIS sit refrigeriū .i. vt ociose viuerent de elemosynis vris. VOBIS aūt sit tribulatio .i. paupertas: ga vos affligimini. Sed nūqd peccāt illi qui dant oīa alijs ⁊ ipsi postea paupertate affligunt. Et videt q sic p h. verba Apli. Rñdeo dōm est sm Glo. q meli⁹ eēt totū dare pauperib⁹ ⁊ affligi p Chro. Illd aūt qd dicit: hec cōdescēdo fecit erga infirmos erāt ⁊ forte deficerēt si egestate premerentur.

¶ Intētionē suā manifestat. cū dicit. SED ex equalitate ⁊c. q.d. Nō intendo tribulationē vestram: sed quādam equalitatem. vt. s. vestra abūdātia ⁊c. Qd pōt exponi tripl'r. Primo de equalitate quātitatis. Secūdo de equalitate proportionis. Tertio de equalitate volūtatis. De equalitate quātitatis: ga isti. s. corinthij abundabāt in temporalibus ⁊ deficiebāt in spūalibus. Sancti hō qui erant in hierusalē abundabāt in spūalibus ⁊ deficiebant in tēporalibus. Uult q vt fiat inter eos equalitas quātitatis: vt. s. illi qui abūdant in tēporalibus dent medietatē oīum illis qui deficiūt in eis. ⁊ isti dent medietatez spūaliū eis: vt sic sint equal'r diuites. Et ideo h potius dicit. vt. s. ex eqlitate quātitatis .i. dimidia parte bonoꝝ vestroꝝ in pñti tēpore qd breue est VESTRA abūdantia .i. terrenoꝝ SVPPLEAT illorum inopiā .i. qui deseruerūt omnia mūdi. ⁊ vt illorum abūdantia. s. in spūalib⁹ sit supplemētū vestre inopie in spūalibus. i. vt sitis participes vite eterne. Luc. 16. Facite vobis amicos ⁊c. Eccl. 14. In diuisione sortis da ⁊ accipe. da tēporalia ⁊ accipe spūalia. De equalitate autē pportionis exponit sic ⁊ melius. Uos Corinthij habetis abūdātiaz tēporaliū. sancti q sunt i hierlm abūdātiā spūaliū. Uolo g ex qdaz equalitate: nō que sit sm qtitatē: sed sm pportionē: vt. s. sicut illi sustētant elemosynis vris: ita vos ditemini hcibus illorū apud deū. Sicut eni illi nō ita ditant de bonis vestris tēporalibus: sicut vos estis diuites. ita nec vos bonis illoꝝ spūalibus ditemini sicut illi. Et iō dicit. SED EX eqlitate .i. pdicta VESTRA abūdātia terrenoꝝ illoꝝ. s. sanctoꝝ inopiā .i. in temporalibus SVPPLEAT: .i. vt ⁊ illorum abundātia in spūalibus ⁊c. p° Coꝛ. 9. Si nos vobis spūalia seminauimus ⁊c. De equalitate aūt voluntatis exponit sic. Sed ex eqlitate ⁊c. i. volo q sit i vobis eqlitas volūtatis: vt. s. sicut illi hñt volūtatē cōicādi vobis ea in quibus abundāt: ita vos habeatis volūtatem cōicandi illis ea in quibus abundatis.

¶ Cōsequēter ɔfirmat h per auctoritatē. Uñ dicit. SICVT scriptū est .i. s. Exo. 16. QVI multū .i. s. collegerat de māna .i. q ampli⁹ habuit q̄s gomor NON abūdauit .i. idest nō habuit vltra sufficiētiā suā. ET QVI modicū nō minorauit .i. nō defecit: ga oēs equal'r abūdabāt. vt dicit Exo. 16. Et sic nec qui plus collegerat plus habuit: nec qui minus parauerat reperit minus.

¶ Gratia aūt deo: qui dedit eādez solicitudinez p vobis in corde Titi: qui exhortationē acceperit: quin potius cum eēt diligētior: suapte sponte ad vos venerit. Misimus aūt vna cū illo fratrē cū: cuius laus est in euāgelio p oēs ecclesias: nec id solū: verūetiam delectus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre: cū hac bñficētia: que administrat a nobis ad eiusdez dñi gloriā: ⁊ animi vestri prōptitudinē: declinātes hoc: ne quis nos carpat in hac exuberātia: que administrat a nobis: pcurantes honesta: nō tātū coram dño: sz etiaz coram hoibus. Misimus autē vna cuz illis fratrē nostrū: quem pbaueramus in multis sepe numero diligentē: nunc aūt multo diligētiorem: ob multā fiduciā: quā habeo erga vos: siue Titi nomine qui socius me⁹ est: ⁊ erga vos adiutor: siue aliorum: qui fratres nostri sunt: ⁊ legati ecclesiarum: gloria Christi. Proinde documētū charitatis vestre ⁊ nostre de vobis gliatiōis: in eos demōstretis: etiā in conspectu ecclesiarum. Roñ. 12.

¶ Gratias autem deo qui dedit eandē sollicitudinē pro vobis in corde Titi quoniā exhortationez quidem suscepit: sed cū sollicitior eēt sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cuz illo fratrem nostrum: cuius laus est in euangelio per oēs ecclesias. Nō solum autē: sed ⁊ ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre in hanc grāz que ministrat a nobis ad dñi gliam ⁊ destinatā voluntatē nostram. Deuitātes hoc ne qs nos vituperet in hac plenitudīe que ministratur a nobis in dñi gliam. Prouidemus .n. bona nō soluz coram deo: sed etiā coraz hoibus. Misimus autē cum illis fratrem nostrum quē pbauimus in multis sepe sollicitū esse: nunc autē multo sollicitiorē: cōfidentia multa in vos siue pro Tito qui est socius meus: ⁊ in vobis adiutor: siue fratres nostri Apli ecclesiaꝝ glie Chri. Ostēsionē ergo que est charitatis vestre ⁊ nostre glie p vobis in illos ostēdite in faciē ecclīarū. Lec. III.

Postq̄ tractauit de collectis dandis h ɔsequēter tractat de ministris per quos collecte fiant. Et circa hoc duo facit. Primo nominat eos. Secūdo recōmendat eos corinthijs ibi. OSTENSIONEM ergo que est ⁊c. Circa primū tria facit. Primo eni nominat Titū. Scdo Barnabam ibi. MISIMVS autē cum illis fratrem ⁊c. Tertio Apollo ibi. MISI-

MVS autē cum illis 7c.] Circa Titum duo cōmēdat.s. eius sollicitudinē 7 sollicitudis signū ibi. QVONIAM exhortationē 7c.] Dicit ergo primo. Dixi supra q rogaui Titum vt perficeret gratiam istam de elemosynis colligendis: quod iminet sollicitudini mee: ex ordinatione Aplo2. de quo inueni etiā ipsum sollicitū. Et iō AGO GRATIAS deo. qui dedit eādem sollicitudinem] quam ego habeo PRO vobis] exhortandis 7 pmouendis ad opa mie IN CORDE Titi:] qa ipse ēt sollicitus est: sicut 7 ego vt pficiat in vobis hanc gram. Heb.6. Cupimus vnūquēqz vestrū eādē ostētare sollicitudinem 7c. Ro.12. Qui preest in sollicitudine. Signū aūt hui9 sollicitudinis est: qa q̄n rogaui eū ipse cōsensit exhortationi mee. Et ideo dicit. QVONIAM exhortationē qdē suscepit.] Et qa pfectus est qō petij. Un̄ dic̄. Sz cū sollicitior esset sua voluntate q̄ȝ mea exhortatione: profectus est ad vos: qui tamen primo recusabat venire pp peccata vestra. Ro.12. Sollicitudine non pigri.

¶ Consequenter cū dic̄. MISIMVS aūt 7c.] Tractat de scdo ministro. Et circa hoc duo fac̄. Primo cōmēdat ipm. Scdo subdit rōnē quare mittit tā solēnes nūtios ibi. DEVITANTES 7c.] Frater iste sm quosdam est Lucas. vel sm alios Barnabas. quē qdē cōmēdat ex tribus.s. ex fama: QVIA laus eius] s. Luce EST IN euāgelio ab eo scripto p oēs ecclias:] qa est approbatum p Aplos. Uel CVIVS laus] s. Barnabe EST IN euāgelio] pdicato ab ipso PER oēs ecclias:] qa iudeis 7 gentib9. Un̄ di de Barnaba. Act.10. q erat vir bonus plenus fide 7 spūsancto. Itē cōmēdat ipsum ex societate sua: qa nō solū est famosus: SED ordinatus est ab ecclesijs iudee comes peregrinationis mee] i. pdicationis mee: q̄ vt peregrini mūdū circuimus. Supra.5. Quādiu sumus in corpe peregrinamur a deo 7c. Et hoc est verū de Luca: quia ipse fuit vnus de.72. discipulis 7 socius Pauli. De Barnaba similr: qa p spūmscm̄. di Act.13. Segregate mihi Barnabā 7 Paulū in opus 7c. Et fact9 ē comes IN HANC grām] s. collectiōis elemosynarum. Uel IN HANC grām] s. pdicatiōis: de qua di Ephe.3. Mihi aūt oium scō2 minimo 7c. Itē cōmēdat eum ex officio: qa ē minister grē QVE ministrat a nobis.] p9. Cor.4. Sic nos existimet hō. supra.3. Qui 7 idoneos nos 7c. MINISTRATVR aūt grā ista ad dn̄i gloriam:] vt.s. dn̄s noster glificet .s. de elemosynis factis de conuersiōe Aplo2 pdicatiōis nostre: qa vt di Prou.14. In multitudie ppli 7c. Itē mistrat vt volūtas nr̄a impleat: qa nos hoc volumus fieri. Et iō dic̄. ET VOLVNTATEM nr̄am destinatā] i. pdestinatā a deo q pdestinauit ab eterno nos talem volūtatem habere.

¶ Cōsequēter cū dicit. DEVITANTES 7c.] Assignat cām: q̄re mittat tā solēnes nūtios. Et p hui9 rōnem assignat. Scdo probat ibi. PROVIDEMVS ē 7c.] Dicit ergo. Cā q̄re tā solēnes nūtios mittimus ē ista: vt sciatis negociū huius mūdi inesse cordi nr̄o. Et ideo dicit. DEVITANTES hoc .s. ne qs 7c.] q.d. vt vitemus vituperiū qō posset mihi impingi ab aliqb9 vel negligentie. si nō mitterem strēnuos. Uel fraudis: si non mitterem securos. Et isti strēnui erant 7 prompti 7 securi: qa dati ab ecclesijs: 7 electi per spūmscm̄. supra.6. Nemini dantes vllam offensionē 7c. Dicit autē IN HAC plenitudine] s. elemosyna2 vel 2uersiōis gētium. i. Pe.4. Unusqsqz sicut accepit grām in alterutrū 7c. Et hoc probat dicens. PROVIDEMVS eni 7c.] q.d. Bn̄ dico deuitantes: QVIA puidemus] i. prouidere debem9 bona. i. vt opera nostra bona sint non solū coram deo vt ei placeamus: sed ēt corā hominibus: vt.s. eis bona videantur. Et hoc facit sollicite pcurando 7 bonos imitando. Ro.12. Adherentes bono 7c.

¶ Cōsequēter cū dic̄. MISIMVS autē cū illis 7 fratrem nostrū 7c.] Tractat de tertio nuntio. s. de Apollo. Ubi duo facit. Primo cōmēdat eū de sollicitudie cum dicit. QVEM] s. Apollo PROBAVIMVS sepe sollicitū] scz de salute vestra. NVNC aūt multo sollicitiorē.] Nam sicut supra apps Apollo fuit primus q post Aplm pdicauit apd corīthū. p9 Cor.3. Ego plātaui Apollo rigauit. Hic autē turbat9 de pctō ipso2 recessit 7 sollicitudinē quā añ p ipsis hēbat postposuit. Nūc aūt audita 2uersiōe co2 factus est de salute ipsorum sollicitior q̄ȝ antea esset. Eph.4. Solliciti seruare vnitatē spūs 7c. Ro.12. Qui pest in sollicitudie 7c. Scdo subdit cām sollicitudis quā assumpsit. qa Apollo 2fidit de vobis: ex his q̄ Titus dic̄ de vobis cōmēdās vos. Unde dic̄. MVLTA 2fidētia i vobis. siue p Tito q ē soci9 me9.] 7 qa libēter venit i societatē Titus Luce seu Barnabe: 7 qa ad hoc iduct9 fuit ab Aplis eccliarū q̄ sūt in iudea. Et iō dicit. SIVE fratres nr̄i Apli eccliarū iudee:] scz iduxerūt eū ad sollicitudinē hēdā p vobis. que gādes ecclie SVNT glorie Chri] i. ad gliam Christi.

¶ Cōsequenter cū dicit. OSTENSIONEM ḡ q̄ ē 7c.] Recōmēdat istos nūtios Corinthijs dicens. Quia tales misimus ad vos ḡ ostēsionē 7c. i. ostendatis opere q charitatē habetis ad eos 7 q vere cōmēdaui vos 7 q ego vere gloriatus sim de vobis in facie ecclesiarū ad quas perueni 7 quibus pdicaui. Uel IN FACIEM omnium ecclesiarum:] quia quod facitis eis innotescet omnibus ecclesijs.

Cap. IX.

Nam de subministratione qdem: q̄ fiat in sanctos: superuacuum est mihi scribere vobis. Noui enim promptitudinem animi vestri: quā de vobis iacto apud Macedones. Quod achaia parata est ab anno superiore: 7 vestrum exemplum prouocauit complures. Misi tamen hos fratres: ne glia nostra: qua glorior de vobis: inanis fiat in hac parte: vt quemadmodū dicebam: parati sitis: ne quo pacto fiat: vt si mihi venerint Macedones: 7 offenderint vos imparatos: nos pudore suffundamur: vt ne dicam vos: in hoc argumento gloriationis. Proinde necessarium arbitratus sum: adhortari fratres: vt primo accederent ad vos: 7 prepararent iam ante pmissam bonam collationem vestram: vt ea sit in promptu: sic: tāq̄ȝ bona collatio: 7 nō tāq̄ȝ fraudatio. Illud aūt dico. Qui parce seminat: parce 7 metet: [?] Qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. — mentē facit parce: is parce messurus est. Et q sementem facit libēter: ac benigne largiēdo: copiose messurus est. Unusqsqz sm ppositū cordis: nō ex molestia: aut ex necessitate. † Nam hilarem datorem diligit deus. Eccl.35.

Nam de ministerio qō fit in sanctos ex abūdanti est mihi scribere vobis. Scio.n. promptum aium vestrum p quo de vobis glorior apud Macedones: qm̄ 7 Achaia parata est ab anno preterito: 7 vestra emulatio prouocauit plurimos. Misimus autē fratres

vt ne

vt ne qd̃ gloriamur de vobis euacuetur in hac pte: vt quēadmodū dixi parati sitis ne cū venerint macedones mecū ⁊ inuenerint vos iparatos: erubescamus nos ⁊ nō dicamus vos i hac substātia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt preueniant ad vos ⁊ pparent repromissaꝫ bn̄dictionem hanc paratā esse si quasi benedictioné non quasi auaritiaꝫ. Hoc autē dico. Qui parce seminat: parce ⁊ metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionib⁹ ⁊ metet. Vnusqsqꝫ ꝑut destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Hylarem enim datorem diligit deus.

SVpra Apl's iducit corinthios ad dādū elynas sanctis qui sunt in hierl'm: hic ꝯo iducit eos ꝗtū ad modū dādi: vt.s. hylariter ⁊ abūdanter dent. Vn̄ ad h̄ ꝙ bn̄ darent misit tam solēnes nūcios. Circa h̄ aūt duo facit. Prio excludit opinatā cāꝫ de missione nūcioꝝ. Scdo ꝯo astruit verā ibi. MISIMVS aūt frēs ⁊c̄.] Circa p̄ᵐ tria facit. Prio excludit suspitioné. z° ad h̄ cāꝫ assignat. ibi. SCIO.n. ꝓmptū ⁊c̄.] 3° cāꝫ ꝓbat. ibi. PRO quo de vobis ⁊c̄.] Quātū ad p̄ᵐ: ꝗa posset aliqs dicere Aplo: tu mones nos ꝙ bn̄ recipiamus nūcios quos mittis. Sꝫ q̄re nō potī⁹ mones ꝙ bn̄ largiamur elynas. Et iō h̄ remouēs dicit. Nō ē necūm ꝙ h̄ monea͂. NAM] .i. ꝗa DE MINISTERIO qd̄ fit in sctōs ex abūdanti est] .i. suꝑfluū ē. MIHI scribere vobis.] Et hu⁹ cā ē ꝗa SCIO ꝓmptū aiuꝫ vr̄m] ad subueniēdūꝫ eis. ps. Paratū cor meū de⁹ ⁊c̄. Qꝺ aūt sit ꝓmpt⁹ aius vester ꝓbo ex duob⁹. Prio ex gl'iatiōe nr̄a de vobis. Nā nisi scirē vos eē ꝓmptos ad hoc nō fuissēꝫ gloriat⁹ de vobis apud alios. Et iō dicit. PRO QVO] .s. pro ꝓmptitudine animi vr̄i supra .1. Glia nostra ⁊c̄. Et .ā. 7°. Multa mihi fiducia ⁊c̄. GLORIOR apō macedones.] de h̄.s. QVONIAM ⁊ achaya] in q̄ corinth⁹ metropolis ē. PARATA est ab anno p̄terito] ad largiēdū. z° ex effectu: ꝗa vos ꝓuocastis exemplo vr̄o multos ad h̄. Et ideo dicit. ET VESTRA emulatio] .i. amor ⁊ studiuꝫ imitandi vos ꝓuocauit plimos: ꝗa eniꝫ audierūt vos bn̄ correctos ꝑficere: ꝓuocātur plurimi .s. ad ꝑficiēdum. Prouer. 27°. Ferrum ferro acuit ⁊c̄. Gal. 4. Bonū autē emulamini ⁊c̄. p̄ᶜ Cor. 12. Emulamini carismata ⁊c̄.

ℭ Cōsequēter cū dicit. MISIMVS aūt frēs ⁊c̄.] Ponit verā cāꝫ q̄re miserit tā solēnes nūcios. Et p̄mo ponit in gn̄ali. z° in speciali. ibi. VT QVEMADMODVM dixi ⁊c̄.] Circa p̄ᵐ duo fac̄. Prio assignat verā cām dicens. Cā aūt q̄re istos misi est nō ꝙ credam vos nolle subuenire paupib⁹: sꝫ VT NE ꝙ gl'iamur d̄ vobis] .i. ne glia nr̄a quā habem⁹ de vobis euacuet̄ si .s. deficeretis. p̄ᶜ Cor. 9. Bonū ē mihi mori ⁊c̄. EVACVETVR] inq̄ IN HAC pte:] ꝗa bn̄ ꝯstat mihi ꝙ i alijs v̄tutib⁹ ⁊ bonis nō euacuabit gliā meā. Scdo cū dic̄. VT QVEMADMODVM ⁊c̄.] hortat̄ eos ad d̄bitū modū dandi. Et p̄mo hortat̄ vt dent ꝓmpte. Scdo vt dent abūdāter. ibi. NECESSARIVM ḡ ⁊c̄.] 3° vt dent hylariter. ibi. VNVSQVISQVE ꝓut destinauit ⁊c̄.] Circa p̄mū duo fac̄. Prio ponit modū dādi. z° rōnē assignat. ibi. NE CVM venero ⁊c̄.] Modus dādi est: vt .s. ꝓmpte det. ⁊ iō dic̄. Ideo misi missos VT SITIS parati] ad dādū quēadmodū dixi .s. exēplo macedonū. Mt. 25. Que parate erāt ⁊c̄. Prou. 3°. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi ⁊c̄. Rō autē hu⁹ ē. NE CVM venerint mecū] .s. ad vos MACEDONES ⁊ inuenerint vos iparatos erubescamus nos] q.d. Vobis erit ꝯfusio si ꝓmisistis ⁊ nō soluistis. Sꝫ esto ꝙ iustineatis ⁊ nō curetis de ꝯfusione vr̄a: adminus caueatis erubescētie nostre qui dixim⁹ vos eē paratos.

ℭ Consequēter cū dicit. NECESSARIVM ḡ ⁊c̄.] Hortat̄ eos ꝙ dent abūdāter. Et circa h̄ duo facit. Primo ponit āmonitioné. z° āmonitionis rōnēꝫ assignat. ibi. HOC aūt dico ⁊c̄.] Dic̄ ḡ. Ne ḡ euac̄ glia nr̄a ⁊ vos nō erubescat. NECESSARIVM existimaui rogare frēs] scꝫ Lucā Titum ⁊ Apollo VT PERVENIANT ad vos vt pparēt repromissaꝫ bn̄dictioné hāc] .i. elynā q̄ dr̄ bn̄dictio: ꝗa ē cā eterne bn̄dictionis. Nā ꝑ actioné dādi hō bn̄dicit̄ a deo. ps. Hic accipiet bn̄dictionēꝫ a dn̄o ⁊c̄. Et ab hoib⁹. Eccl. 13. Splendidū i panib⁹ ⁊c̄. Prouer. 22. Qui ꝓnus ē ad mīaꝫ ⁊c̄. Et dic̄ hāc bn̄dictioné paratā eē. QVASI bn̄dictioné] .i. abundanter ⁊ nō q̄si auaritiā .i. parce. Rō aūt q̄re debeāt abūdāter dare ē ꝗa EGO dico ꝙ q̄ parce seminat] .i. q̄ parū dat in mūdo isto. PARCE ⁊ metet] .i. pauꝝ recipiet in alio seculo. Et dic̄ seminat: ꝗa semina nr̄a sunt q̄cq̄d boni fecerim⁹. Et itēꝝ: quia pauꝝ seminat̄ nō multū colligit̄. Gal. 5. Que seminauerit hō hec ⁊ metet: sꝫ mlt'plicata. ET QVI seminat in bn̄dictōib⁹] .i. abūdāter. METET ⁊ de bn̄dictionib⁹] .s. dei largā retributioné. Sꝫ nūq̄d nō metēt oēs abūdāter. Dōm ē sic: ꝗtū ad quātitatem p̄mij: ꝗa oēs affluēt ⁊ nullus ibi parce metet. Sꝫ dicit abūdāter q̄si ad ꝓportioné ⁊ bn̄ seminātiū. p̄ᶜ Cor. 15. Stella a stella differt. Abūdāter oēs ꝗtū ad premiuꝫ subale: sꝫ parce in cōpatiōe ad p̄miū accn̄tale in q̄ est sctōꝝ diu͂a. Supra. 8. Qui multū nō abūdauit ⁊ q̄ modicum nō minorauit. Exo. 16. Quia aliq̄n aliqs parce dat ⁊ cū magna charitate ⁊ abūdanter metet.

ℭ Cōsequēter cū dicit. VNVSQVISQVE .n. ⁊c̄.] Hortat̄ eos vt dent hylariter ⁊ gaudēter. Et circa h̄ duo facit. Prio .n. monet eos ad gaudēter dādū. Scdo rōnē assignat ibi. HYLAREM .n. datoré ⁊c̄.] Dic̄ ḡ. Dico ꝙ paretis illud qd̄ vultis dare q̄si bn̄dictioné .i. abūdāter ⁊ dignū bn̄dictiōe: nō q̄si auaritiā .i. nō parce. Et h̄ dicit: ꝗa illud qd̄ spōte fit nō pōt auare fieri. Et iō subdit. VNVSQVISQVE eniꝫ ⁊c̄.] q̄si nō auare: ꝗa vnusq̄sqꝫ .s. vr̄m det elynas ꝓut destinauit .s. p̄deliberauit i corde suo .s. secū ꝯferēs. NON ex tristitia aūt ⁊c̄.] q.d. Vnusquisqꝫ voluntarie det nō coacte. Ponit aūt duo opposita volūtario .s. tristitiā ⁊ nec̄citaté. Volūtariū .n. tollit̄ ꝑ violentū. est aūt duplex violentū .i. simplex ⁊ mixtū. Simplex q̄n absolute q̄s cogit̄ ad aliq̄d ꝯ voluntaté suā faciēdūꝫ. Ad remouēdūꝫ ḡ illud violentū dicit. NON ex nec̄citate] qd̄ fieret si darēt coacti mādato Apl'i. q.d. Nō cogat vos ad dādum mādatū nr̄m: sꝫ moueat vos ad hoc ꝓmpta volūtas vr̄a. Exo. 35. Ois volūtarius ⁊c̄. Violentū mixtū est q̄n q̄s nō absolute cogit̄ ad faciēdum aliq̄d ꝯ volūtaté suā: sꝫ s̄m q̄d .s. ꝙ nisi faciat icurrit mai⁹ dānū: sic̄ si nō ꝓiciant merces in mari nauis submergit̄. Et ideo aliq̄ mō fit sponte ⁊ aliquo mō violenter: inquātūꝫ .s. cogunt̄ timore maioris dāni. Vt ergo h̄ remoueat dixit. NON ex tristitia] idest nō ita ꝙ sit violentuꝫ mixtū. q.d. Non ex timore confusionis ne .s. erubescatis: sed ex gaudio quod concepistis ꝓpter amorem quem habetis ad sanctos. ps. Voluntarie sacrificabo tibi ⁊c̄.

ℭ Consequēter cū dicit. HYLAREM eniꝫ datorem ⁊c̄.] Rōnēꝫ assignat ⁊ est talis. Qis remunerator remunerat

Elyna dr̄ bn̄dictio: ꝗa est cā eterne bn̄dictionis.

Parce metet qui parce seminat sꝫ p̄miū accn̄tale nō autē essentiale.

Volūtario duo opponūt̄ tristitia ⁊ nec̄citas.
Violentū simplex ⁊ mixtū

rat ea q̄ sunt remuneratiōe digna: hec autē sunt solum act⁹ virtutū. in actib⁹ aūt virtutū duo sunt .s. spēs act⁹ ⁊ modus agēdi qui ē ex pte agētis. Unde nisi in actu virtutis vtrūqꝫ istoꝝ cōcurrat: nō dr̄ actus ille simplr̄ virtuosus: sicut nō dr̄ pfecte iustus ſm virtutē q opat̄ opa iustitie nisi delectabilr̄ ⁊ cū gaudio operet̄. Et lꝫ apud hoies q nō vident nisi ea q̄ parēt sufficiat q̄ qs opet̄ actū virtut̄ ſm ipsā spēꝫ act⁹: puta actū iustitie: tn̄ apud deū qui intuet̄ cor nō sufficit q̄ solum operet̄ actū virtutis ſm spēꝫ: nisi ēt ſm debitū modū operetur .s. delectabilr̄ ⁊ cū gaudio. Et ideo nō datorem tm̄: sed hylarē datorē diligit deus .i. approbat ⁊ remunerat ⁊ nō tristem ⁊ remurmurantē. ps. Seruite dn̄o in letitia. Eccl. 35. In omni dato hylarem ⁊c̄. Roma. 12°. Qui miseretur in hylaritate ⁊c̄.

¶ Potens est aūt deus efficere: vt totū beneficiū in vos exuberet: vt in oībus oēm sufficiētiā habentes exuberetis in omne opus bonū: quēadmodū scriptū est. † Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū. Porro qui suppeditat semē semināti: ⁊ panē in cibū suppeditet: ⁊ multiplicet sementē vestrā: ⁊ augeat prouent⁹ iustitie vestre: vt in oīb⁹ locupletemini in omnē simplicitatē: que per nos efficit: vt gratie agātur deo. Nam functio huius ministerij nō solū supplet ea que desunt sanctis: verūetiā exuberat in hoc qd̄ per multos agant̄ gratie deo: qui per pbationē ministerij huius glorificant deū: super obedientia cōsensus vestri in euāgeliū Christi: ⁊ de simplicitate cōicatiōis i ipsos: ⁊ in omnes: ⁊ in illoꝝ oratiōe pro vobis: qui desiderant vos ppter eminentē gratiā dei in vobis. Gratia aūt deo super inenarrabili suo munere.

Psal. iii.

¶ Sed notandum q̄ Glo. dicit istum raptū eē aliū a primo. Et si bene cōsideretur bis legitur aliquid de Apostolo ad quod possunt isti duo rapt' referri. Naz Act. 9. legitur de eo q̄ stetit tribus diebus non videns ꝛ nihil manducans neq3 bibens: ꝛ ad hoc pōt referri primus raptus: vt .s. tunc fuerit raptus vsq3 ad tertiū celum. Sed Act. 22. legitur q̄ factus est in templo in stupore mentis: ꝛ ad hoc refertur iste secūdus raptus. Sed hoc nō videt̄ verisimile: quia quādo in stupore mētis factus fuit: missus iam fuerat in carcerē Apl'us: sed hanc epistolaz scripsit Apostolus diu ante. vnde prius scripta fuit hec epistola: q̄ Apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicēdū ē q̄ differt iste raptus a p'rio quātum ad id quod raptus est. Nam in primo raptus est in tertiū celum. In scdo vō in paradisum dei. Si vō aliquis tertium celum acciperet corporaliter sm̄ primā acceptionē celoꝝ superius positam: vel si fue-rit visio imaginaria posset sil'r dicere paradisum cor-poralem vt diceretur. q̄ fuerit raptus in paradisum terrestrem: sed hoc est contra intētionē Augustini: sm̄ quē dicimus q̄ fuit raptus in tertiū celum .i. visionē intelligibiliū sm̄ q̄ in seipsis ꝛ in ꝓprijs naturis vi-dentur: vt supra dictū est. Unde sm̄ hoc oportet nos non aliud intelligere per celū: ꝛ aliud per paradisū: sed vnum ꝛ idē per vtrūq3 .s. gloriam sanctoꝝ: sed sm̄ aliud ꝛ aliud. Celum eniz dicit altitudinē quādaz cū claritate: paradisus vō quādam iocundam suauitatē. In sanctis aūt beatis ꝛ angelis deū videntibus sunt excellēter hec duo: qa ē in eis excellētissima claritas: qua deū vident: ꝛ summa suauitas: qua deo fruuntur. Et ideo dicuntur eē in celo quātum ad claritatem: ꝛ in paradiso quātum ad suauitatem. Esa. 66. Uidebitis ꝛ gaudebitis ꝛc̄. Fuit ergo vtrūq3 collatum Apostolo: vt .s. sublimaret̄ ad illam altissimā claritatē cognitio-nis. Et h̄ signat cū dicit. AD TERTIVM CELVM] ꝛ vt sentiret suauitatē diuine dulcedinis. Unde dicit. In paradisū. ps. Magna multitudo dulcedis tue ꝛc̄. Apoc. 2°. Uincenti dabo manna absconditū ꝛc̄. Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione. de qua Matth. 25. dicitur. Intra in gaudium domini tui. Sic ergo patet terminus raptus: quia in paradisum .i. in eā dulcedinez: qua indeficienter reficiuntur illi qui sunt in celesti Hierusalem.

¶ Sequit̄ ꝯsequēter ipsius raptus excellentia. QVIA AVDIVIT arcbana que nō licet homini loqui.] Et h̄ pōt dupl'r exponi. Uno modo vt ly homini cōstruat̄ cū licet ꝛ loqui: ꝛ sensus est. Audiuit arcbana v̄ba .s. ꝑcepit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per v̄ba: que .s. v̄ba nō est licitū vt homini dicantur. Alio modo vt ly homini ꝯstruat̄ solū cū non licet: ꝛ tunc ē sensus. AVDIVIT v̄ba ꝛc̄.] QVE] v̄ba NON LICET homini loqui.] hoī .s. ip̄fecto. Sciēdū autē q̄ sm̄ Augustinū Paulus est raptus ad videndū diuinā essentiā: que qdē non pōt videri per aliquā silitudinē creatā. Unde manifestum ē q̄ illud qd̄ Paulus vidit de essentia diuina nulla lingua humana pōt dici: alr̄ Deus nō esset incōprehēsibilis. Et iō sm̄ p̄mā expo-sitionē dicēdū ē. AVDIVIT] .i. ꝯsiderauit. ARCHANA VERBA] .i. magnificētiā diuinitatis: quā nullus HOMO pōt loqui.] Dicit aūt AVDIVIT] pro vidit: qa illa cōsideratio fuit sm̄ interiorē actum aīe in quo idē est auditus ꝛ visus: sm̄ q̄ dicit̄ Nume. 12. Ore ad os loquit̄ ei ꝛ palā ꝛc̄. Dicitur aūt illa consideratio visio inquātum deus videt̄ in hoc: ꝛ locutio inquātū homo in ipsa istruitur de diuinis. Et quia hmōi spiritua-lia non sunt pandenda simplicibus ꝛ impfectis s3 pfe-ctis. sm̄ qd̄ dicitur p̄me Corin. 2. Sapiētiaz loquimur inter perfectos. Ideo scdo modo exponitur q̄ secreta que ibi audiuit nō licet mihi loqui homini .i. imperfe-ctis: s3 spūalib' iter quos loqmur sapiaz. Prouer. 25°. Gloria dei est celare v̄bum .i. hoc ipsum q̄ necesse est clare magnalia dei ptinet ad gloriaz dei. ps. sm̄ trāsla-tionem Hieronymi. Tibi silet laus deus .i. q̄ incom-prehensibilis est verbis nostris.

¶ Deinde cū dicit. PRO hmōi gloriabor ꝛc̄.] Ondit quō se hz ad gl'iaz. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit se nō gloriari de hmōi reuelationib'. Scdo insinuat se hr̄e aliqd ꝑter illud vnde gloriari posset. ibi. NAM si vo-luero ꝛc̄.] Tertio assignat cām quare nō gloriatur de oībus. ibi. PARCO aūt ne qs ꝛc̄.] Circa p̄mū sciēdum est q̄ hoc qd̄ dicit. PRO hmōi aūt gloriabor ꝛc̄.] Potest dupl'r legi. Uno modo vt Apl's ostēdat se eē ipsiū pro quo gloriatur: vt .s. ipse sit qui vidit has visiones. Alio modo: vt ostendat q̄ alius sit qui vidit has visiones.

¶ Sciēdū est eniz q̄ in hoīe duo pñt ꝯsiderari. Uno

Ly hoī dupl'r expōit̄.

Hō pōt glo-riari de bono [illegible] a deo.

nam dei et humana conditio. Si ergo aliqs gloriat̃ in aliquo dono dei: vt a deo accepto illa est bona gloria: qa sic in dño gloriat̃: vt dictũ est supra.10. Sed si gloriat̃ de illo dono sicut a se habito: tunc mala est gloria hõ. p̃ Corin.4. Quid habes qõ non accepisti: Si autẽ accepisti qd gloriaris quasi non acceperis: Dicit ergo Aplus fm hoc. Pro hõ.i. visionibus et donis dei mihi collatis gloriabor. PRO ME]autẽ nõ.i. non gloriabor inde quasi a me acceperim: quia a deo habui. SED SI]pro me OPORTET gloriari] nihil gl'iabor NISI IN infirmitatib' meis].i. nõ habeo vnde possiz gloriari: nisi de infirma cõditione mea. Si autẽ exponatur vt ostẽdat aliũ esse qui vidit: et si ipse sic tunc ẽ sensus: vt quasi loquat̃ de quodaz alio dicẽs. PRO hõ gloriabor].i. p illo hoie qui hoc vidit: et qui hec dona recepit gloriabor: sz pro me quasi velim manifestare me eẽ talez nihil gloriabor: nisi in ifirmitatib' meis.i. de tribulationib' quas patior. Sed qa isti possent sibi dicere. O apostole nõ est mirũ si nõ gloriaris: qa non habes vnde glorieris. Ideo Aplus ostẽdit q etiã p̃ter illas visiones hz aliqd vnde possit gloriari dicẽs. Lz pro hõ hoie glorier et nõ pro me: tñ etiaz bene pro me possum gloriari. NAM SI voluero gloriari etc.]vl' pro hõ tribulationib': vel pro alijs mihi a deo collatis: vl' etiaz PRO INFIRMITATIBVS nõ ero insipiens].i. nõ insipienter agam. Et quare. VERITATEM enim dicã]de alijs: de qb' p̃ter dictas visiones gloriari possum. Dicit aũt. NON ero insipiẽs]qa gloriabat̃ de his que habebat. Quãdo enim gloriat̃ qs de his que non habet stulte gloriatur. Apoc.3°. Dicis quia diues sum et nullius egeo et nescis etc. Et qa gloriabat̃ ex cã sufficienti vt ex p̃dictis est manifestum.

¶ Consequẽter aũt cũ dicit. PARCO aũt etc.]Ostendit rõnez quare nõ gloriat̃ de oĩb' si põt gloriari. que qdẽ rõ est vt eis parcat. Unde dicit. PARCO aũt etc.] q.d. Possem de plurib' alijs gloriari: sz PARCO].i. parce glorior: vel parco vobis cõmẽdando me: nolens esse onerosus vobis. Nam talia mihi deus cõcessit que si sciretis reputaretis me multo maiorẽ: et hec sunt dona gratuita multa que habebat Apl's. Ex qb' hoies hui' mũdi ?sueuerũt plus cõmẽdare hoies et maiores eos reputare q̃z ex gratũ faciẽtib'. Et ideo dic̃. NOLO]ex gratuitis cõmẽdari. Et iõ parco.i. non glorior. Et q̃re: NE QVIS existimet me]cõmẽdare vl' gl'iari SVPRA id qõ videt etc.] Uel al'r. hõ dupl'r cognoscit̃ per conuersationẽ et doctrinã suã. Apl's aũt nolebat aliq̃ de se dicere: lz posset que excedebãt et vitaz et doctrinã suaz. Et iõ. PARCO autẽ ne qs existimet me] esse SVPRA id qõ videt]de cõuersatiõe mea exteriori. AVT audit aliqd ex me].i. ex doctrina p̃dicationis et exhortatiõis et instructionis mee: qa forte crederẽt euz eẽ vel imortalez vl' angeluz. Prouer.11. Uir prudẽs tacebit. Prouerb.29. Totũ spũz suũ p̃fert stult': sapiẽs differt etc. Uel dic̃. PARCO aũt etc.] Pro detractorib' .s. pseudo qui dicebãt eũ gloriari ex elatione et nõ ex causa: neqz de his que in ipso erãt. Et iõ dicit. PARCO aũt].i. parce glorior: ne qs pseudo existimet me excedere elationis spiritu. supra id.i. in aliquid qõ VIDET in me vel audit ex me].i. supra posse meritoriũ. ps. Dñe non est exaltatũ cor meũ etc. Eccl.3. Quãto magn' es etc.

¶ Et ne excellentia reuelationum supra modum efferrer: datus fuit mihi stimulus per carnem: nunci' sathane: vt me colaphis cederet: ne supra modũz efferrer. Sup hoc ter dñm rogaui: vt discederet a me: et dixit mihi. Suffic̃ tibi gr̃a mea: Deut.3.
nam virtus mea per infirmitatẽ p̃ficit̃. Libentissime igit̃ gloriabor potius sup ifirmitatib' meis: vt inhabitet in me virt' Chri. Quãobrẽ placeo mihi in infirmitatib': in cõtumelijs: in necessitatibus: in p̃sequutionib': in angustijs pro Chro. Cuz eniz infirmus sum: tunc robustus sum.

¶ Et ne magnitudo reuelationum extollat me: dat' est mihi stimulus carnis mee angelus sathane q me colaphizet. Propter qõ ter dñm rogaui: vt discederet a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficit̃. Libẽter igit̃ gloriabor in infirmitatib' meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Propter qõ placeo mihi in infirmitatibus meis: in contumelijs: in necessitatibus: in persecutionib': in angustijs pro Christo. Cuz.n. infirmor tunc potens sum.

Lec. III.

Hic agit de remedio adhibito contra superbiaz. Et circa hoc tria facit. Primo eniz ponit remediuz adhibitũ. Scdo manifestat suaz orationẽ de remedio remouendo.ibi. PROPTER qõ ter dñm etc.] Tertio insinuat dñi responsionẽ assignantis rationẽ de adhibito remedio.ibi. ET DIXIT mihi dñs etc.] Circa p̃m sciẽdum est q plerũqz sapiẽs medicus p̃curat et permittit superuenire infirmo minorẽ morbũ vt maiorem curet vel vitet: sicut vt curet spasmũ p̃curat febrẽ: hoc euidẽter in se beatus Apostolus a medico animaz domino nostro Iesu christo factũ ostẽdit. Christus enim velut medicus animaz summus ad curandũ graues anime morbos permittit plurimos electos suos et magnos in morbis corpoz grauiter affligi: et qõ plus est ad curãdaz maiora crimina p̃mittit incidere in minora etiaz mortalia. Inter oĩa ṽo peccata grauius pctm̃ est supbia. Nam sicut charitas est radix et initium virtutuz: sic supbia est radix et initium oĩuz vitioz. Eccl.10°. Initiuz oĩs peccati supbia. Qõ sic p3. Charitas.n. ideo dicit̃ radix oĩuz virtutũ: qa coniungit deo qui est vltimus finis. Unde sicut finis est p̃ncipiuz omnium operabiliuz: ita charitas est p̃ncipium oĩuz virtutum. Supbia aũt auertit a deo. Supbia eniz est appetitus inordinatus excellentie. Si eniz aliqs appetit aliquaz excellentiaz sub deo si moderate quidez appetit et p̃p bonuz sustineri põt. Si ṽo non debito ordine potest quidez alia vicia incurrere .s. ambitionis: auaritie: seu inanis glorie et hmõ tamẽ nõ ẽ p̃prie supbia: nisi quãdo quis appetit excellentiaz nõ ordinãdo illaz ad deũ. Et ideo supbia p̃prie dicta separat a deo et est radix oĩuz vicioz et pessimuz omniuz: p̃pter qõ deus resistit superbis: vt dicitur Iaco.4°. Quia ergo in bonis est maxime materia huius vicij .s. superbie: quia ei' materia est bonum: permittit aliquãdo electos suos impediri ex aliqua sui parte vt per infirmitatez: vel per aliquẽ defectum: et aliquãdo etiam per peccatum mortale ab huiusmodi bono: vt sic ex hac parte humiliẽtur q ex illa non superbiant: et homo sic humiliatus recognoscat se suis viribus stare non posse. Unde dr̃ Rom.8. Diligẽtibus deuz etc. Non quidez ex eoz peccato: sed ex ordinatione dei. Quia igitur Apostolus magnã habebat supbiendi mãz: et q̃ñ ad sp̃alem electionẽ qua

a dño electus est. Act.9°. Uas electionis rc. Et q̄tū ad secretoꝝ dei cognitionē: qꝛ hic dicit se raptū in tertiū celuz ꝛ in paradisuz vbi audiuit archana vba que nō licet homini loqui: ꝛ q̄tū ad maloꝝ perpessionem: qꝛ supra.11. In carcerib⁹ plurimis in infirmitatibus: ter virgis rc. Et q̄tū ad virginalez integritatē: qꝛ volo oēs eē sicut ꝛ ego. p̄ Corin.7. Et q̄tū ad bonoꝝ opationē: qꝛ supra plus oib⁹ laboraui: ꝛ spālr q̄tū ad maximā sciam: qua emicuit: que specialr inflat: ideo dñs adhibuit ei remediū ne in supbiā extolleret. Et hoc est qđ dicit. ET NE magnitudo reuelatiōis] mihi facte EXTOLLAT ME] in superbiā. Eccl.6. Non te extollas in cogitatiōe aie tue velut thaurus rc. ps. Exaltat' aūt humiliat⁹ rc. Et dicit: vt ostēdat sibi factas fore reuelatiōes pdictas. DATVS est mihi] .i. ad meā vtilitatez ꝛ humiliationē. Job.30. Eleuasti me ꝛ quasi sup vētuz ponēs rc. DATVS est] inq̄ MIHI stimulus] crucians corpus meuz per infirmitatē corporis vt aīa sanet. qꝛ ad lrāz dicit q̄ fuit vehemēter afflictus dolore iliaco. Uel STIMVLVS carnis mee] .i. cōcupiscētie surgēs ex carne mea a qua multū infestabat. Ro.7. Nō eniz qđ volo rc. Igit ego ipse mente seruio legi dei rc. Uñ Aug. dicit: q̄ inerāt ei mot⁹ cōcupiscētie: quos tñ diuina grā refrenabat. Iste inq̄ stimulus est ANGELVS sathane] .i. angelus malign⁹. Est aūt angelus a deo missus seu pmissus sed sathane: qꝛ sathane intentio est vt subuertat: dei vo vt humiliet ꝛ pbatū reddat. Timeat peccator si Aplus ꝛ vas electionis securus non erat.

¶ De remotiōe aūt huius stimuli remouēdi sollicit⁹ erat Apls. Uñ pp̄ter hoc orabat. Et hoc est qđ subdit. PROPTER qđ ter rc.] ¶ Ubi sciēduz est q̄ infirm⁹ nesciens pcessum medici apponētis mordax emplm rogat medicū vt remoueat: qđ tñ sciens medicus cāz quare faciat .s. pp̄ter sanitatē nō exaudit eum q̄tū ad voluntatē petētis: magis curans de eius vtilitate. Sic Apls sentiēs stimuluz sibi grauē eē: ad singularis medici ꝯfugit auxiliuz vt eū remoueat. TER ENIM] expresse ꝛ deuote ROGAVI] vt deus tolleret ab eo .s. stimuluz. 2. Paralipo.20. Cuz ignoremus quid agere debeam⁹ rc. Forte pluries hoc petijt: sꝫ expresse ꝛ instanter ter eū petijt: vel ter .i. multotiēs. Ternari⁹ eniz est numerus pfectus. Et vere ipse rogādus est: qꝛ ipse vulnerat ꝛ medet. Job.5. ꝛ Luce.22. Orate ne intretis in tentationez rc. ¶ Sequit rñsio dñi. Et dixit mihi dñs rc. Ubi duo facit. Prio ponit dñi rñsionē. Scđo rñsionis rōnez assignat. ibi. NAM virtus rc.] Dicit ḡ. Ego rogaui: sꝫ dñs dixit mihi. SVFFICIT tibi rc.] q.d. Non ē tibi necīuz q̄ infirmitas recedat a te corporis: qꝛ nō ē piculosa: qꝛ nō ducens ad ipatiētiaz cum grā mea ꝯfortet te: nec infirmitas cōcupiscētie: qꝛ nō protrahet te ad petīm: qꝛ grā mea ptreget te. Ro.3. Iustificati gratis rc. Et vere sufficit grā dei ad mala vitāda: ad bona faciēda: ꝛ ad vitā ꝯsequēdā eternā. p̄ Cor.15. Grā dei sum id qđ sum rc. Ro.6. Grā dei vita eterna.

¶ Sed ꝯ. Jo.15. Quicqd petieritis pātrez in noīe meo rc. Aut ḡ Paulus discrete petiuit: ꝛ tunc debuit exaudiri. Aut indiscrete: ꝛ tūc peccauit. ¶ Rñdeo dōm ē q̄ de vna ꝛ eadē re pōt hō duplr loqui. Uno mō sꝫ se ꝛ nām illi⁹ rei. Alio mō sm ordinē ad aliud. Et sic ꝯtingit q̄ illud qđ ē maluz sm se ꝛ vitāduz: sm ordinē ad aliud est appetēduz: sicut potio inquātuz sm se est amara est vitāda: tñ qui ꝯsiderat eā sm ordinē ad sanitatē appetit eā. Ergo ꝛ stimulus carnis sm se est vitādus ꝛ affligens. inquātuz vo est via ad virtutē ꝛ exercitiū virtutis est appetēdus. Apls aūt qꝛ nōduz reuelatū ei erat

De vna re ꝯt aliqs loq dupliciter: sꝫ se ꝛ in ordinem ad aliud.

illud secretū diuine pvidentie vt ad vtilitatē suaz cederet: cōsiderabat sibi maluz q̄tū in se ē: ꝛ iō petierat suā ꝯmotionē: nec in hoc peccauit: sꝫ deus qui ordinauerat hoc ad bonū humilitatis sue nō exaudiuit eum q̄tū ad eius voluntatē: qđ tñ sciēs postmoduz Aplus gloriabat cuz diceret. LIBENTER gloriabor rc.] Et sꝫ nō exaudierit euz q̄tū ad voluntatem: exaudiuit tñ eum ꝛ exaudit sanctos suos q̄tū ad eius vtilitatē. Uñ dicit Hieronymus in epla ad Paulinuz. Bonus dñs qui sepe nō tribuit qđ volumus: vt tribuat qđ mallemus. Rōnez aūt sue rñsionis subdit ꝯter cum dicit. NAM virtus rc.] Mirus modus loquēdi. VIRTVS in infirmitate pficit.] Ignis in aqua crescit. Intelligi vo pōt hoc qđ dr. Uirtus pficit in ifirmitate duplr .s. māliter ꝛ occasionalr. Si accipiat mālr: tūc ē sensus. VIRTVS in infirmitate perficit] .i. infirmitas est mā exercēde virtutis. Et pmo humilitatis: vt supra dictuz est. Scđo patiētie. Jaco. p̄ Tribulatio patiētiaz opat. Tertio tēperātie: qꝛ ex infirmitate debilitat fomes ꝛ tēperat⁹ efficit quis. Si vo accipiat occasionalr: tunc virt⁹ in ifirmitate pficit .i. occasio pueniēdi ad pfectā virtutē: qꝛ hō sciēs se infirmū magis sollicitat ad resistenduz: ꝛ ex h̄ q̄ magis resistit ꝛ pugnat efficit exercitatior: ꝛ per ꝯñs fortior. Et iō Leui. legit ꝛ Judi.3°. Q dñs noluit destruere oēs habitatores terre: sed aliquos reseruauit: vt .s. filij israel exercitarent pugnādo cū eis. Sic etiaz Scipio nolebat destructionē ciuitatis chartaginēsis: vt .s. duz romani haberēt hostes exteri⁹ non sentirēt hostes interiores ꝯ quos durius bellum est q̄ cōtra exteriores: vt ipse dicebat.

¶ Consequēter ponit Apls effectū hui⁹ rñsionis dñice dicēs. LIBENTER gloriabor rc.] Ponit aūt duplicē effectū. Unus ē gliationis. Uñ dicit. Quia VIRTVS mea pficit in infirmitatib⁹.] Igit LIBENTER gliabor in infirmitatib⁹ meis] .i. mihi ad vtilitatē meā datis. Et h̄ qꝛ magis ꝯiungit Chrīo. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce rc. Gal. vlt. Eccl.10. Qui in paupertate gliat rc. Et rō q̄ libenter gliabor: VT INHABITET IN me virt⁹ Chri.] vt .s. p ifirmitates inhabitet ꝛ ꝯsumet in me grā Chrī. Esa.40°. Qui dat lapso virtutē rc. Alius effectus ē gaudij. Uñ dicit. Propter qđ cōplaceo rc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit hūc effectū. Scđo huius effect⁹ rōnem assignat. ibi. CVM ENIM infirmor rc.] Ponit aūt effectū gaudij ꝛ mām gaudij. Dicit ḡ pp̄ter qđ: qꝛ virt⁹ Chrī habitat in me in infirmitatib⁹ ꝛ in tribulationibus oibus. Et IDEO cōplaceo mihi] .i. multuz delector ꝛ gaudeo de dictis INFIRMITATIBVS meis.] Jaco. p̄ Omne gaudiuz existimate frēs rc. Defectus aūt in qb⁹ pp grām Chrī abūdāter delectat enumerat. Et pmo illos qui sunt a cā iteriori ꝛ hō sunt ifirmitates. Et iō dicit. IN INFIRMITATIBVS.] ps. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauerūt .s. ad grāz. Scđo illos q̄ sunt a cā exteriori. Et hos qdē q̄tū ad vbuz cum dicit. IN CONTVMELIIS] .s. mihi illatis. Actuū.5. Ibant apli gaudētes rc. Et quātuz ad factū: ꝛ hoc vel quātum ad defectū bonoꝝ cū dicit. IN NECESSITATIBVS] .i. in penurijs necessarioꝝ ꝛ in paupertate q̄ pmebat. Et hoc mō accipit necessitas cū dr Roma.12. Necessitatib⁹ scōꝝ cōicantes. Uel q̄tū ad experimētū maloꝝ illatoꝝ: ꝛ h̄ q̄tū ad exteriora. Mat.5°. Beati q psecutionē rc. cuz dicit. IN PERSECVTIONIBVS] .s. corporis quas de loco ad locū ꝛ vbiqꝫ expimur. Et q̄tuz ad interiora dicēs. IN ANGVSTIIS] .i. in anxietatib⁹ animi. Dan.13. Angustie sunt mihi vndiqꝫ rc. Sꝫ mā

oiuz boꝝ que faciũt ad gaudium est: qa pro Chřo. q.d. Ideo cõplaceo: qa ꝑpter Christum patioꝛ. p̊ Pe. 4. Nemo vestrũ patiat̃ quasi homicida vel fur. Et hu⁹ gaudij rõnez assignat dicẽs. CVM eniz infirmoꝛ ⁊c.] Quasi d. MERITO cõplaceo mihi]in illis: qa qñ infirmoꝛ ⁊c. i. qñ ex his que in me sunt vel ex ꝑsecutiõe alioꝝ incido in aliqđ ꝑdictoꝝ: adhibet̃ mihi auxiliuz diuinũ per qđ cõfirmoꝛ. ps. Consolatiões tue letificauerũt animã meã. Joel. 3°. Infirmus dicat: qa ego fortis sum. Supra. 4. Licz is qui foris noster homo corrũpatur ⁊c. Exod. p̊ legitur ꝙ q̃to plus premebant̃ filij israel: tanto plus multiplicabantur.

❡ Factus sum insipiens gloriando. Uos me coegistis: nam ego debueram a vobis cõmendari. Nulla eniz in re iferioꝛ fui summis aplĩs: tametsi nihil sum. Signa qdem apostoli peracta fuerunt inter vos cũ omni patiẽtia: ⁊ signis: ⁊ ꝓdigijs: ⁊ potentib⁹ factis. Naz qd est in quo fuistis iferiores ceteris ecclesijs: nisi ꝙ ipse ego nõ fueriz vobis onerosus? Cõdonate mihi hãc iniuriam.

❡ Factus suz insipiens: vos me coegistis. Ego eniz a vobis debui cõmẽdari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil sum: signa tñ apostolat⁹ mei facta sunt sup vos in omni patientia in signis ⁊ prodigijs ⁊ virtutib⁹. Quid est eniz qđ min⁹ habuistis pre ceteris ecclesijs: nisi ꝙ ego ipse nõ grauaui vos. Donate mihi hãc iniuriaz. Lec. IIII.

Posita cõmendatione sua: cõsequẽter Apl's excusat se de his q̃ dixit: ostẽdens se coactũ hoc dixisse que ad gl'iaz suã ꝑtinent. Et circa hoc duo facit. Primo imponit corinthijs cãm h⁹ gloriationis. Scđo exponit ⁊ manifestat hãc cãz. ibi. EGO ENIM debui ⁊c.] Dicit ḡ. Confiteoꝛ ꝙ in his oĩbus cõmẽdationibus meis FACTVS sum insipiẽs]. i. vr̃ vobis ꝙ opus insipiẽtis fecerim: sed hoc nõ ex me nec sponte: imo coact⁹ feci ⁊ vestra culpa fuit: qa VOS me coegistis]. i. dedistis mihi occasionem. Frequẽter. n. subditi cogũt prelatos aliqua facere: que insipienter facta esse iudicari ꝑñt: sed tñ pro loco ⁊ tpe sapienter facta sunt. Hoc aũt qđ dixerat in cõi. s. ꝙ ipsi fuerũt cã sue cõmẽdationis: exponit ꝯñter cũ dicit. EGO eniz debui ⁊c.] Ubi dicit ꝙ ipsi fuerũt cã sue cõmẽdationis. Primo omittẽdo bona que facere debuissent. In quo exaggerat coꝝ ingratitudinez. Scđo cõmittẽdo mala in quo detestat̃ coꝝ malitiaz. ibi. TIMEO enim ne forte ⁊c.] Circa ꝑmũ duo facit. Pꝛio cõmemorat qd facere debuissent: ostendens cãm. ibi. NIHIL enim minus ⁊c.] Tertio remouet ipsoꝝ excusationẽ. ibi. QVID est eni qđ minus ⁊c.] Dicit ergo. Uere vos me coegistis: qa vos debuissetis facere illud qđ ego feci. Unde dicit. EGO debui cõmẽdari a vobis]qđ nõ fecistis qñ necẽ erat. s. qñ pseudo vilipẽdendo me ⁊ ꝓferẽdo se reddebant vilez doctrinã ⁊ euãgeliuz Chři a me ꝑdicatum. Uñ qa vos nõ cõmẽdastis me ne deperiret fides chři in vobis: promptus in cõmẽdationẽ ꝓpriaz. ❡ Sed ꝯ. Supra. 3. dixit. Nunqd egem⁹ cõmẽdatitijs eplis ⁊c. Quare ergo voluit cõmẽdari ab istis? ❡ Rñdeo dicẽz est ꝙ Apl'us ꝓpter se nõ egebat cõmẽdationib⁹: sed ꝓpter alios: vt. s. dũz cõmẽdaret̃ doctrina sua esset in maiori auctoritate ⁊ pseudo cõfutarent̃. Sed qa possent isti dicere: ideo nõ cõmẽdauimus te: qa nõ est in te aliqd cõmẽdatiõe dignuz. Propter hoc Apl's ꝓbat eis ꝙ bñ poterãt eũ cõmẽdare cũ dicit. NIHIL. n. ⁊c.] Ostẽdens eẽ in se multa cõmẽdatiõe digna. Et primo quãtuz ad ꝓterita bona que fecit. Scđo quãtuz ad futura que facẽ intẽdit. ibi. ECCE tertio hoc parat⁹ ⁊c.] Ostẽdit aũt ꝓterita cõmẽdabilia que fecit pꝛio in generali quãtuz ad oẽs ecclesias. Scđo in spãli quãtum ad ea q̃ egit apud eos. ibi. TAMETSI nihil ⁊c.] Tertio excludit obiectionez. ibi. QVID est. n. ⁊c.] Dicit ḡ. Merito debui cõmẽdari a vobis: qa multa sunt i me cõmẽdatione digna. NAM nihil minus feci]ad his. s. Petro Jacobo ⁊ Joãne QVI SVNT supra modum apli]. i. q vident̃ a qbusdaz digniores apli q̃ȝ ego suz. Pseudo eniz dicebãt ꝙ erant docti a Petro ⁊ Joãne qui fuerũt docti a Chřo: ⁊ ꝙ Petrus ⁊ Joãnes seruabant legalia: vñ ⁊ ipsi debebãt seruare. Sed qa nihil minus feci ab eis: nec q̃tũ ad ꝑdicationez: nec q̃tũ ad cõuersionẽ fideliũ: ostẽsionẽ miraculoꝝ: ⁊ perpessionem laboꝝ: imo plus qa supra. Plus oĩbus laboraui. 1. Corin. 15. Abũdantius oĩbus ⁊c. Ideo magis suz cõmendandus. Uel dicunt̃ SVPRA modũ] apli illi. s. Petrus Joãnes ⁊ Jacobus: qa fuerũt ꝑmo cõuersi ad Chřm. 1. Corin. 15. Nouissime aũt visus ⁊c. Si sm̃ hoc accipiat̃: nihil tñ minus fecit eis: qa in modico tpe: ⁊ postq̃ȝ cõuersus fuit plus laborauit. Sed esto ꝙ nihil fecerim q̃tũ ad ecclesias alias per qđ possem cõmendari: multa tñ spãlia egi apud vos: de qb⁹ potuissetis me cõmẽdare. Et ideo dicit. TAMETSI nihil]. i. dato ꝙ nihil fecerim in cõparatiõe ad eos: tñ effectus mee virtutis manifeste apparent in vobis: ⁊ primo q̃tũ ad ꝑdicationẽ nostrã: qua cõuersi estis ad fidem. Et sum Apl's vester. Et iđ dicit. SIGNA apostolat⁹ mei]. i. mee ꝑdicationis. FACTA sunt supra vos] a deo inquãtum credentes cõuersi estis. 1. Corin. 9. Signaculuz apostolatus mei vos estis. 1. Corin. 4. In Chřo iesu per euãgeliuz ego vos genui. Scđo per cõuersationẽ per quã cõfirmat̃ fides: qa qñ vita cõcordat doctrine maioris auctoritatis est doctrina: ⁊ virtus predicatoris magis apparet per patiẽtiaz. Prouer. 19. Doctrina viri ꝑ patiẽtiaz noscit̃. Et iđ dicit. IN OMNI patiẽtia.] Tertio q̃tũ ad opõnẽ miraculoꝝ. Et iđ dic̃. IN SIGNIS ⁊c.] Marci vlt°. Illi aũt ꝓfecti ⁊c. Et hec tria distinguũt: qa virt⁹ est cõe ad oĩa miracula. Nam VIRTVS]est vltimũ de potẽtia. Et ideo aliqd dicit̃ virtuosuz: qa ex magna virtute. Quia ḡ miracula fiunt ex magna virtute. s. diuina: ideo dicunt̃ VIRTVTES.] SIGNVM]Ho refert̃ ad minus miraculuz. PRODIGIVM] autẽ ad maximũ. Uel dicit. SIGNA]quãtũ ad miracula facta de ꝑñti. PRODIGIA]quãtuz ad miracula de futuris. Uel SIGNA ⁊ ꝓdigia]dicit miracula que fiunt ꝯ naturam: sicut illuminatio ceci: suscitatio mortui ⁊c. VIRTVTES]Ho dicit que sunt sm̃ nãm: sed non eo mõ quo natura facit: sicut ꝙ ad impositionẽ man⁹ statim sanent̃ infirmi: qđ etiaz nã facit: sz successiue. Uel VIRTVTES]dicit v̾tutes mẽtis: sicut ẽ castitas: ⁊ hõ.

Signum Prodigium virtus.

❡ Consequẽter excludit obiectionem cuz dicit. QVID eniz est qđ minus ⁊c.] Possent. n. corinthij rñdere ad ꝑdicta ⁊ dicere: verũ ẽ ꝙ multa bona fecisti ⁊ magna: ⁊ tñ alij fecerunt plura ⁊ maiora q̃ȝ tu. Et iđ apud eos ⁊ in coꝝ cõparationez nolumus te cõmẽdare. Et ideo hoc excludit: ostẽdens ꝙ nihil minus fecit q̃ȝ illi: sed plus. Et ideo dicit. QVID est eniz qđ minus habuistis a me pre ceteris ecclesijs]. i. q̃ȝ alie ecclesie Chřisti ha-

buerūt per illos q̄tū ad spūalia.q.d. Nihil:q2 ipsi pdi cauerunt fidē:⁊ Aplus pdicauit. Illi ostēderunt signa ⁊ virtutes:⁊ Aplus similr. Et nō solum nō minus ha buistis:sed plus:q2 alij apostoli viuebāt de sumptib⁹ illoꝝ qbus pdicabant:sed Aplus nō:q2 nihil accepit a corinthijs.Et ideo dicit.NISI q̄ ego ipse nō grauaui vos]accipiendo vestra.q.d. Nihil habuistis min⁹ nisi hoc forte reputetis minus:q2 nihil accepi a vobis:qd tn̄ plus est.Act.20. Ad ea que mihi opus erant:⁊ his qui mecū sunt necessaria ministrauerūt ⁊c̄.2.Thes.3. Nocte ac die laborātes ⁊c̄.Esa.33°. Qui excutit man⁹ suas ⁊c̄. Et si hoc ipsum reputatis iniuriam.s.q̄ nolui vestra recipere qd feci:q2 non dilexi vos:⁊ videt̄ vo bis q̄ male fecerim parcatis mihi. Et iō dicit ironice loquēdo.DONATE].i.parcite MIHI hanc iniuriaʒ.] Hoc modo accipit̄ donate.Eph.4.Donātes inuicem sicut ⁊ Christus vobis donauit.

℄ Ecce tertio ꝓpensus animo sum:vt veniaʒ ad vos:nec ero vobis onerosus.Non enim quero q̄ vestra sunt:sʒ vos. Non eniʒ debēt filij parētib⁹ recōdere:sed filijs parētes. Ego vō libentissime impendam:⁊ expendar pro animabus vestris:lʒ vberi⁹ vos diligēs:minus diligar.Sed esto:ipse nō grauaui vos:verū cuʒ essem astut⁹:dolo vos cepi.Num p quenq̄ eoꝝ: quos misi ad vos:ex pilaui vos. Rogaui Titum:⁊ vna cum illo misi fratrē.Num qd a vobis extorsit Titus? An non eodeʒ spiritu ambulauimus? An non iisdem ve stigijs? Rursum arbitramini q̄ nos vobis excu semus? In cōspectu Dei:in Christo loquimur:sed omnia charissimi pro vestra edificatione.

℄ Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos ⁊ nō ero grauis vobis. Non.n.quero que vestra sunt sed vos. Nec enim debent filij parētib⁹ thesaurizare:sʒ parētes filijs. Ego aūt libentissime impendaʒ ⁊ supim pendar ego ipse pro aiab⁹ vestris: lʒ plus vos diligēs minus diligar. Sed esto. Ego vos nō grauaui:sed cū essem astutus dolo vos cepi. Nunqd p aliqueʒ eoꝝ quos misi ad vos circūueni vos? Rogaui Titum ⁊ misi cuʒ illo fratrē. Nunqd Titus vos cir cūuenit? Nōne eodē spiritu ambulauim⁹? Nonne eisdeʒ vestigijs? Olim putatis q̄ excusemus nos apud vos. Coram deo in Christo loqmur. Omnia enim charissimi ꝓpter edificationē vestrā. Lec. V.

Hic ostendit se esse cōmendabileʒ quātum ad bona futura que facere intendit.Et duo facit.Primo ostēdit suū ꝓpositū de futuro bono qd intēdit.Scdo ꝓpositi huius rōneʒ assignat.ibi.NON enim q̄ro que vestra sunt ⁊c̄.] Tertio ad rōnem silitudinē adhibet. ibi.NEC eniʒ debet ⁊c̄.] Sciēduʒ est circa primuʒ:q̄ aliqn̄ cōtingit q̄ ideo aliqui nō accipiunt vno tpe:vt reseruent se ad aliud tēpus in quo possint ⁊ plus reci pere ⁊ audacius. Ne ergo isti sile crederent de Aplo: vt ideo noluisset pma vice recipere ab eis:vt postmo dum reciperet plus:dicit q̄ nō soluʒ hoc fecit oliʒ:sed etiaʒ paratus est facere in futuruʒ.Unde dicit.ECCE

IAM tertio].i.tertia vice. PARATUS sum venire ad vos:⁊ nō ero vobis grauis].q.d. Nec etiā tūc grauabo vos accipiēdo vestra.Supra.11. In oībus sine onere me seruaui ⁊ ſuabo Job.27.Iustificationē quaʒ cepi tenere ⁊c̄.Dicit autē.TERTIO paratus sum venire.] Et nō dicit tertio venio:q2 bene ter parat⁹ fuit venire ad eos:sed tn̄ non iuit nisi bis. Paratus.n.fuit venire pma vice.⁊ tunc iuit ⁊ cōuersi sunt. Scda vice fuit pa ratus:⁊ fuit īpeditus ꝓpter peccatū eoꝝ:⁊ tūc nō iuit: de quo excusat se in pncipio huius epistole. Modo ē paratus ire tertio ⁊ iuit:vnde bis iuit:⁊ ter fuit parat⁹ ire. Rōnē aūt huius boni ꝓpositi subdit dicēs. NON ENIM quero ⁊c̄.]que talis est. Cōstat q̄ artifex dispo nit op⁹ suū ſm finē quē intēdit. pdicatores aūt in pdi cando aliqui intēdunt questū ⁊ bona tēporalia:⁊ ideo totaʒ pdicationē ad hoc ordinant ⁊ disponunt. Aliqui xō intēdunt salutē aiaꝝ. Et ideo hoc modo disponūt pdicationē suā ſʒ q̄ vident expediri saluti illoꝝ qb⁹ pdicant.Quia ergo Aplus intēdebat in pdicatiōe sua salutē corinthioꝝ ⁊ videbat q̄ non expediebat q̄ reci peret ab eis sumpt⁹:tuʒ vt ꝯfutaret pseudo:tum ēt q2 auari erant: ideo noluit accipere sumpt⁹. Et ideo hui⁹ rōneʒ assignat dicens. Ideo nō grauabo vos sumptus accipiēdo:q2 NON quero que vestra sunt]in predica tiōe mea.SED VOS] ⁊ vestrā salutē pcurare intēdo. Phil.4. Non quero datū sed fructū. Et ideo domin⁹ dixit apostolis. Faciaʒ vos fieri piscatores hoīuʒ non pecūie. Hoc ēt figurat̄ Gen̄.47. Ubi legit̄ q̄ Joseph emit egyptios in seruitutē regis:q2 bonus predicator debet ad hoc studere vt infideles cōuertat ad seruitiū Christi.Sed hō rōni adaptat silitudinē cū dicit.NEC ENIM debēt ⁊c̄.] Et pmo ponit silitudinē. Secundo adaptat eaʒ.ibi.EGO aūt libentissime ⁊c̄.] Tertio ar guit eoꝝ igratitudinē.ibi. LICET plus vos ⁊c̄.] Dicit ergo. Qz aūt nō querā vestra:pʒ p sile. Uidemus.n.q̄ parētes carnales debēt thesaurizare filijs carnalib⁹: q2 filij nō debent thesaurizare parētib⁹:sed parentes filijs.Cuʒ ergo ego sim pater vester spūalis:⁊ vos sitis filij mei:nolo q̄ vos thesaurizetis mihi:sʒ ego vobis.

℄ Sed hic est questio de patrib⁹ carnalibus. Nam Exo.20.dr̄. Honora patrē tuū ⁊c̄. In quo etiaʒ pcipit̄ nobis q̄ ministrem⁹ eis necessaria. Ergo filij tenētur thesaurizare parentibus. ℄ Rn̄deo dicēduʒ est q̄ ex pcepto tenent̄ filij ministrare ⁊ subuenire parētib⁹ in necessarijs:non aūt cōgregare ⁊ thesaurizare eis. Naʒ thesaurizatio ⁊ cōgregatio fit in posterū.Sed nos vi demus q̄ ſm nām filij succedunt parētib⁹ ⁊ nō econ uerso:nisi in aliquo tristi euētu.Et ideo nālr amor pa rentū est ad hoc vt cōgregent filijs.Et hoc mō loquit̄ Apl's Exo.aūt.20.loqt̄ dn̄s de sbuētiōne i necessarijs.

℄ Iteʒ qd dr̄ de h qd dicit. PARENTES filijs ⁊c̄.] Ergo cū prelati sint parentes nostri spūales:videt̄ q̄ male fecerint principes ⁊ alij dādo diuitias prelatis.

℄ Rn̄deo dōm est q̄ nō dederūt plātis pp se.sed pp paupes.Et ideo nō dederunt eis:sʒ paupib⁹.Et h dn̄s monet Matth.6.Thesaurizate vobis thsauros in ce lis ⁊c̄. Prelatis āt dant̄ tanq̄ paupeꝝ dispēsatorib⁹.

℄ Consequēter positā silitudinē adaptat:in silitudine autē duo ꝓposuit.Unuʒ est q̄ filij nō debent thesau rizare parētib⁹:⁊ hoc iam pʒ. Et aliud est q̄ parētes debent thesaurizare filijs ⁊ dare.Et q̄tū ad hoc dicit. Quia ḡ ego suʒ pr̄ vester:iō paratus sum dare vobis. Et h est qd dicit.EGO libētissime ipendaʒ] vobis bo na spūalia pdicādo:⁊ exēpla monstrādo:sed ēt tpalia qd ⁊ faciebat inq̄tū pdicabat ⁊ fruebat eis cū sumpti

Predicatores aliqui pp questū,aliqui ꝓpter salutē vestram.

Parētes tenent̄ thesaurizare filijs ⁊ non ꝯtra q̄uis filij tenētur subministrare parētib⁹.

Pricipes nō dederūt plātis diuitias pp se sʒ ꝓpter paupes.

Predicare dz ministrare sub/ditis pdicando exépla bona dādo z téporalia.

bus aliaꝝ ecclīaꝝ. Hec tria ministrare dz qlibet ꝑlat⁹
suis subditis. Unde dñs dixit ter Petro. Pasce oues
meas.i.pasce ꝟbo:pasce exéplo:pasce tépali subsidio.
Et nō solū ista ipendaz vobis:ſz parat⁹ suz mori pro
salute aiaꝝ vestraꝝ. Uñ dicit. ET SVPERIMPEN/
DAR pro aiab⁹ vestris.] Jo.15. Maioré charitaté ne/
mo hz zc.1.Jo.3. Si Chrs aiaz suā pro nobis posuit: z
vos debetis zc. Jo.10. Bonus pastor animaz suaz zc.
¶ Ingratitudiné istoꝝ increpat ꝯñter dicés. LICET
PLVS vos diligés zc.] q.d. Libéter ipendar pro vo/
bis:ſz sitis ingrati:qa ſz plus vos diligés zc. Et hec cō
paratio pōt exponi dupl'r. Uno mō sic:ſz PLVS dili/
gam vos]q̄ꝫ pseudo. TAMEN minus diligor] s.a vo/
bis q̄ꝫ diligant pseudo:quos plus diligit' q̄ꝫ me. Et sic
pz q ego plus vos diligo q̄ꝫ illi:qa ego q̄ro salutez ve
strā:tñ illi ꝟo bona vestra solū. Alio mō sic:ſz PLVS
DILIGAM.s.vos]q̄ꝫ alias ecclīas. TAMEN min⁹ di/
ligor] a vobis q̄ꝫ ab alijs ecclesijs. Phil.1. Testis est
mihi de⁹ quō cupiaz zc. Et q plus dilexerit corinthié
ses q̄ꝫ alias ecclīas:pz qa plus pro eis laborauit. Jllō
aūt in quo plus laboram⁹ magis ꝯsueuim⁹ diligere.
¶ Consequéter cū dicit. ESTO ego vos zc.] Remouet
suspitioné. Et p̄mo ponit suspitioné ipsaz. Scdo exclu
dit eā.ibi. NVNQVID per aliqué zc.] Tertio rōnem
exclusiōis assignat.ibi. OLIM putat q excusem⁹ zc.]
Posset aūt eē istoꝝ suspicio talis q iō ipse ab eis per
seipsuz nō acceperit vt ꝑ alios dolose ab eis plus acci
piat. Et iō dicit h̄ ponens. ESTO] i.dato: z cōcesso q
EGO] in ꝑsona mea: z ꝑ me accipiēdo NON grauaui
vos:] ſz sicut vos credidistis. CVM essem astutus do/
lo zc.] idest ꝑ alios detraxi vobis bona vr̄a plurima.
Sed hoc est falsum:qa nihil ex dolo feci.1.Thessa.2.
Exhortatio nostra nō de errore neqz imundicia neqz
in dolo. Nam ipse erat vere israelita in quo dolus nō
fuit Jo.1. Hanc aūt suspitioné excludit ꝯñter cum di/
cit. NVNQVID ꝑ aliqué zc.] Et p̄mo in gñali. Scdo
in spāli. Jn gñali sic. Si per alios voluissez surripere
vestra:misissez aliquos qui hoc ꝓcurarent apud vos.
SED nunqd ꝑ aliqué coꝝ quez misi ad vos circūuent
vos:] extorquēdo ꝑ eos vr̄a. Quasi dicat nō. Supra.7°.
Neminé circūuenimus zc.1.Thessa.4. Ne qs circū/
ueniat i negocio fratré suū. Jn spāli ꝟo excludit suspi
tionez ꝑdictā cū dicit. ROGAVI Titū zc.] q.d. Nul/
lus coꝝ in spāli qué misi ad vos circūuenit vos. Titū
enī cum precib⁹ misi ad vos. Et hoc est qd dicit. RO/
GAVI Titū zc.] De isto habet' supra.8. MISI] etiaz
CVM illo frēm] s. Barnabaz vel Lucam. Supra.8.
Misimus cū illo.s. Tito fratré.s.alterū dictoꝝ cuius
laus est in euāgelio. Sed NVNQVID Titus circūue
nit vos?] q.d. Non. Supra.8°. Grās ago deo meo qui
dedit eādez sollicitudiné pro vobis in corde Titi zc.
Et q Titus nō circūuenerit eos: ꝓbat ꝑ ꝯformitatez
Titi ad Aplm. Et ponit duplicé ꝯformitaté.s.cordis.
Et ideo dicit. NONNE eodé spiritu ambulauimus?]
idest eandez volūtaté habem⁹. Uel eodez spiritu in/
stigamur ad bene z recte agēdū. Supra.4. Habētes
aūté eūdez spūm zc. Jté ꝯformitaté operis. Et ideo di/
cit. NONNE eisdez vestigijs] i.operib⁹ intédimus.s.
vestigijs Chri. Naz ego sequor vestigia Chri. Job.23.
Uestigia eius.s.Chri sequut⁹ est pes zc.1.Pe.2. Chrs
passus est zc. Ut sequamini vestigia eius. Et Tit⁹ se/
quit' vestigia mea.1.Cor.11. Jmitatores mei estote zc.
Et sic pz q si ꝯformis ē mihi in volūtate z ope: z ego
nō circūueni vos nec intédo circūuenire. q autez nec
ipse circūuenerit vos. pz ꝑ illud Mat.7° A fructibus

coꝝ cognoscetis zc. Rōnez aūt exclusionis subdit di/
cens. OLIM putatis zc.] Et p̄mo ponit coꝝ opinioné.
Scdo excludit eaz. Opio aūt istoꝝ erat q Apl's quasi
reus z culpabilis oia ꝟba ista epistole diceret ad excu
sationé suā: z q nō essent vera:sed ad excusandū tañ
inuéta: z ideo ponés hāc opioné ipsoꝝ dicit. VOS PV
TATIS olim] i.a p̄ncipio hui⁹ epistole q EXCVSE/
MVS nos apud vos] i.q hec ꝟba nō sint vera:ſz sint
ad excusandū ꝯficta. Hanc aūt excludit sic. Qui enī
sic excusat se duo hz. Unū est q nō vtit' verbis veris:
sed ꝯfictis. Aliud est:qa nō vult pati detrimētuz fame
sue z glorie. Unde spāl'r ꝓpter dispédiuz fame aliqui
excusant se. Sed neutrū istoꝝ est in nobis. Non ergo
vera ē opio vestra. q aūt neutrū istoꝝ sit in nobis pz.
Non.n.dicimus ꝟba falsa qd ꝓbo. Primo ꝑ testimo/
niuz dei. QVIA corā deo loqmur] q.d. Teste deo hoc
in veritate dico. Job.16° Ecce in celo testis meus zc.
Scdo ꝑ testimoniū Chri:qa IN CHRISTO loqmur]
idest ꝑ Chrz in quo nulla ē falsitas. supra.2°. Ex since/
ritate sicut ex deo in Chro loqmur. Jté nō querimus
gloriā nostrā:nec timem⁹ ifamiā: qa oia que dixi z de
reuelationib⁹ z de tribulationib⁹ facio seu dico ꝓpter
vestrā edificationé: vt.s.ꝑmaneatis i virtute: z expel/
latis pseudo. Roma.14. Que edificationis sunt inui/
cem zc.1.Cori.14. Oia ad edificationé fiant. Joā.12.
Non ꝓpter me hec vox venit sed ꝓpter vos zc.
¶ Naz metuo:ne qua fiat: vt si venero: nō quales
velim: reperiā vos: z ego reperiar vobis qualez
nolitis. † Ne quo mō sint cōtentiones: emulatio/ Gala.5.
nes: ire: cōcertationes: obtrectatiōes: susurri: tu/
mores: seditiones: ne iterū vbi venero: humiliet
faciet me deus meus apud vos: vt lugeā multos
coꝝ q añ peccauerūt: nec eos penituit imūdicie:
libidinisqz: z ipudicitie: quā patrarunt.
¶ Timeo enim ne forte cū venero: nō qua/
les volo inueniā vos: z ego inueniar a vo/
bis qualez nō vultis: ne forte cōtentiones:
emulationes: animositates: dissensiones:
detractiōes: susurratiōes: inflatiōes: sedi/
tiones sint iter vos. Ne iteꝝ cū venero hu
miliet me deus apud vos z lugeā multos
ex his qui ante peccauerunt z non egerunt
penitētiaz sup imundicia z fornicatione z
impudicitia quā gesserūt. Lec. VI.

Posita vna causa cōmēdationis que ꝓuenit ex
omissione corinthioꝝ quātū ad ea q̄ fa/
cere debuissent in qua detestat' coꝝ igratitudiné: hic
ꝯñter ponit aliā cāz q̄ ꝓuenit ex coꝝ cōmissione q̄tū
ad mala que debuissent vitare. Jn qua exaggerat coꝝ
malitiā. Et circa h̄ duo facit. Prio ponit coꝝ culpā in
gñali. Scdo explanat eā i spāli.ibi. NE FORTE zc.]
Dicit ergo. Non solum laudaui me ꝓpter hoc q vos
omisistis me laudare: sed etiā ꝓpter periculuz vestrū:
qd est in hoc q vos adhereatis pseudo: qa dum fouent
vos in peccatis exponūt vos in magno periculo: z iō
dicit. TIMEO] s. NE FORTE cū venero ad vos ꝑso/
naliter nō inueniaz vos] quales vos volo.s.iustos: sed
peccatores z incorrectos z displicentes mihi z ego vo/
bis: qa iusto nō placēt peccatores inquātū peccatores
ET INVENIAR talis a vobis] cōtristans z puniēs
QVALEM me nō vultis hēc.] Mali enī odiūt corre

ctionē ꝛ veritatē. ergo inimicus fact⁹ sum vobis verū dicens vobis ꝛc. Sic pȝ coꝝ malitia in gñali. s. ꝙ timebat ne nōdū plene penituerint. In spāli etiā manifestat coꝝ malitiā cū dicit. NE FORTE cōtētiōes ꝛc. Et circa hoc duo facit. Prio .n. enumerat coꝝ mala presentia. Scdo cōmemorat pterita mala de qb⁹ nōdum penituerūt. ibi. NE ITERVM cū venero ꝛc. Sciēdū est aūt circa pmū ꝙ corinthiēses post cōuersionē inciderunt in pctm carnale pp illuȝ qui vxorē patris habuit. ꝛ de hoc in hac pte correcti sunt per pmā eplam non tñ plene. Sed adhuc aliqd in eis remāsit ꝛ supra hoc remāserūt in eis multa pctā spūalia q̄ pprie opponunt̄ charitati. Charitas ꝟo duo facit. Primo .n. facit corda hoiȝ adinuicē cōsentiētia. Scdo inducit hoies ad mutuū pfectū. Et ideo peccata spūalia econtrario pmo faciunt hoies adinuicē dissentiētes. Scdo faciūt eos inuicē offendētes. Et ideo pmo enumerat peccata spūalia q̄ ptinent ad dissensionē. Scdo ea q̄ faciūt ad offensionē. ibi. DETRACTIONES ꝛc. In dissensionibus aūt pcedit ordine retrogrado. Nam fm rectuȝ ordinē hoies pmo dissentiūt inquātuȝ vnus vult vnū: alius vult ꝯtriuȝ. Scdo ex hoc pcedunt ad inferēdum nocumēta: inquātuȝ quilibet vellet obtinere in pposito suo. Tertio qñ non pōt obtinere in pposito suo: sed succumbit accēdit̄ ȝelo inuidie. Quarto ex hoc prumpit ad cōtentiōes ꝟboꝝ ꝛ ab isto vltimo incipit Apls dicens. NE FORTE ꝯtētiones ꝛc. q. d. Non solū timeo mala vestra in gñali: sed in spāli. NE FORTE sint in vobis ꝯtētiones de meritis platoꝝ ꝛ de baptistis ꝛc. Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a cōtentionib⁹ ꝛc. Ambro. Cōtentio est impugnatio veritatis cum ꝯfidētia clamoris. Et hec ꝯtētio venit ab emulatione. Et ideo dicit. ET EMVLATIONES .i. inuidie in his qui minores sunt ꝛ minus habent. Jaco. 3. Ubi ȝelus ꝛ cōtentio ibi incōstantia ꝛc. Job. 5. Paruulum occidit inuidia ꝛc. Sap. 2. Inuidia diaboli ꝛc. Et emulatio venit ab animositate. Uñ dixit. ANIMOSITATES in vltiōe ꝛ illatiōe nocumēti. Eccl. 8. Cū audace ne eas ꝛc. Et aiositas venit ex dissensionib⁹. Et iō dic. DISSENSIONES: odia: ꝛ ꝯtietas aioꝝ. Ro. vlti. Obseruetis eos qui dissensiōes ꝛ offendicula ꝛc. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis oēs: ꝛ nō sint in vobis scismata.

Charitas facit corda hominum ad se ꝯsentientia ꝛ ad mutuū pfectum.

¶ Consequēter enumerat coꝝ mala pñtia quātum ad offensionē. Et qa ista spālr sunt mala in nocumentis ꝟboꝝ ꝛ nō factoꝝ. Ideo dimissis nocumētis factoꝝ enumerat nocumēta ꝟboꝝ: in qbus etiā pcedit ordine retrogrado: incipiēs a posteriore: ꝛ hoc est cum qs expresse malū dicit de aliquo. Et si qdē i manifesto: sic ē detractor. Et iō dic. DETRACTIONES. Ro. 1. Detractores deo odibiles ꝛc. Si ꝟo in occulto: tūc est susurratio. Et ideo dicit. SVSVRRONES: qui latēter seminat discordias. Eccl. 28. Susurro ꝛ bilinguis maledict⁹ erit. Et hec duo pcedunt ex supbia: que animū inflatū cōtra aliquos prumpere facit in mala ꝟba. Et ideo dicit. INFLATIONES. 1. Cori. 4. Tanq̄ nō sim ventur⁹ ad vos sic inflati ꝛc. Et he inflatiōes veniunt ex seditionib⁹ que sunt pparatiōes partiū ad pugnā: qa inter supbos semp iurgia sunt. Prouer. 13°. Et ideo dicit. SEDITIONES .i. tumultus ad pugnā. Prouer. 17. Semp iurgia querit malus. Sic ergo pȝ coꝝ malitia quātū ad mala pñtia que multa sunt: ꝛ in dissensionibus ꝛ i nocumētis. Manifestat aūt coꝝ malitiā quātū ad mala preterita de qbus nō penituerunt cum dicit. TIMEO ne iterū cū venero humiliet me deus idest affligat APVD VOS. ita QVOD ꝛ lugeam multos vestrū EX HIS qui ante peccauerūt ante pmā eplam. ET NON egerūt penitētiā plene post pmā eplam. Et merito lugeā: qa sicut gloria pris est glia filioꝝ: ita cōfusio patris est ꝯfusio filioꝝ. Sic Samuel lugebat Saul. 1. Reg. 15. Usqȝquo lugēs Saul ꝛc. Et hoc qa nō penituerūt nec egerūt penitētiam de pctis carnalibus pdictis: quoꝝ quedam sunt contra nām. Et ideo dicit. DE IMMVNDICIA .i. luxuria cōtra nām. Quedam sunt q̄ cōmittunt̄ cum mulieribus corruptis. s. viduis seu cōiugatis. Et iō dic. ET IN FORNICATIONE. Quedā sunt que fiunt in corruptione virginū. Et iō dicit. ET IMPVDICITIA quam gesserunt assidue. Gal. 5°. Manifesta sunt opa carnis q̄ sunt fornicatio: immundicia: impudicitia ꝛc.

Cap. XIII.

Hic tertius erit aduent⁹ meus ad vos. † In ore duoꝝ testiū aut triū cōstituet̄ omne verbū. Predixi ꝛ predico: Deut. 17.
vt pñs cū essem iterum: ita ꝛ absens Mat. 18.
nunc scribo ijs: qui ante peccauerunt: ꝛ reliquis Joan. 8.
oibus: qđ si venero denuo: nō parcam. Anqdē Heb. 10.
experimētū queritis in me loquētis Christi: qui erga vos nō est infirm⁹: sȝ potēs est in vobis: nā ꝙuis crucifixus fuit ex infirmitate: viuit tamē ex virtute dei. Siqdē ꝛ nos infirmi sum⁹ in illo: sȝ viuemus cū illo ex virtute dei erga vos.

Ecce tertio hoc venio ad vos: vt in ore duoꝝ vel trium testiū stabit omne verbū. Predixi eniȝ ꝛ predico: vt pñs vobis: ꝛ nūc absens his q ante peccauerūt ꝛ ceteris oib⁹: qm̄ si venero iterū nō parcam. An experimentū queritis eius qui in me loqt̄ Chrs. Qui in vobis non infirmat̄: sed potens est in vobis. Nam ꝛ si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Naȝ ꝛ nos infirmi sumus in illo: sed viuemus in eo ex virtute dei in vobis.

In precedentibus Apostolus multa locutus est ad detestationē pseudo: hic ꝯñter loqt̄ ꝯ illos qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. Prio increpat seductos. Scdo ꝯsolat̄ ꝑsistētes. ibi. DECETERO frēs gaudete ꝛc. Circa p^m pmo cōminat̄ sine seueritatē. Scdo ostēdit suā iudiciariā ptātē. ibi. AN EXPERIMENTVM queritis ꝛc. Tertio monet ad correctionē. ibi. VOSMETIPSOS tentate ꝛc. Circa p^m primo pmittit suā pñtiā. Scdo pdeterminat sui iudicij formā. ibi. IN ORE duoꝝ ꝛc. Tertio cōminat̄ seueraȝ sniaȝ. ibi. PREDIXI eñi ꝛ pdico ꝛc. Promittit ergo pmo suū aduētū dicēs. ECCE ego venio. q. d. Certū sit vobis ꝙ venio ad vos. ꝛ iō cauete vobis ne inueniam vos īparatos: ꝛ dicit TERTIO nō ꝙ tertio iuerit: sȝ qa 3° iā parauerat ire: ꝛ si nō iuerat nisi semel: in scdo appo eī ipedit⁹. 1. Cor. 4. Ueniā ad vos cito ꝛc. Ueniā inq̄ ꝛ iudicabo malos fm ordinem iuris. ITA .s. ꝙ IN ORE duoꝝ vł triū testiū accusantiū seu testātiū ꝯ aliquem SIT oē ꝟbū accusatoꝝ. qđ qdē dr̄ Deu. 17. Nemo occidet̄ vno teste dicēte testimoniū. Et eiusdē. 19. Nō stabit testis vnus ꝯ aliquē. Uel alr. In ore duoꝝ ꝛc. q. d.

Hoc qđ dico de aduētu meo ad vos ita ē certū sicut te stimoniū duoꝝ vel triū. Sic ḡ ordo iudicij erit. Sed seueritatem snīe cōminaṫ dicens. PREDIXI] enī ⁊c.] Ubi ṗmo insinuat ordinē iudiciariū quo ē ꝓcedendū in quo exigiṫ: vt ṗcedat trina āmonitio: ⁊ q̄tū ad hoc dicit. PREDIXI] vobis vt p̄ns: hīs: qn̄. s. eram vobiscū: ⁊ nūc absens PREDICO.] vt sic ter ammoneat. PREDICO] sincꝫ HIS QVI ante peccauerūt ⁊ oībus alijs.] q. d. Oēs moneo. Scđo ṗmissa monitiōe cōminaṫ sententiā. Unde dicit. QVONIAM si venero nō parcam iterꝫ] q. d. Illis qui peccauerūt peperci ṗma vice: sꝫ si iterꝫ peccauerint: vel si nō egerint pnīaꝫ nō parcā eis iterꝫ. Et h̄ iuste fit: q̄ ille cui semel remittiṫ ⁊ iterum peccat: si remitteret̄ sibi cresceret i malitia ⁊ efficeret̄ insolens. Et ideo dicit Sapiēs Prouer. 13. Qui parcit virge odit filiū suū ⁊c. Ex h̄ ergo ordinatū est in eccl'ia vt ṗcedat trina monitio anteq̄ q̄s snīaꝫ excōicationis fulminet: q̄ ꝯtingit ꝙ aliq̄ lꝫ sint in pctīs ⁊ offendūt: tñ ex solo v̄bo āmonitionis corriguṅt ⁊ satisfaciunt. Et ēt a leuiorib⁹ semꝑ icipiēduꝫ ē: ꝙ si āmonitiōe nō duciṫ ne magis insolescat adhibēda est seueritas snīe. Eccl. 8. Ex eo ꝙ nō proferṫ cito snīa ⁊c.

¶ Consequēter ne possint calūniari de p̄tāte Ap'li: ostēdit Ap'ls suā iudiciariam p̄tāteꝫ dicēs. AN EXPERIMENTVM ⁊c.] Ubi tria facit. Prio ostēdit se hře legationē ⁊ p̄tāteꝫ iudicādi a Chro. Scđo ondit virtutē Chri. ibi. QVI in vobis nō ifirmaṫ ⁊c.] Tertio ondit ꝙ virt⁹ Chri ēt ad alios deriuaṫ. ibi. NAM ⁊ nos ifirmi sum⁹ in illo.] Dicit ḡ. Si venero nō parcā: imo seuerissime iudicabo, ⁊ h̄ bn̄ possuꝫ: q̄ habeo auctoritateꝫ Chri in puniēdo ⁊ remittēdo. Supra. 2. Naꝫ si qđ donaui vobis ⁊c. Supra. 5. Prouer. 10. Legatiōe fungimur ⁊c. Et iđ dicit. AN EXPERIMENTVM ⁊c.] q. d. Nō est dubitādum de p̄tāte mea: q̄ quicq̄d ego loquor vel ꝓferēdo snīas vel remittēdo vel ṗdicādo loquor a Chro. Exodi. 4. Perge ergo ego ero in ore tuo. Luce. 21. Ego dabo vobis os ⁊ sapiētiaꝫ ⁊c. Que ḡ hō facit ex instinctu sp̄ūssancti dr̄ ꝙ sp̄ūssanct⁹ facit. ideo Ap'ls q̄ a Chro motus h̄ loquebaṫ: attribuit Christo tanq̄ ṗncipali dicēs. Qui in me loqṫ Chrs ⁊c. Sꝫ ne dubiteṫ de p̄tāte ⁊ v̄tute Chri. Ideo ꝯseqūter Ap'ls ostēdit virtutē Chri cū dicit. QVI in vobis ⁊c.] Ubi prio ostendit v̄tutē Chri q̄tū ad ea que in eis apparuerūt. Scđo q̄tū ad ea q̄ in Chro sunt. ibi. NAM ⁊ si ⁊c.] Dicit ergo. Habeo p̄tāteꝫ iudiciariā a Chro qui in me loquiṫ qui magne v̄tutis ē in vobis dādo dona grāꝝ: distributionē ip̄ūs ⁊ alia multa q̄ expti estis ⁊ nō solum nō infirmaṫ. SED potēs est in vobis] q̄ potenter vos liberauit a pctō: potēter vos ꝯuertit ad bonū. ps. Dn̄s fortis ⁊c. Sap. 12. Subest tibi cum volueris posse. Et paulo ante. VIRTVTEM enī ostēdis tu ⁊c.] Et non soluꝫ potētia Chri apparuit in vobis: sꝫ ēt in seipso. s. inquātum a morte crucis quā sustinuit ex infirmitate humana quā assumpsit infirmatā in paupertate surrexit ⁊ viuit EX VIRTVTE dei] que est ipse de⁹. Talis enī erat illa susceptio q̄ deū hōminē faceret ⁊ hoīem deū. 1. Corin. 1. Qđ infirmuꝫ est dei fortius ē hoīb⁹ ⁊c. Uel EX VIRTVTE dei] .s. p̄ris qui est ēt virt⁹ Chri: q̄ eadeꝫ ē virtus p̄ris ⁊ filij. Apoc. 1. Fui mortuus ⁊c. Hec ēt virt⁹ Chri deriuaṫ ad nos. NAM ⁊ nos infirmi ⁊c.] q. d. Ad nos ēt ꝑtinet illa virt⁹: q̄ ⁊ nos infirmi sumus in illo. i. ad imitationē illius inquātuꝫ ꝓpter ipsuꝫ multa patimur ⁊ mortificam⁹ nosmetipsos ⁊ humiliam⁹ nos. 1. Corin. 4. Nos infirmi ꝓpter Chrꝫ ⁊c. Supra. 10⁰. Presētia corporis ifirma. Supra. 4. Semꝑ mortificationē ⁊c. Et ideo VIVEMVS] .i. viuificabimur EX VIRTVTE dei in vobis] iudicādis. Gala. 1. Qui suscitauit Iesum christū ⁊c. ⁊ est sensus. NOS EX virtute] qua Chrs viuit resuscitamur ⁊ illa virtute habemus ēt p̄tāteꝫ iudicādi in vobis. Uel VIVEMVS] .s. vita beatitudie cū eo: ⁊ hoc ex virtute dei: q̄ quidē virtus dei est in vobis. i. in cōscientijs vestris.

¶ Vosipsos tentate: num sitis in fide: vosipsos ꝓbate. An nō cognoscitis vosmetipsos: qđ Iesus chrs in vobis ē? Nisi sicubi reprobi estis. At spero vos cognituros: ꝙ nos nō simus reprobi. Opto aūt apud deū: ne qđ mali faciatis: nō quo nos ꝓbati appareamus: sꝫ vt vos: qđ honestū est faciatis: nos v̄o veluti reprobi simus. Non enim possumus quicq̄ aduersus veritatē: sed pro veritate. Gaudemus. n. cum nos infirmi fuerimus: vos aūt validi fueritis. Hoc autē insuper optamus: vestraꝫ integritatē. Propterea hec absens scribo: ne cū presens fuero: rigidus sim iuxta potestatem quaꝫ dedit mihi dominus in extructionem: ⁊ non in destructionem.

¶ Vosmetipsos tentate si estis in fide ipsi vos ꝓbate. An nō cognoscitī vosmetipsos: q̄ Chrs iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autē ꝙ cognoscitis: q̄ nos nō sumus reprobi. Oramus aūt deuꝫ vt nihil mali faciatis: nō vt nos ꝓbati pareamus: sed vt vos quod bonū est faciatis. Nos aūt vt reprobi simus: non possumus enīꝫ aliqđ aduersus veritatē: sꝫ pro veritate. Gaudemus. n. qm̄ nos infirmi sumus. Vos aūt potētes estis. Hoc ⁊ oramus vestraꝫ ꝯsumationeꝫ. Ideo enim hec absens scribo: vt nō p̄ns durius agam f̄m p̄tātem quaꝫ dn̄s dedit mihi in edificationē ⁊ non in destructionem. Lec. II.

¶ Cōsequēter cū dicit. AVDISTIS eni &c.] Probat ppositū .s. q non accepit ab hoie euāgeliū neq; añ conuersionē neq; post ꝯuersionē ad Christū ibi. CVM eni placuit &c.] Q aūt nō acceperit ab hoie añ cōuersionē suam ostēdit p odiū qd habebat ad fidē Christi & ad christianos: & p feruorē quē habebat ad iudaismū ibi. ET PROFICIEBAM &c.] Dicit ḡ. Dico q non accepi ab hoie & hoc ante ꝯuersionem meā: qd p3 ex factis illius temporis & exodio qd habebam ad fidem. Nam vosipsi audistis .s. infra eodē. Tantum autē auditū habebāt &c. CONVERSATIONEM meā] aliquādo dū infidelis erā in iudaismo quo iudaice viuebā. Et dicit MEAM: qa hoc quod male facimus ex nobis est: ex deo aūt quicqd boni facimus. Osee. 13. Ex te perditio tua israel ex me auxiliū tuum. Illud .s. audistis: QVONIAM supra modum] .s. aliorum: quia nō solum per se: sed puocabat pncipes ad hoc. Alij eni forte a principibus inducti psequebantur: sed iste eos inducebat. Act. 9. Saulus adhuc spirās minarū &c. Accessit &c. Et qa non solum in hierusalem: sed etiam per totā regionē. Unde accepit lrās in Damascum &c. Unde de eo pōt itelligi illud qd dicitur Gen. 49°. Beniamin lupus rapax &c. PERSECVTVS sum ecclīā dei] .s. ingrediēdo christianos & fugādo. p° Cor. 15. Non sum dignus vocari Apls &c. ET EXPVGNABAM illā] nō qdē spūalr: qa corda fideliū nō poterā a fide euertere: s3 corpalr affligēdo eos penis corporalib⁹ & ponēdo in carcere. Actuū. 9. Nōne hic est q &c. ps. Sepe expugnauerunt me &c. Sic ḡ p3 p odiū qd habebat ad fidē Christi: ante ꝯuersionē .s. q nō accepit euāgeliū ab hoie. P3 h etiā per amorē & feruorē zeli quē habuit ad iudaismū: & h quātū ad pfectū exteriorē. Uñ dicit. ET PROFICIEBAM &c.] Ubi tria ponit que exprimūt pfect⁹ magnitudinē: qa SVPRA multos] nō paucos pficiebat: non supra senes ineptos ad pfectū sciētie: s3 COETANEOS] adolescētes acutos & aptos ad pfectū. Tren. 3. Bonū est viro cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Itē nō supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue: s3 illos QVI sunt in gñe meo] .s. iudeorū. Act. 22. Ego sum vir iudeus secus pedes Gamalielis eruditus &c. Itē quātū ad zelū interiorē quē habebat ad legē. Et ideo dicit. ABVNDANTIVS] pre alijs EMVLATOR existens] nō solū legis: SED paternarū mearū traditionū] .s. q̄s hūt iudei licitas: quas boni pres addiderūt: vt dicitur in Glo. quas qdē traditiones vocat suas qa ita reputabat eas ac si sue fuissent. Phil. 3. Scdm legē phariseus fm emulationē psequēs &c. ¶ S3 qd est sup h qd dicit Glo. Boni pres addiderūt. Uidetur q nō fuerint boni: qa Deut. 4. dī. Nō addetis ad vbū quod ego loquor vobis &c. Ergo fecerūt ꝯ mādatum dñi: addētes traditiōes: & sic nō fuerūt boni. Dōm est q vbū illud dñi intelligēdū est nō addetis aliqd ꝯtrium seu extraneū verbis que ego loquor &c. Addere aūt aliqua que non sunt cōtraria licuit eis .s. aliquos dies solēnes & alia similia sicut factū est tpe Mardochei & tpe Judith in memoriam bñficiorū que a deo recipiebāt. ¶ Cōtra. Mat. 15°. Dñs reprehēdit eos dicēs. Irritum fecistis mādatū dñi pp̄ter traditiones hoium. Nō ḡ sunt licite traditiōes. ¶ Rñdeo dōm est q non arguuntur q tenent traditiones hominum: sed quia pp̄ter traditiones hominum dimittunt mandata dei.

Pr̄ib⁹ licuit addere legi nō cōtraria.
Moices tradi/tiōes facere nō est malū: s3 pp̄ter illas di/mittere man/data dei/ h ē hypocritarū vt nūc i mul/tis accidit.

¶ Ast vbi deo: qui segregauerat me ab vtero matris mee: & vocauit per grāz suā in hoc: vt reuelaret filiū suū p me: visū est: vt pdicarē ipz iter gētes: ꝯtinuo non ꝯtuli cū carne & sanguine: neq; redij Hierosolymā: ad eos q añ me fuerāt Apli: s3 abij i arabiā: ac denuo reuersus sū Damascū.

¶ Cū aūt placuit ei q me segregauit ex vtero matris mee & vocauit p grāz suā vt reuelaret filiū suū in me vt euāgelizarē illū in gētib⁹: ꝯtinuo nō acqeui carni & sanguini. Neq; .n. veni Hierosolymā ad antecessores meos Aplos: s3 abij in Arabiā & iterū reuersus sū Damascū. Lec. IIII.

Postq̄ autē Apls ostendit q ipse non accepit ab homine euangelium ante suam conuersionem: nunc hic probat q non accepit ipm ab homine post conuersionē suā. Et circa hoc duo fac. Primo ostēdit q non recepit euangelium ab homine tēpore conuersionis sue. Secūdo q nec etiam post conuersionē suam ibi. DEINDE post annos tres &c.] Circa primum duo facit. Quia primo ostēdit q non accepit euangelium ab Aplis neq; didicit. Scdo q nō ab alijs fidelibus ibi. SED abij in Arabiā &c.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit causam efficiētē sue conuersionis. Secūdo finē ibi. VT REVELARET &c.] Tertio modū ibi. CONTINVO nō acquieui &c.] Circa primū notat cām sue conuersionis que duplex ē .s. bñplacitum dei: qd est diuina electio & cōuertētis vocatio. Quantum ad primū dicit. CVM autē placuit] .s. deo non quando volui ego sed quādo placitū fuit sibi: qa nō est volētis neq; currētis &c. vt dicit Ro. 9. ps. Bñplacitum est domino &c. Phil. 2. Deus est qui opatur in nobis &c. Qui .s. deus me .s. rebellē. p° Cor. 15. Ego sum minimus Aplorū &c. quoniā persecutus sum &c. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarū &c. Persecutorē. Act. 9. Saule saule quid me persequeris &c. Blasphemum. pma Thi. pmo. Qui fui blasphem⁹ &c. ME] talem inq̄ SEGREGAVIT de vtero mrīs mee.] Uel ad lrām. Qui fecit me nasci ex ventre mrīs mee. Et vere dicitur deus segregare ex vtero l3 sit opus nature que est quasi instrumētum dei: quia opa etiā nostra attribuuntur deo sicut principali auctori. Esa. 26. Omnia enim opa nostra opatus es in nobis &c. Sicut & effectus principali agēti attribuuntur. Ideo dī Job 10. Pelle & carnibus vestisti me &c. Et ab hoc vtero segregatus est ad iustificationē: quia eiusdē est iustificare cuius est cōdere. ps. De vētre mrīs mee &c. Uel EX VTERO matris mee] .s. synagoge: cuius vterus ē collegium phariseorū qui nutriebant alios in iudaismo. Mat. 23. Circuitis mare & aridam vt faciatis &c. Sic ergo mater sua fuit synagoga. Cant. p°. Filij mrīs mee pugnauerunt contra me &c. Uterus eius sunt pharisei. Ex hoc ergo vtero est segregatus per spiritum sanctum ad fidē euangelij. Roma. p°. Segregatus in euāgelium dei. Uel MATER sua] est ecclesia Christi. Uterus eius collegium Aplorū. Segregauit ergo de⁹ ipm ab vtero ecclesie .i. a collegio Aplorū in officium Apostolatus & pdicationis ad gētes: quando dixit Apostolis. Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulū &c. Uocat autē synagogam matrē suam: quia phariseus erat quasi magnus in ea: vnde dicit phariseus & ex pharisei: quia zelator legis erat. supra. Abundantius aūt emulator &c. Quantū autē ad aliam causā dicit. ET VOCAVIT &c.] Est autem duplex vocatio. Una est exterior: & sic dicit vocauit me ex celesti voce. Act. 9°.

Paulus pharise⁹ erat.

Uocatio interior & exterior.

Saule

Saule saule qd me pſequeris ⁊c̃. Unde in Matheo ⁊c̃.
ſic etiaʒ alios apoſtolos vocauit. Alia eſt interior: ⁊ ſic
vocauit per quēdaʒ inſtinctum interiorē quo de᷒ per
grāʒ tāgit cor vt cōuertat̃ ad ipſuʒ: ⁊ ſic VOCAVIT]
e mala via in bonā: ⁊ hoc PER GRATIAM SVAM]
nō noſtris meritis. Ro. 8. Quos pdeſtinauit hos ⁊ vo
cauit ⁊c̃. Eſa. 45. Suſcitaui eū ad iuſtitiā ⁊c̃. Amos. 5.
Qui vocat aquas maris ⁊c̃. Finis aūt cōuerſionis po
nitur cum dicit. VT REVELARET filium ⁊c̃.] Qui
quidēʒ finis eſt Chriſtus. Ordinat̃ aūt conuerſio ſua
ad Chriʒ dupl̃r .ſ. facto ⁊ ſic dicit. VT REVELARET
filium ſuum] .ſ. in eo qđ circa me fecit cōuertēdo me ⁊
dimittendo peccata mihi reuelaret quāta ſit mihi fcā
miſericordia. pͥͤ Thi. p. Chriſtus ieſus venit in hunc
mundū peccatores ſaluos facere ⁊c̃. Sed iđ miſericor
diam dei cōſecutus ſum: qa ignorans ⁊c̃. Sic ḡ reuela
uit in eius cōuerſione filiū ſuum: ⁊ hoc inquātū filius
dicit̃ gratia dei. Itē reuelauit euʒ in eius opatiōe. Unñ
dicebat ipſe Ro. 15. Non eniʒ audeo aliqđ loqui eoꝝ
que per me nō effecit Chriſtus. In obediētiā gētium
in Xpo factus ⁊ virtute ⁊c̃. Et hoc inquātuʒ fili᷒ virtus
eſt dei. Itē reuelauit euʒ in eis pdicatione. Unde ipſe
pͥͤ Cor. 1. dicebat. Nos pdicam᷒ ⁊c̃. Uſqʒ. Et dei ſapiē
tiam. Et hoc inquātum filius eius dicit̃ dei ſapientia.
Itē ordinat̃ ad Chrm ſua cōuerſio verbo. Et ſic dicit.
VT EVANGELIZAREM illuʒ in gētibus:] qa alijs
apoſtolis euangeliçantib᷒ Chriſtū iudeis: Paulus de
mādato dñi iuit ad gētes cōuertēdas. Eſa. 49. Paruʒ
enim eſt mihi vt ſis mihi ſeruus ⁊c̃. dedi te i lucēʒ ⁊c̃.
Act. 13°. Sic eniʒ pcepit ⁊c̃. infra. Eſa. 55. Ecce teſtē po
pulis dedi eum ducē ac pceptorēʒ gētib᷒. ⁋ Modus
autē ſue cōuerſionis ē pfectus ⁊ quātuʒ ad effectum.
Unñ dicit. CONTINVO non acquieui carni ⁊ ſangui
ni] .ſ. ſtatiʒ ita pfecte ſui cōuerſus q̄ ois carnalis affe
ctus receſſit a me. Eccl. 11. Facile eſt eniʒ i oculis dñi
ſubito honeſtare pauperē. Et accipitur hic caro ⁊ ſan
guis pro vitijs carnalib᷒. pͥͤ Corin. 15°. Caro ⁊ ſanguis
regnū dei non poſſidebunt ⁊c̃. Infra. 5. Caro concupi
ſcit ⁊c̃. Uel pro affectu ⁊ amore ad carnal̃r ſibi cōiun
ctos. Math. 16. Caro ⁊ ſanguis non reuelabit ⁊c̃. Sic
Apoſtolus vitia ſuperauit ⁊ ſuos iudeos contempſit.
⁋ Item quantuʒ ad intellectum: quia ita fuit inſtru
ctus a Chriſto q̄ non fuit ei neceſſe inſtrui ab apoſto
lis. Et ideo dicit. NEC VENI HIEROSOLYMAM.]
vt .ſ. ab eis inſtruerer. ⁋ Item non fuit neceſſe inſtrui
ab alijs fidelibus. Et ideo dicit. SED ABII IN ARA
BIAM ⁊c̃.] Quaſi dicat. Non iui ad loca vbi erant alij
fideles vt me inſtruerent: ſed iui in arabiam vbi non
erant edocti in fide: ſed infideles. ET REVERSVS
SVM DAMASCVM] .ſ. ad parētes. Iob. 38. Quis de
dit vehementiſſimo imbri curſum ⁊c̃. ⁋ Sed ꝯ̄ dicit̃
Act. 9°. Qꝫ dimiſerunt eum de murū per ſportam ⁊c̃.
Cum autē veniſſet Hieruſalēʒ tentabat ſe iungere di
ſcipulis. Uenit ergo Hieruſalēʒ. ⁋ Dicēdum ē q̄ ve
nit: ſʒ non vt inſtrueretur. Uel melius dicēduʒ ē q̄ nō
ſtatim venit: ſʒ poſt aliquod tēpus. Et ideo ſequitur.
Deinde poſt annos tres ⁊c̃.

⁋ Deinde poſt annos treis redij Hieroſolymaʒ:
vt viderem Petrū: ⁊ manſi apud illū dies quin
decim. Aliuʒ aūt ex apoſtolis nō vidi quēq̄: niſi
Iacobū frēm dñi. Porro que ſcribo vobis: ecce
coram deo nō mentior. Deinde veni in regiones
ſyrie: cilicieq̄ʒ. Eram auteʒ ignotus iuxta faciem
eccleſijs iudee: que erāt in Chriſto. Sed tantum
hic rumor apud illos erat: qui perſequebat̃ nos
aliquādo: nunc pdicat fideʒ: quā quondaʒ expu
gnabat: ⁊ glorificabant in me deum.

⁋ Deinde poſt annos tres veni Hieroſoly
mam videre Petrum: ⁊ manſi apud eum
diebus quindecim. Alium aūt apoſtoloꝝ
vidi nemineʒ niſi Iacobū fratrē dñi. Que
autē ſcribo vobis ecce coraʒ deo: quia non
mētior. Deinde veni in pres ſyrie ⁊ cilicie.
Eraʒ aūt ignotus facie eccleſijs iudee que
erant in Chro. Tantum aūt auditū habe
bant: qm̃ qui perſequebat̃ nos aliqñ: nunc
euangelizat fidem quaʒ aliqñ expugnabat:
⁊ in me clarificabant deum. Lec. V.

Poſtq̄ʒ ſuperius Aplus oſtēdit ſe nō accepiſſe
euāgeliuʒ ab hoīe ante cōuerſionē ſuā:
nec tēpore ſue cōuerſionis: hic pbat q̄ nec etiam poſt
cōuerſionē accepit ipſuʒ ab hoīe: ſʒ potius hic oſtēdit
quō doctrina ſua fuit ab hoīb᷒ approbata. Et circa h̄
duo facit. Primo eniʒ manifeſtat quō doctria ſua fuit
ab apoſtolis approbata. Scđo oſtēdit q̄l̃r fuit appro
bata ab alijs fidelib᷒ ibi. DEINDE veni in pres ⁊c̃.]
Et primo narrat factū. Scđo cōfirmat veritateʒ dicti.
ibi. ECCE coraʒ deo ⁊c̃.] Dicit ergo. Lʒ nō iuerim ad
aplos vt inſtruerer ab eis circa pncipiuʒ mee conuer
ſionis: qa iam eraʒ inſtruct᷒ a Chro: tñ ex affectu cha
ritatis cōpulſus POST annos tres] .ſ. ꝯuerſionis mee
VENI hieroſolymaʒ] qm̃ iādiu deſiderauī VIDERE
PETRVM.] nō vt diſcerē ab eo: ſʒ vt viſitarem eum.
Iob. 5. Uiſitans ſpēm tuaʒ ⁊c̃. ET MANSI apud eum
dieb᷒ quindecim] receptus ab eo vt verax Apl's. Et dicit
dieb᷒ quindecim: qa numerus iſte componit̃ ex octo ⁊
ſeptē. Octonarius autē eſt numerus noui teſtamēti in
quo expectat̃ octaua reſurgētiuʒ. Septēnarius auteʒ
eſt numerus veteris teſtamēti: qa celebrat certū dieʒ.
Manſit aūt apud Petrū dieb᷒ q̄ndecim cōferēs cuʒ
eo de myſterijs veteris teſtamēti ⁊ noui. Et ne credat̃
q̄ lʒ ſit inſtructus a Petro: eſſet tñ etiaʒ inſtructus ab
alijs ſubdit: q̄ nec ab alijs fuit inſtruct᷒. Unde dicit.
ALIVM aūt aploꝝ] a quo inſtruerer VIDI neminē]
ideſt nullum NISI IACOBVM frēm dñi.] Illuʒ enim
vidit in Hierlm. Circa iſtū Iacobuʒ ſciēduʒ eſt q̄ iſte
[illegible] epiſcopus hieroſolymoꝝ ⁊ fuit vocatus Iacobus
minor eo q̄ vocat᷒ fuerat poſt Iacobū aliuʒ. Dicunt̃
autē multa de iſto. Act. 15. Ipſe etiam fecit eplaʒ cano
nicaʒ. Quare autē dicat̃ frater dñi: a diuerſis diuerſi
mode dr̃. Eluidius enim dicit q̄ ideo dr̃ frater dñi: qa
fuit fili᷒ beate Uirgis. Dicit .n. q̄ beata Uirgo Chrm
cōcepit ⁊ peperit: ⁊ poſt partū Chri ꝯcepit de Ioſeph
⁊ peperit alios filios. Sed hic error ē dānat᷒ ⁊ repro
batus. Itē pʒ eē falſuʒ: qa Iacob᷒ nō fuit fili᷒ Ioſeph
ſʒ Alphei. Alij Xo dicūt q̄ Ioſeph añ beatā Uirginē
habuit aliā vxorē de qua habuit filiū Iacobū ⁊ alios:
qua mortua accepit in vxorē beatā virginē de qua na
tus ē Chrs: nō tñ cognita a Ioſeph: ſʒ p ſpm̃ ſcm̃: vt in
euāgelio dr̃. Quia ḡ ex patre notantur cognationes ⁊
Ioſeph putabat̃ pater Chri. ideo iſte Iacobus lʒ non
fuit fili᷒ Uirginis: tñ vocabat̃ frater dñi. Sed hoc eſt
falſuʒ: qa ſi dñs matreʒ virginē noluit niſi virgini cō
mendare cuſtodiendam quō ſuſtinuiſſet ſponſuʒ eius
virginē non fuiſſe ⁊ ſic pſtituiſſe. Iđ alij dicūt ⁊ in Glo.

Deus reuela uit filiuʒ ſuū Paulo cōuertēdo, opeꝛando, pdicando.

Quid ſit iſte Iacob᷒ ⁊ q̄re frater dñi dicit̃.

[illegible]

tangit ꝙ Jacob⁹ iste fuit filius Marie cleophe q̄ fuit soror Uirginis. Dicit.n. ꝙ Anna mater beate Uirgis nupsit p̄mo Joachim ex quo peperit Mariā matrez dn̄i: quo mortuo nupsit Cleophe fratri Joachim ex q̄ peperit Mariaz cleophe: ⁊ ex hac natus est Jacobus minor Judas ⁊ Symon: quo mortuo dr̄ ꝙ nupsit adhuc cuidā tertio qui vocat⁹ ē Salome: ex quo cōcepit ⁊ peperit aliā Mariam que dicta est salome: ⁊ de hac natus ē Jacob⁹ maior ⁊ Joānes frater eius. Sed huic opioni dupl'r ɔ̄dicit Hieron. P̄rio q2 Salome nō est nomē viri vt ēt in greco appet: sz est nomē mulieris q̄ fuit soror beate Uirgis ⁊ ex Zebedeo genuit Jacobū maiorē ⁊ Joānē: sic Maria cleophe ex Alpheo gēuit Jacobū minorē Judaz ⁊ Symonē. Dr̄ aūt frater dn̄i ille Jacob⁹ spāl'r inter alios suos ɔsobrinos: ⁊ hoc ꝓpter duo. P̄rio ꝓpter silitudinez effigiei: q2 silis erat Chr̄o in facie. Et ꝓpter silitudinē vite: q2 imitabat̄ Christū in morib⁹. Uel q2 Alpheus pater ei⁹ fuit de cognatione Joseph. Et iō q2 iudei cognationis lineā texere solent a marib⁹ ⁊ Chr̄s putabat̄ filius Joseph: vt dr̄ Luc. 3. Jō spāl'r dicit⁹ ē frater dn̄i: ⁊ nō alij qui solū ex matre cōiuncti erāt ei. Accipit̄ aūt hic frater cognatiōe. Nā in scriptura frēs aliqui dicunt̄ nā. Mat. p̄. Jacob aūt genuit Judā ⁊ frēs eius. Cognatiōe: sicut oēs ɔsanguinei sunt fratres. Gen. 13°. Ne queso sit iurgium inter te ⁊ me. frēs eniz sumus. Gente: ⁊ sic oēs vnius lingue dicunt̄ frēs. Deut. 17°. Non poteris alteri⁹ gentis hoiem regem facere qui nō sit frater tuus. Affectiōe: ⁊ sic oēs amici ⁊ qui hn̄t eundē affectū dicunt̄ frēs. 2° Cor. 2°. Eo ꝙ nō inuenerim Titū frēz meū ⁊c̄. Religione: ⁊ sic oēs chr̄iani qui hn̄t vnā regulam vite dicunt̄ fratres. Mat. 23. Frēs estis ⁊c̄. Ps. Ecce q̄ȝ bonū ⁊ q̄ȝ iocūdum habitare fratres in vnū ⁊c̄. Cōiter aūt oēs hoīes dicūt̄ fratres: q2 ab vno deo gubernati ⁊ educati. Malac. 2. Nunquid non vnus est pater oīum nostrū ⁊c̄.

Frēs dicūtur natura cognatione gratie affectione religione oēs hoīes.

¶ Consequēter cū dicit. QVE aūt dico vobis ⁊c̄.] Cōfirmat per iuramētuz qd̄ dixerat. q.d. EA QVE nunc scribo vobis de me ecce] in manifesto sūt. QVOD nō mētior.] Et h̄ dico CORAM DEO] .i. teste deo. Jurat aūt hic Apl's nō ex leuitate: sz ex necessitate istoꝝ q̄b⁹ necc̄iuz erat vt crederent. Nisi.n. h̄ faceret non crederent ei. 2° Corinth. 2. Coraz deo in Christo loquimur. Roma. p̄. Testis est mihi deus ⁊c̄. ¶ Quid ergo dicit dn̄s. Sit sermo vester est est / non nō: qd̄ amplius est a malo est. Dicēduz est: ꝙ est a malo ei⁹ qui nō credit vel a malo pene quo cogitur quis iurare.

Jurare oīo male nō licz: sz iudicio iustitia ⁊ veritate seruatis: sz ſm veraz doctrinā Chri.

¶ Consequēter cuz dicit. DEINDE veni ⁊c̄.] Ostendit q̄uo fuit approbatus ab alijs ecclesijs iudee. Ubi tria facit. P̄rio ostēdit vbi fuit ɔuersatus q2 in cilicia. Uñ dicit. DEINDE veni i p̄tes syrie ⁊ cilicie] .i. p̄uīc vñ ēt fuit natus: q2 dr̄ Act. 22. Erat aūt Paulus a tharso cilicie ⁊c̄. Scd̄o q̄uo fuit cognitus ab eis: q2 non facie sed auditu tm̄ ⁊ fama. Uñ dicit. ERAM .n. ignot⁹ facie ecclesijs iudee q̄ erant in Chr̄o] .i. in fide Chr̄i. 2° Cor. 6. Sicut q̄ ignoti ⁊ cogniti. Uñ p3 ꝙ eccl'ie iudee nō docuerūt me. Tantū.n. auditū habebāt .s. de me ꝑ famā: q2 qui ꝑsequebat̄ nos ⁊c̄. Tertio q̄uo approbatus est ab eis: q2 in me glorificabāt deū .i. in mea cōuersione magnificū ꝓbabant qui grā sua me cōuertit. Esa. 43. Glorificabit me bestia ⁊c̄.

Cap. II.

DEinde post annos quatuordeciz rursum ascendi Hierosolymā vna cum Barnaba: assumpto simul ⁊ Tito. Ascendi aūt iuxta reuelationē: ⁊ contuli cum illis euāgeliuz: qd̄ predico inter gentes: sed priuatim cum his: qui erant in precio: ne quomodo in vanum currerem: aut cucurrissem. Sed neq3 Titus: qui mecum erat; cū esset grecus: cōpulsus fuit circūcidi: ꝓpter obiter ĩgressos falsos fratres: qui subintroierant ad explorāduz libertatem nostrā: quam habemus in Chr̄o iesu: quo nos in seruitutē adigerent. Quibus ne ad tēpus quidez cessimus per subiectionē: vt veritas euāgelij permaneret apud vos.

DEinde post annos q̄tuordecim iterum ascendi Hierosolymam cū Barnaba assumpto ⁊ Tito. Ascendi aūt ſm reuelationez ⁊ cōtuli cū illis euāgeliuz qd̄ predico in gentib⁹. Seorsum aūt his qui videbant̄ aliqd̄ esse: ne forte in vacuū currerem aut cucurrissem. Sed neq3 Titus qui mecū erat cū esset gentilis cōpulsus est circūcidi: sed ꝓpter subintroductos falsos fratres: qui subintroierunt explorare libertatē nostrā quā habemus in Christo iesu: vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neq3 ad horaz cessimus subiectioni: vt veritas euangelij permaneat apud vos.

POstq̄ȝ Apl's in p̄cedēti c̄aplo cōmēdauit auctoritatē euangelice doctrine ſm seipsaz: nūc in isto c̄aplo cōmēdat ipsaz ex pte alioꝝ aploꝝ ⁊ sua silr. Et circa h̄ duo fac̄. P̄rio cōmēdat auctoritatē sue doctrīe ex approbatiōe alioꝝ aploꝝ. Scd̄o ex exēplo sui ⁊ alioꝝ Aploꝝ. ibi. NOS nā iudei nō ex gētibus ⁊c̄.] Circa p̄ᵐ duo fac̄. P̄rio ostēdit ꝙ alij apli approbauerūt suā doctrinā. Scd̄o ōndit ꝙ libere reprehēdit alios aplos in his q̄ ɔ̄tra3 sue doctrine dicebant. ibi. CVM venisset Petrus ⁊c̄.] Circa p̄ᵐ duo facit. P̄rio agit de collatiōe quā habuit cū aplis. Scd̄o insinuat qd̄ inde secutum sit. ibi. SED neq3 Titus ⁊c̄.] Circa p̄mū duo facit. P̄rio ponit circūstātias ipsi⁹ collationis. Scd̄o ponit ipsam collationē ibi. ET CONTVLI cū illis ⁊c̄.] Quātuz ad p̄mū tāgit quatuor circunstātias .s. tēpus locū testes ⁊ motiuū ipsius. Describit aūt tp̄s cū dic̄. DEINDE post annos q̄tuordeciz.] ¶ Sed ɔ̄ est: q2 Apl's fuit cōuersus primo anno post passionē Christi. Et post tres iuit in Hierl'm ⁊ sic sunt quatuor: ⁊ hic dicit post annos quatuordecim iterum fuit in Hierl'm: ⁊ sic fiunt decē ⁊ octo. Et tunc inuenit Petrū in Hierl'm. Et h̄ nō pōt eē: q2 Petrus sedit in Antiochia septez annis: in Roma v̄o. 25. annis. Et sic decem ⁊ octo ⁊ septez sunt viginti q̄nq3 anni anteq̄ȝ iret Romam: ⁊ Rome morat⁹ est. 25. annis. Ergo vixisset Petr⁹ post passionē Chr̄i. 50. annis: qd̄ est falsum: quia quadragesimo anno a passione Chr̄i passus ē Petrus Rome vt in historia habet̄ qd̄ fuit tēpore Neronis. ¶ R̄ndeo dicēduz ꝙ cum dicit̄ deinde ⁊c̄. nō est intelligēdum ꝙ post tres annos iterum elapsi sint quatuordecim anni anteq̄ȝ iret in Herl'z: sz ꝙ anno q̄rtodecimo sue cōuersionis iterū ascēdit: nec sunt addēdi supra istos quatuordecim septē anni q̄b⁹ Petr⁹ rexit eccl'iā antiochenā: q2 añ istos annos icepit regere: cuz

antiochia sit ppe Hierlm: potuit eē vt aliqñ Petrus iuisset in Hierlm: ꝛ tūc Paulus iuenerit euz ibi. Et sic colligit̄ ex historia ꝙ post annos q̄tuordecī Petrus venit Romā tpe Claudij ipatoris ꝛ existēs ibi viginti quinq; annis cōpleuit numerū triginta nouē annoꝝ ꝛ mortuus est quadragesimo anno post passionē dñi. Dicit autē signanter QVATVORDECIM.] vt ostendat ꝙ non indigebat apostoloꝝ instructione si quatuordecim annis fuit sine eis.

¶ Locuz vo describit cū dicit. HIEROSOLYMAM.] Et dicit. ASCENDI] quia in alto posita ē. Ascēdit aūt hierosolymaz: vt ostēderet se cōcordare cū ꝓphetia q̄ dicit. Esa. 2. De Syon exibit lex ꝛc̄.

¶ Testes describit cū dicit. CVM Barnaba assumpto Tito.] Barnabas iude⁹ erat: Titus vo gētilis. Cū eis ḡ ascēdit vt hiet testes sue doctrine: ꝛ vt in nullaz ptē siue iudeoꝝ siue gētiluz ostēdat se declinare. Deu. 17. In ore duoꝝ vel triuꝫ stat omne vbuz.

¶ Motiuū aūt describit cū dicit. SECVNDVM reuelationē dei] .i. deo reuelante ꝛ p̄cipiēte sibi ꝙ ascēderet in Hierlm. Ex quo colligi pōt ꝙ oēs actus aploꝝ a motus fuerunt ſm instinctuz spiritussancti. Job. 37. Nubes spargunt lumen suum ꝛc̄.

¶ Consequēter cuz dicit. ET CONTVLI ꝛc̄.] Agit de ipsa collatiōe. Ubi tria facit. Primo manifestat mām sup quā cōtulit. Scdo psonas cuz qb⁹ ꝯtulit. Et tertio cām ꝓpter quā cōtulit. Materia de qua contulit fuit euāgeliuz. Et iō dicit. CONTVLI cuz illis euāgelium dei ꝛc̄.] Persone cū qbus ꝯtulit sunt maiores ꝛ excellentiores īter aplos dicēs. SEORSVM aūt cū his ꝛc̄.] Sed cā vtilis ꝛ necīa. ne. s. in vacuū ꝛc̄. Quātuz ad p̄mū dicit. ASCENDI hierosolymā vbi ꝯtuli cū illis tanq̄ cū amicis ꝛ parib⁹ euāgeliuz qd̄ p̄dicaui in gentibus.] nō vt adiscerē: q2 iam doctus eram a Chro: nō vt certificarer: q2 sic cert⁹ sum ꝙ si angelus diceret ꝯtrā nō crederē: vt pꝫ supra p̄mo ca°. Sed cōtuli ꝓpter duo. s. ad insinuādaz vnitatē doctrīe mee cuz doctrina alioꝝ aploꝝ. p̄ᵉ Cor. 1. Idipsuz dicatis oēs ꝛc̄. Contulit ḡ cū eis quasi idē vbuz cū ceteris nō ptes habuit. Itē ad vitanduz calumniā alioꝝ. Apls. n. q2 nō fuerat cōuersatus cū Chro: nec edoctus ab aplis: sꝫ statim post conuersionē suaz icepit p̄dicare: ꝛ que erāt odiosa iudeis: ꝛ spālr de vocatiōe gētiuz: ꝛ ꝙ nō debebāt seruari legalia. Sic ḡ cōtulit euāgeliuz. Sed cū qb⁹ hoc fecerit ostēdit subdēs. SEORSVM aūt his ꝛc̄.] q. d. Non cuz oibus: sꝫ cū his qui erāt inter alios alicuius auctoritatis ꝛ momēti. s. cuz Petro Jacobo ꝛ Joāne: ꝛ alijs magnis. Eccl. 9. Cuz sapiētib⁹ ꝛ prudētib⁹ tracta ꝛc̄. Sed SEORSVM ꝛc̄.] Non ꝙ turpia vel falsa cū eis tractaret ac cōferret sicuti heretici faciūt: sꝫ q2 sciebat ibi eē iudeos calumniātes: ꝓpterea q2 de legalib⁹ docuerat. Et iō ne veritas pateret calūnie cū illis seorsum cōtulit qui nō calumniarent̄. Prouer. 25. Cām tuaz tracta cū amico tuo: ꝛ secretū extraneo ne reueles ꝛc̄. Eccl. 8. Coraz extraneo ne facias consiliuz ꝛc̄. Sic ḡ pꝫ ꝛ mā collationis ꝛ psone. ¶ Sequitur cā que fuit. s. NE IN VACVVM currerē aut cucurrissem] .i. ne reputarer p̄dicasse inutilr. Uocat aūt p̄dicationē suā cursum ꝓp velocitatē sue doctrine: quia in modico tpe a Hierlm vsq; in illiricū ꝛ vsq; in hyspaniaz p̄dicauit euāgeliū. Unū posset dici de eo illud ps. Uelociter currit sermo eius. ꝛ 2ᵉ Thes. 3°. Frēs orate pro nobis: vt sermo dñi currat ꝛc̄. ¶ Sꝫ nūqd dubitabat ꝙ i vacuū curreret. ¶ Dōm ē ꝙ sibi nō dubitabat: sꝫ illis qbus p̄dicauerat: q2 nisi ab illis firmiter teneret̄ sua doctrina q̄tuz ad illos in vacuū cucurrisset: ꝛ iō voluit ꝯferre cuz eis: vt dum scirēt auditores ꝙ doctrina sua cōcordaret cū doctrina alioꝝ aploꝝ ꝛ approbaretur ab eis firmius eius doctrinā tenerēt: ꝛ quātuz ad eos nō in vanū curreret. p̄ᵉ Corin. 9. Ego sic curro nō quasi in incertū.

¶ Consequēter cuz dicit. SED neq; Titus ꝛc̄.] Ostēdit qd̄ secutū sit ex collatiōe cū aplis habita. Et pōit tria que inde secuta sunt. s. ꝙ a sua sn̄ia non recessit: ꝛ ꝙ sue doctrine nihil supadditū fuit. ibi. AB HIS aūt que videbant̄ ꝛc̄.] Tertio ꝙ sua doctrina approbata est. ibi. SED ecōtra cū vidissent ꝛc̄.] Circa p̄ᵐ duo facit. Prio ostēdit ꝙ nō recessit a sua sn̄ia in quodaz particulari. Scdo ostēdit ꝙ ēt in nullo alio recessit ab ea ibi. SED ꝓpter itroductos ꝛc̄.] Dicit ḡ. Dico ꝙ ita cōtuli cū eis de doctrina euāgelij ꝙ ex h̄ secutū est ꝙ doctrīa mea ꝛ sn̄ia firma ꝑmāsit. s. de legalibus nō obseruādis. s. ꝙ gētiles nō cogerētur ad seruāduz legalia: intantum ꝙ NEQVE Titus qui mecū erat: cuz esset ēt gētilis cōpulsus est] rōnib⁹ eoꝝ CIRCVNCIDI.] sꝫ suscept⁹ est ab aplis in societatē incircūcisus. Unī tunc data ē sn̄ia ab aplis de legalib⁹ nō obseruādis: sicut hr̄ Actuū. 15. Rō aūt quare post passionē Chri nō debēt seruari legalia assignat̄ a Chrysostomo talis. Manifestū est. n. ꝙ instrm̄ qd̄ fit de aliqua ꝓmissione seu federe tenet tantū quousq; cōpleat̄ fedus ꝛ ꝓmissio: qb⁹ cōpletis instrm̄ p̄dictū in h̄ nō tenet. Circūcisio aūt ē quoddaz instrm̄ ꝓmissionis ꝛ federis inter deū ꝛ fideles hoīes. Unī ꝛ Abraā accepit circūcisionē i signū ꝓmissionis: vt dr̄ Gen. 17. Et q2 Chri pacta passione soluta fuit ꝓmissio ꝛ cōpletū fedus. iō post passionē non tenet nec valet circūcisio. Sic ḡ pꝫ ꝙ nō recessit a sn̄ia sua in h̄ ꝙ ꝑmitteret circūcidi Titum.

Quare post passionē chri legalia nō debēt seruari.

¶ Consequēter ostēdit ꝙ in nullo alio ēt recessit ab ea cū dicit. SED ꝓpter subintroductos ꝛc̄.] Lra autē ista est diuersa i diuersis ꝛ obscura. ꝛ legit̄ sic. Tu dicis ꝙ nō ꝑmisisti circūcidi Tituz: sꝫ q̄re nō ꝑmisisti. Nōne alibi ꝑmisisti Thimotheū: sicut legit̄ Act. 16°. Ad hoc pōt sic rūdere Apls: q2 tūc tpis qñ Thimotheus fuit circūcisus: indifferēs erat circūcisio. Utruz. s. seruaret̄ vel nō: sꝫ modo cū ageret̄ de Tito erat spālis questio de circūcisione quā ego dicebā nō debere seruari. Unī si ꝑmisissem eū circūcidi egomet diffiniuissem qōnez ꝛ fuisset tractū in ꝯtriuz tpore iam determinatā. Et iō dicit. DICO] ꝙ nō solum nō ꝑmisi ipsuz circūcidi ab illis qbus NEQVE ad horā cessim⁹ subōni] . s. vt gentes subderent̄ legi. Et h̄ PROPTER subintroductos] a diabolo vel a pharisseis FALSOS fratres] qui se fingunt amicos. 2ᵉ Cor. 12. Periculuz in falsis fratribus. Qui. s. frēs falsi subintroierunt in locū vbi erant apli: latēter explorare. i. AD EXPLORANDVM libertatē nostrā] a pctō ꝛ lege. 2ᵉ Cor. 3. Ubi spūs dñi: ibi libertas. Ro. 8. Nō. n. accepistis spūz seruitutis ꝛc̄. Infra. 4. Ut eos qui sub lege erāt redimeret. Quā. s. libertatem habem⁹ IN CHRISTO IESV] .i. ꝑ fidē Chri. ifra. 4. Non estis ancille filij sꝫ libere. Et ad h̄ subintroierūt vt in seruitutē legis ꝛ carnaliū obseruātiaꝝ redigerēt sicut añ passionē Chri qd̄ nō ē faciēdū: q2 fundamētū aliud nemo pōt ponere ꝛc̄. p̄ᵉ Corin. 3. Et h̄ vt veritas euāgelij ꝑmaneat apud vos. q. d. In nullo cessim⁹ eis ꝓp h̄ ne. s. occasionē daremus eis qui sine circūcisione dicebāt vos nō posse saluari: qd̄ est ꝯ veritatē euāgelij qd̄ p̄dicaui vobis. Ambro. aūt alr legit. Scdm ꝓmissa eniz habet̄ ꝙ ideo ad horā non cessit ꝓpter subintroductos. Ex quo sequitur ꝙ nisi fuissent subintroducti falsi fratres cessisset eis de legaliū obseruatiōe. Et ideo.

Quare Tit⁹ nō fuit circūcisus ꝛ Thimothe⁹ sic.

Responsio.

Opio sancti Ambrosij.

ppter hoc nõ fuit:q2 ppter hoc non cessisset eis:sz ppter ipsam veritatẽ. Ideo dicit Ambro. q lra ẽ falsa:⁊ supfluit ibi NEQVE. Unde vult q non sit ibi neq3. Et tunc ẽ sensus. Non pmisi circũcidi Titũ:sed Thimotheũ pmisi circũcidi ppter subintroductos falsos frẽs in loco vbi eram cũ Thimotheo ⁊ alijs qui subintroierũt ⁊c. Qd cũ facere nequiuissent populum in seditionẽ cõtra nos icitare moliebant̃. Quib⁹ .s. falsis fratrib⁹ ppter hoc cessimus ad horam subõni in facto circũcisionis:circũcidẽdo Thimotheũ vt veritas euãgelij pmaneat ⁊c. que h3 q nec circũcisio aliqd ꝯfert: neq3 pputium:sz fides. ¶ Fuit aũt spãlis cã q̃re Thimotheus circũcisus fuit ⁊ nõ Titus:q2 Thimotheus fuit ex patre gẽtili ⁊ matre iudea: Titus vo ex vtroq3 parẽte gẽtili. Et sniã Apli erat q qui ex aliquo parẽte iudeo nati fuerãt circũciderent̃. q vo totalr ex gẽtilib⁹ parẽtib⁹ nati essent nullo mõ debeãt circũcidi.

Spãlis causa q̃re fuit Thimotheus circũcisus.

¶ Ab his aũt qui videbant̃ aliqd esse:quales aliquãdo fuerint:nihil mea refert. Personã hois deus nõ accipit. Nam mihi qui videbant̃ esse in precio:nihil cõtulerũt. Immo cõtra:cũ vidissent mihi cõcreditũ fuisse euãgeliũ preputij:quẽadmodũ Petro circũcisionis (Nã qui efficax fuit in Petro ad apostolatũ circũcisionis:efficax fuit ⁊ in me erga gentes) cũ cognouissent grãz mihi datã: Jacobus ⁊ Cephas ⁊ Joãnes:qui videbantur esse columne: dextras dederunt mihi ac Barnabe societatis: vt nos in gentes: ipsi vo in circũcisionem apostolatu fungerentur:tantũ vt pauperum memores essemus in quo ⁊ diligens fui: vt hoc ipsum facerem.

Roma. 2.
Ephe. 6.
Col. 3.
Act. 10.
1. Pet. 1.
Jaco. 2.

¶ Ab his aũt qui videbant̃ esse aliqd quales aliqñ fuerint nihil mea interest. Deus enim personã hois nõ accipit. Mihi enim qui videbant̃ esse aliqd nihil cõtulerũt:sed ecõtra cũ vidissent q creditũ est mihi euãgelium preputij sicut ⁊ Petro circũcisionis. Qui.n. operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis operatus est ⁊ mihi inter gẽtes: ⁊ cũ cognouissent grãz que data est mihi: Jacobus ⁊ Cephas ⁊ Joãnes qui videbant̃ columne esse:dextras dederunt mihi ⁊ Barnabe societatis: vt nos in gẽtes:ipsi aũt in circũcisione:tantũ vt pauperũ memores essem⁹. Qd etiã sollicitus fui hoc ipsum facere. Lec. II.

Ostenso q Apls in nullo recessit a snia sua in collatione pdicta: hic ꝯñter ostendit q nihil sue doctrine p alios aplos supadditũ fuit. Et circa hoc duo facit. Pmo enĩ describit cõditionẽ aploꝝ nihil ei addere valentiũ. Scdo ꝓsequit̃ ppositũ.ibi. MIHI enĩ qui ⁊c. Conditionẽ aũt illoꝝ describit ex trib⁹. Pmo ex auctoritate quã habebãt in ecclia que est magna. Et q̃tũ ad hoc dicit. Ab his aũt ⁊c. lra defectiua ẽ. Unde d3 suppleri sic. AB HIS AVTEM .s. Petro ⁊ Joãne .q.d. L3 ad horã cesserim eis:nihil tñ accepi ab eis ptãtis vel doctrine. Et si ab his nihil accepi: multo minus ab alijs. ¶ Sed notãdũ ẽ q hoc qd dicit. QVI videbant̃ aliqd eẽ. Si h intelligat̃ fm gratiã dei que in ipsis erat:sic verũ ẽ q fm hanc magni erant:quia quos iustificauit hos ⁊ magnificauit. vt dr Ro. 8°. Si vo intelligant̃ aliqd eẽ fm seipsos:sic falsum est:q2 fm h nihil erant. Nam si fm se aliqd esse viderẽtur sp fuissent magni:q2 qd p se inẽst sp inẽst. Unde cũ nõ fuerint semp magni nõ fm se videbant̃ aliqd esse. Scdo describit eoꝝ cõditionẽ ex statu eoꝝ ante cõuersionẽ quã habuerũt in synagoga. Et hunc statũ caute ostẽdit fuisse abiectũ ⁊ vilem. Unde dicit QVALES aliqñ fuerant .s. q2 rustici pauperes ideote ⁊ sine lrĩs erant. p° Cor. 1. Non multi sapiẽtes fm carnẽ ⁊c. Sed QVALES fuerint. NIHIL .i. non MEA INTEREST .s. referre. Et h forte introducit vt ꝯsiderãtes statũ quẽ illi habuerũt in synagoga qui nullus fuit: ⁊ statũ Pauli qui magn⁹ fuit:manifeste cognoscãt q Paulus in snia quãtũ ad legalia sit eis preferẽdus: ⁊ ꝑsertim cum Paulus in statu ecclie Xpi eis equaret̃: ita q Paulus eos in statu synagoge ante cõuersionẽ pcedebat in statu:post ꝯuersionẽ eis equalis erat. Unde cũ agebat̃ de synagoga magis erat standum sententie pauli q̃3 alioꝝ:sz cũ de euangelio ageret̃ standũ erat snie sue sicut snie alioꝝ. Et sicut alij nõ erant magni p legalia:sz per Xpm:sic ⁊ Apls per Xpm magn⁹ erat in fide ⁊ non p legalia. Tertio describit eoꝝ ꝯditionẽ ex diuina electiõe. Et quãtũ ad hoc dicit. DEVS enĩ ꝑsonam ⁊c. .q.d. Ideo magni sunt:quia deus eos magnificauit nõ attẽdens ad merita vel demerita eoꝝ:sz ad ipsum qd facere intẽdit. Et iõ dicit. DEVS ꝑsonam hois nõ accipit .i. non cõsiderat magnũ vel paruum. Sap. 6. Pusillum ⁊ magnũ ipse fecit ⁊c. Sed sine ꝑsonarũ acceptiõe ad salutẽ oẽs vocat nõ imputãs illis delicta eoꝝ: ⁊ hoc q2 transierunt. 2ᵉ Cor. 5. Uetera trãsierunt ⁊c. ps. Nec memor ero nominũ eoꝝ ⁊c. Et iõ dicit Petrus Actuũ. 10. In veritate comperi q nõ est ꝑsonarũ acceptio ⁊c. ¶ Circa hoc sciẽdũ est q accipere ꝑsonã ꝓprie ẽ in aliquo negocio attẽdere quasi regulã ipsius negocij: cõditionẽ ꝑsone nihil faciẽtẽ ad negociũ: puta cũ ideo do bñficiũ alicui:q2 ẽ nobilis siue pulcher. Nobilitas enĩ seu pulchritudo nil facit ad hoc q habeat bñficiũ. Si vo cõditio ꝑsone facit ad negociũ sic cõsiderando illã ꝯditionẽ in facto illo nõ accipio ꝑsonã: sicut si ideo do bñficium alicui: q2 bonus ẽ ⁊ bñ deseruiet ecclie:q2 bñ lrãtus ⁊ honestus:nõ sũ acceptor ꝑsone. Nil ẽ est ꝓprie accipe ꝑsonam q̃3 cõsiderare cõditionẽ ꝑsone nil facientẽ ad negociũ. Cum ẽ deus in opib⁹ suis ⁊ bñficijs nihil preexistẽs ex parte creature respiciat:q2 ipsum qd ẽ creature ẽ effectus sue electionis:sz respiciat solũ q̃si pro regula bñplacitũ voluntatis sue fm quã oĩa operatur ⁊ nõ fm aliquã cõditionẽ ꝑsone. vt dicit̃ Eph. 4. Manifestum ẽ q non accipit ꝑsonam hois.

Quid sit accipere ꝑsonã.

¶ Consequẽter descripta ꝯditiõe illoꝝ ostẽdit ꝓpositum .s. q nil ei addere potuerũt. Et iõ dicit. MIHI aũt qui videbant̃ aliqd eẽ nihil cõtulerũt .q.d. L3 essent magne auctoritatis:tñ nil addiderũt doctrie mee nec potestati:q2 sicut supra dictũ est: neq3 ab hoie accepi euangelium: neq3 per hominẽ didici. Glo. autẽ aliter legit. QVALES aliquãdo fuerint ⁊c. .q.d. Non ptinet ad me referre statum eoꝝ ante cõuersionẽ. QVALES scz fuerũt. q2 ⁊ hoc nihil refert cũ ⁊ ego fuerim ipsius ecclie ẽt ꝑsecutor: ⁊ tamẽ deus elegit me ⁊ magnificauit: ⁊ hoc q2 dñs ꝑsonam hois non ⁊c.

¶ Consequẽter cũ dicit. SED ECONTRA cum vidissent ⁊c. Ostẽdit quõ eius snia sit approbata ab aplis. Et circa h tria facit. Pmo ponit cãm approbationis.

Scdo illuīat ipsaȝ approbationē.ibi.IACOBVS ET CEPHAS ꝛc.] Tertio addit quādam ꝯditionē approbationi interpositā.ibi. TANTVM vt pauperes ꝛc.] Cāȝ aūt approbationis ponit duplicē que mouit apostolos approbare sniam apli.s.ꝑdicationis offm aplo iniunctuȝ a Christo:ꝛ effectum iniuncti officij ibi.ET CVM cognouissent ꝛc.] Circa pmū primo ponit officiuȝ iniunctū qd mouit eos ad approbāduȝ. Secūdo officij manifestationē.ibi. QVI ENIM opat᷒ est ꝛc.] Dicit ḡ. Dico ꝙ illi qui videbanᷓ aliqd ēē nihil mihi cōtulerunt:sȝ potius cōtra opinionē aduersarioꝝ qui ascēderāt ꝯtra me in Hierlm ad aplos pro ipsa q̄ne: me ipsi apostoli approbauerūt. Et h̄ CVM vidissent ꝙ creditū est mihi euāgelium].i.officiuȝ ꝑdicationis PREPVTII].i.iniunctum: in circūcisis.s.gentilibus. Hiere.9. Oēs gētes habēt ꝑputiuȝ.ois aūt domus ꝛc. SICVT ET PETRO]commissa ē auctoritas vt ꝑdicaret IVDEIS]tantū ꝛ Paulus gētib᷒:sȝ postmodum ꝛ Petrus ꝑdicauit gētib᷒ ꝛ Paulus iudeis.Sed quia aliqs posset dicere. vnde cōstat nobis ꝙ tibi sit commissuȝ euāgeliuȝ in gētib᷒:ideo interponēs dicit ꝙ ꝑ opatiōes Chrū.Sicut eniȝ pȝ ꝙ Petrus accepit euangeliuȝ a Chro ꝑpter mirabilia q̄ Chris fecit ꝑ eum:ita pȝ ꝙ ego ab ipso accepi ꝑpter miracula q̄ Chris opatus ē ꝛ opatᷓ i me.Et iō dicit. QVI opat᷒ ē Petro ꝛc.] idest qui Petrū fecit apostolum in iudea.s.Chris: ipse me fecit apostoluȝ in gētib᷒. Et hec ē cā q̄ mouet eos. Sȝ qa nō sufficit iniunctio ꝛ auctoritas ꝑdicandi nisi hō ꝑ bonā sciaȝ ꝛ discretā eloquētiā ipsam exequatᷓ:ꝛ ꝑ bonā vitaȝ cōmēdet:ideo addit vsum siue auctoritatis seu officij effectum dicēs. ET CVM cognouissent grāȝ dei ꝛc.] Et ē lrā suspēsiua.i.cum vidissent ꝙ gratiosa ꝛ fructuosa esset predicatio mea:tunc Jacobus ꝛ Cephas ꝛ Joānes ꝛc. In quo notatᷓ approbatio seu societas facta cuȝ eis ꝛ Paulo.Et pmo ponunᷓ persone inter quas facta est societas que sunt IACOBVS ET CEPHAS].i.Petrus.ET IOANNES.Et premittitur Jacobus:qa erat eps hierosolymoꝝ: vbi hec fcā sunt. Joānes aūt:iste fuit Joānes euāgelista qui nō dīeruit iudeā vsqȝ ad tēpus Uespasiani. QVI VIDEBANTVR colūne esse. Metaphorice dr̄ hoc.i.sustētatio totius ecclie.Sicut.n.totū edificiū sustētatᷓ ꝑ columnas: ita ꝑ istos tota ecclia iudeoꝝ sustentabatᷓ ꝛ regebatᷓ. Et de istis columnis dr̄ in ps.Ego cōfirmaui colūnas eius.i.aplos ecclie.Cant.5.Crura illius columne marmoree que fundate sunt sup bases aureas. ISTI].s.ex VNA parte dederūt dexteras societatis].i.ꝯsenserūt in societatē MIHI ꝛ Barnabe.] In quo designanᷓ ꝑsone ex alia pte.Per hoc aūt ꝙ dederūt sibi dexteras significatᷓ ꝙ ꝑ manus se acceperūt in signuȝ ꝯiunctionis ꝛ vnitatē opionis.Scdo ostēditur societatis tenor seu ꝯditio cū dicit.VT NOS in gētes:ipsi aūt in circūcisionē].s.ꝑdicarēt.q.d. Facta fuit inter nos ꝯiunctio ꝛ vnio:ita tn̄ ꝙ sicut oēs fideles obediūt Petro in circūcisiōe.i.i ecclia iudeoꝝ fideliū:ita oēs gētiles qui conuersi fuerūt ad Chrīm obedirēt Barnabe ꝛ Paulo:h̄ tamē apposito VT NOS essemus memores pauperū Chri]qui.s.vēdiderāt oia bona sua ꝛ ꝑciuȝ eoꝝ ad pedes aploꝝ posuerāt ꝑpter Christuȝ pauperes effecti. QVOD qdē sollicit᷒ fui hoc idē facere]nō min᷒ affectus q̄ȝ ipsi qui ordinauerūt:sicut appet Ro.15. ꝛ pme Cor.6.ꝛ 2ᵉ Cori 8.ꝛ.9. Nō aūt q̄re ꝯsuetudo pmitiue ecclie de vēditiōe possessionū seruabatᷓ in ecclesia ex circūcisione ꝛ nō in ecclia ex gētib᷒ hec est:qa fideles iudei cōgregati erant in Hierlm:ꝛ in iudea q̄ destruēda in breui a romanis erat:vt postmodum rei ꝑbauit euentus.Et iō voluit dn̄s vt ibi possessiones nō reseruarentᷓ vbi ꝑmansuri nō erant. Ecclia ꝟo gētium firmanda erat ꝛ augēda.Et iō ꝯsilio spiritussancti factuȝ est vt in ea possessiones non vēderentᷓ.

Mutatᷓ iudeis est indita possessionū vēditio ꝛ nō gentibus.

¶ Cum aūt venisset Petrus Antiochiam:palam illi restiti : eo qd reprehensus esset. Nam anteq̄ȝ venissent qdaȝ a Jacobo:vna cum gentibus sumebat cibuȝ:cum aūt venissent subduxit ac separauit se ab illis:metuens eos:qui erant ex circūcisione:ac simulabant vna cuȝ illo ceteri quoqȝ iudei : adeo vt Barnabas simul abduceretur in illoꝝ simulationē.Uerum vbi vidissem:qd non recto pede icederent ad veritatē euangelij : dixi Petro corā oib᷒:si tu cū sis iudeus:gētilr viuis: ac nō iudaice:cur gētes cogis iudaizare?

¶ Cum aūt venisset Petrus Antiochiam in faciem ei restiti : qa reprehensibilis erat. Prius eniȝ q̄ȝ venirent quidaȝ a Jacobo cū gētibus edebat. Cuȝ aūt venissent subtrahebat ꝛ segregabat se: timēs eos qui ex circūcisione erant:ꝛ simulationi eius ꝯsenserunt ceteri iudei:ita vt ꝛ Barnabas duceretᷓ ab eis in illaȝ simulationē:sȝ cum vidissem ꝙ nō recte ambularent ad veritateȝ euāgelij. dixi Cephe corā oib᷒. Si tu cum iudeus sis:gentilr viuis ꝛ nō iudaice:quō gentes cogis iudaizare. Lec. III.

Supra Apls ostēdit ꝙ ipse nil vtilitatis accepit ex collatiōe habita cū dictis apostolis:hic ꝟo ostēdit ꝙ ipse alijs profuit.Et pmo ostēdit quō ꝓfuit Petro in corrigēdo euȝ. Scdo manifestat ea que dixit.ibi.PRIVS eniȝ q̄ȝ veniret ꝛc.] Dicit ergo. Uere ipsi mihi nihil cōtulerūt:sȝ ego potius ꝯtuli eis:ꝛ specialr Petro:quia CVM venisset Petrus antiochiaȝ] vbi erat ecclia gētiuȝ ego RESTITI ei in faciē].i.manifeste.Eccl.4. Ne reuerearis ꝓximuȝ in casu suo:ne retineas ꝟbuȝ ꝛc.Uel IN FACIEM].i.nō in occulto tāq̄ȝ detrahēs ꝛ timēs:sȝ publice ꝛ vt par ei. Leui.19. Non oderis frēm tuum in corde tuo:sȝ publice argue eū ꝛc.Et h̄ ideo QVIA reprehēsibilis erat.] ¶ Sȝ ꝯ: qa hoc fuit post acceptā grāȝ spūssancti: sȝ post gratiā spūssancti nullo mō peccauerūt apli. ¶ Rn̄deo dōȝ est ꝙ post grāȝ spūssancti nullo mō peccauerūt mortaliter apostoli:ꝛ hoc donū habuerūt per potētiaȝ diuinaȝ que eos ꝯfirmauerat.ps.Ego ꝯfirmaui colūnas eius ꝛc. Peccauerūt tn̄ venialr:ꝛ hoc fuit eis ex fragilitate humana.pᵉ Jo.1. Si dixerimus:qa pctm̄ nō habemus.s.veniale. ipsi nos seducimus ꝛc. Or ꝟo dr̄ in Glo. Restiti ei tanq̄ȝ par. Dicēduȝ ē ꝙ Aplus fuit par Petro in executiōe auctoritatis:nō in auctoritate regiminis.Ex ꝑdictis ḡ habemus exēpluȝ:prelati qdē humilitatis:vt nō dedignētur a minorib᷒ ꝛ subditis corrigi:subditi ꝟo exēplū ꝫeli ꝛ libertatis vt nō vereanᷓ prelatos corrigere presertim si crimen est publicum ꝛ in periculum multitudinis vergat.

Paulus par fuit Petro i executiōe auctoritatis / nō aūt in regie.

¶ Cōsequēter aūt cū dic̄. PRIVSQVAM veniret ꝛc.] Manifestat ea que dixit. Et pmo hoc qd dixit euȝ reprehēsibileȝ eē.Scdo ꝟo hoc qd dixit Petruȝ reprehendisse.ibi.SED CVM vidissem ꝛc.] Circa pmū tria

facit. Primo ostēdit quid Petrus sentiebat. Secūdo
qd faciebat. ibi. CVM aūt venisset ₇c.] Tertio qd ide
sequebat. ibi. ET SIMVLATIONI eius ₇c.] Dicit ḡ
circa primū φ Petrus sentiebat legalia non eē seruā/
da. Et h̄ facto ostēdebat: qa PRIVSQVAM venirent
quidam] iudei. s. zelantes pro legalib⁹ A IACOBO]
hierosolymitane ecclesie episcopo. EDEBAT] s. Pe/
trus CVM GENTIBVS] i. indifferēter vtebat cibis
gentiliū: ₇ hoc faciebat ex instinctu spūssancti: qui di/
xerat ei. Quod deus sanctificauit tu ne cōe dixeris: vt
habet Actuū. 10. Ut ipse ibidem dixit iudeis: qui cō/
tra eū insurrexerunt: qa cum incircūcisis comedisset
quasi rōnē reddens. Quid autē faciebat ostēdit dicēs:
φ cū erat cū iudeis subtrahebat se a consortio fideliū
qui fuerant ex gentib⁹: adherēs iudeis tm̄: ₇ cōgregās
se cū eis. Et ideo dicit. CVM aūt venissent] s. a iudea.
SVBTRAHEBAT SE] Petrus a gentib⁹ conuersis.
ET SEGREGABAT SE] ab eis. Et hoc ideo: qa erat
TIMENS eos qui ex circūcisione erant] i. iudeos: nō
quidē timore humano siue mundano: s3 timore cha/
ritatis: ne. s. scandalizarent: sicut dī in Glo. Et ideo fa/
ctus est iudeis tanꝗ iudeus: simulans se cū infirmis
idē sentire: s3 tn̄ inordinate timebat: qa veritas nunꝗ
dimittēda est ppter timorē scandali. Quid aūt ex hac
simulatione seqbat subdit dicēs: φ SIMVLATIONI
eius] s. Petri CONSENSERVNT ceteri iudei] qui
erāt antiochie descernētes cibos ₇ segregātes se a gen
tibus: cū tn̄ ante simulationē h₉ hoc non fecissent. Et
nō solū illi ꝯsenserūt Petro: s3 ita fuit illa simulatio
in cordib⁹ fideliū: vt ETIAM BARNABAS] qui me/
cum erat doctor gentiū ₇ cōtrariū fecerat ₇ docuerat
DVCERETVR ab eis in simulationē] subtrahens se
ab eis scilz gentibus. Et hoc ideo: quia s̄m qd dicitur
Eccl. 10. Qualis est rector ciuitatis ₇c. Et ibidem. Se/
cundum iudicem populi ₇c.

Petrus non peccauit timore humano / sed solo charitatis: ₇ ideo nō peccauit mortaliter.

Consequēter cū dicit. SED CVM vidissē ₇c.] Ma/
nifestat ea q̄ dixerat de reprehēsione Pauli qua Pe/
trū reprehendit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit
causam reprehēsionis. Scdo reprehēdendi modum.
Tertio reprehēsionis vba. Occasio autē reprehēsio/
nis ē non leuis: s3 iusta ₇ vtilis. s. periculū euangelice
veritatis. Et iō dicit. Sic Petrus reprehēsibilis erat:
s3 ego solus cū vidissem QVOD nō recte ambularēt]
illi qui sic faciebant AD VERITATEM euangelii.]
quia per hoc peribat veritas si cogerētur gētes serua/
re legalia: vt infra patebit. Qr aūt recte nō ambularēt
ideo est: qa veritas maxime vbi periculum iminet dz
publice pdicari: nec fieri ꝯrium ppter scandalū ali/
quoꝝ. Mat. 10. Quod dico vobis i tenebris dicite in
lumine. Esa. 26. Semita iusti recta est: rect⁹ callis iusti
ad ambulandū. Modus aūt reprehēdendi fuit cōue/
niens: quia publicus ₇ manifestus. Unde dicit. DIXI
CEPHE] i. Petro CORAM oibus:] qa simulatio illa
in periculum oiū erat. p̄c Thimo. 5°. Peccantē coram
omnib⁹ argue. Quod intelligēdum est de peccatis ma/
nifestis ₇ nō de occultis: in qbus dz seruari ordo fra/
terne correctionis. Huiusmodi aūt vba Apostolus di/
xerit Petro cū eū reprehēderet subdit dicēs. SI TV
IVDEVS cū sis ₇c.] q. d. O Petre. SI TV CVM iu/
deus sis] natione ₇ gñe GENTILITER] ₇ nō iudaice
VIVIS] i. gētiū ₇ nō iudeoꝝ ritum seruas cū scias ₇
sentias discretionē ciboꝝ nihil ꝯferre. QVOMODO
cogis gētes] non qdē imperio s3 tue ꝯuersationis exē/
plo IVDAIZARE.] Et dicit COGIS] qa s̄m φ Leo
papa dicit. Ualidiora sunt exēpla q̄ vba. In h̄ ergo

Paulum publice publice arguēdū esse: occultū autē est seruanda fraterna correctio.

Paulus reprehēdit Petrum φ cū ipse esset instruct⁹ a
deo cū iudaice nō viueret ne cibos discerneret. Act.
10°. Quod de⁹ sanctificauit tu ne cōe dixeris. Ipse cō/
trariū simulabat. Sciēdū ē aūt φ occasione istoꝝ
vboꝝ nō parua cōtrouersia est orta iter Hieronymū
₇ Augustinū. Et s̄m φ ex eoꝝ vbis aperte colligit:
in quatuor discordare vident. Et pmo in tpe eorū
qñdo scilz seruari debuerūt. Nam Hieronym⁹ duo
tēpora distinguit. vnum ante passionem Chri: aliud
post passionē. Uult ergo Hieronym⁹ φ legalia ante
passionē Christi viua erant. i. hñtia virtutē suā: inquā/
tum. s. per circūcisionē tollebat pctm̄ originale: ₇ p sa/
crificia ₇ hostias placabat deus. Sed post passionem
nō solū dicit ea nō fuisse viua vel mortua: s3 qd plus
ē ea fuisse mortifera: ₇ φ quicūqz post passionē Chri
ea seruauit / peccauit mortalr. Augustinus vo distin/
guit tria tēpora. Unū tēpus ante passionē Chri ₇ cō/
cordans cū Hieronymo dicit isto tēpore legalia viua
fuisse. Aliud tēpus est post passionē Christi imediate
ante grāz diuulgatā sicut tēpus apostoloꝝ in pncipio:
in quo tēpore dicit Augustinus legalia mortua fuisse:
sed tn̄ nō mortifera iudeis cōuersis: dūmodo ipsa ser/
uantes spē in eis nō ponerēt: ita φ ēt ipsi iudei ea ser
uantes: tunc nō peccarēt. Si vo in eis spē posuissent
quicūqz cōuersi ea seruantes peccassent mortalr: qa si
posuissent in eis spē quasi essent necessaria ad salutē
quātū in eis erat euacuassent grāz Chri. Aliud tēpus
dicit eē post veritatē ₇ grāz Christi diuulgatā: ₇ in isto
tēpore dicit ea mortua ₇ mortifera oib⁹ ea seruantib⁹.
Ratio aūt dictoꝝ ē: qa si iudei statim post cōuersionē
fuissent phibiti ab obseruantia legaliū: visum fuisset
eos pari passu ambulare cum idolatris: qui statim ab
idoloꝝ cultura phibebantur ₇ legalia nō fuisse bona
sicut nec idolatriā. Et ideo instinctu spūssancti pmis/
sum est: vt legalia modico tēpore seruarētur ea inten/
tione que dicta ē: vt p hoc ostēderet legalia nūc bona
fuisse. Unde dicit Augustinus φ per hoc ostēdebatur
φ mater synagoga cū honore deducēda ad tumulum
erat. dum nō statim post passionē Chri legalia phibi/
ta sunt. Quicūqz vo non eo modo ipsa seruaret non
honoraret matrem synagogam: sed eā extumularet.
Scdo discordant pdicti Hieronymus ₇ Augusti/
nus de obseruatione legalium quātū ad ipsos aplos.
Hieronymus enī dicit φ apostoli nunꝗ seruabāt le/
galia: s3 simulauerunt se seruare vt vitarent scādalum
fideliū: qui fuerant ex circūcisione. Et hoc qdē modo
dicit simulasse Paulū: quādo psoluit votū in tēplo
hierosolymitano. vt habet Act. 21. Quādo circūcidit
Thimotheū. vt habet Act. 16. Et qñ a Jacobo moni/
tus quedā legalia suscepit. vt habet Act. 15. Et h̄ qdē
faciētes nō deludebant alios: qa faciebant hoc nō in/
tendētes legalia seruare: s3 ppter aliquas cās: sicut φ
quiescebāt in sabbato nō ppter obseruātiā legis: sed
ppter quietē. Itē abstinebāt ab imundis s̄m legē nō
ppter obseruātiā legis: s3 ppter alias causas: vtpote
ppter abhominationē ₇ aliqd h₉. Augustin⁹ vo dicit
φ apli fuabāt ipsa legalia: ₇ h̄ intēdentes: s3 tn̄ nō po
nentes in eis spem quasi essent necessaria ad salutē. Et
hoc qdē licebat eis: qa fuerunt ex iudeis. Ita tamē φ
hec fuarent ante gratiam diuulgatā. vnde sicut eo tpe
alii iudei cōuersi sine periculo fuare poterāt absqz eo
φ in eis spē ponerēt ita ₇ ipsi. Tertio discordant
de pctō Petri. Nā Hiero. dicit in simulatiōe pdicta
Petrū nō peccasse: qa hoc ex charitate fecit: ₇ non ex
aliquo timore mundano: vt dictū est. Augustinus vo

Exēplū fa/ ctionis magis cogit q̄ verba.

Cōtrouersia inter Hieronymū ₇ Augustinū circa obseruationē legaliū ante passionē xpi ₇ post. i. circa tempora.

Hieronym⁹ duo tempora distinguit per legalia. Aug⁹ tria tē pora vt

De obseruatiōe legaliū.

De peccato Petri.

dicit eũ peccasse venialr:tñ hoc ppter indiscretionẽ quã habuit nimis inherendo huic parti.i.iudeoꝝ ad vitandum eoꝝ scandalũ. Et validius argumentum Augustini cõtra Hieronymũ est:quia Hieronymus adducit pro se septem doctores.quoꝝ quatuor scilicet Laudicensem / Alexandrũ / Origenẽ / ꝛ Didimum. Excludit Augustinus vtpote de heresi infames. Alijs vo trib⁹ opponit tres:quos pro se ꝛ pro sua opinione habet.s.Ambrosiũ / Cyprianũ / ꝛ ipsũ Paulũ:qui manifeste dicit ꝙ reprehẽsibilis erat Petr⁹. Si ergo nephas est dicere in scriptura sacra aliqd falsum contineri nõ erit phas dicere Petrũ reprehẽsibilẽ non fuisse. Et ppter hoc verior est opinio ꝛ snia Augu.qa cũ dictis Apostoli magis cõcordat. ¶ Quarto discordant in reprehẽsione Pauli. Nã Hieronymus dicit ꝙ Paulus vere nõ reprehẽdit Petrũ: sed simulatorie:sicut ꝛ Petrus simulatorie legalia seruabat: vt sꝫ Petrus nolens scãdaliçare iudeos simulabat se legalia seruare:ita Paulus vt nõ scandaliçaret gẽtes ostẽdit sibi displicere qd Petr⁹ faciebat:ꝛ simulatorie eũ reprehẽdit:facientes hoc quasi ex cõdicto vt vtriſqꝫ fidelibus sibi subditis puiderent. Augustinus vo dicit sicut Petrũ vere seruasse legalia:ita dicit Paulũ eũ vere reprehendisse ꝛ non simulatorie. Sed ꝛ Petrus quidẽ seruando peccauit: quia inde erat scandalum apud gentiles a quib⁹ se subtrahebat. Paulus vo nõ peccauit reprehendendo: quia ex eius reprehensione nullum scandalũ sequebatur.

De reprehensione Petri [illegible]

¶ Nos natura iudei:ꝛ nõ ex gẽtibus peccatores: qm̃ scimus nõ iustificari hoiem ex operib⁹ legis: nisi per fidem Jesu christi:ꝛ nos in Christũ iesum credidim⁹ vt iustificaremur ex fide Christi: ꝛ nõ ex operibus legis. Propterea qd nõ iustificabit ex operibus legis omnis caro.

Roma.3.

¶ Nos natura iudei ꝛ nõ ex gentib⁹ peccatores. Sciẽtes aũt ꝙ nõ iustificatur homo ex operib⁹ legis nisi per fidẽ Jesu christi: ꝛ nos in Christo iesu credimus vt iustificemur ex fide Christi ꝛ non ex operib⁹ legis. Propter qd ex operib⁹ legis nõ iustificatur omnis caro. Lec. IIII.

Supra ostẽdit veritatẽ doctrine apostolice pdicate per eũ ex auctoritate alioꝝ apostoloꝝ: hic ostẽdit idẽ ex eoꝝ cõuersatione ꝛ exẽplo. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit ppositũ per apostoloꝝ cõuersationẽ. Scdo aduersantiũ obonẽ.ibi. QVOD si querẽtes iustificare ꝛc. Circa pmũ tria facit. Primo pmittit apostoloꝝ cõditionẽ. Scdo insinuat eoꝝ conuersationẽ.ibi. SCIENTES aũt ꝙ nõ iustificatur ꝛc. Tertio infert intẽtã õnẽ.ibi. PROPTER qd ex operibus legis ꝛc. Conditio aũt apostoloꝝ ꝛ etiã ipsius Pauli:hec ẽ:ꝙ sm nãlẽ originẽ ex iudeis pcesserũt. Et hoc est qd dicit. NOS.i.ego ꝛ apostoli alij sumus. NATVRA.i.nãli origine. IVDEI. nõ proseliti. scdẽ Corin.11. Hebrei sunt ꝛ ego ꝛc. Et hec ẽ magna laus: qa vt dr̃ Joã.4. Salus est iudeis ẽ. ET NON ex gentib⁹ pctõres.i.non sumus pctõres vt gẽtes idolatre ꝛ imunde. ¶ Sed cõtra est qd dr̃ pͥ Jo.1. Si dixerim⁹ qm̃ pctm̃ nõ habemus ꝛc.ergo iudei sunt peccatores. ¶ Rñdeo dõm ẽ ꝙ aliud ẽ peccantẽ eẽ:aliud peccatorẽ. Nã primũ denominat actũ. scdm vo pmptitudinẽ siue habitũ ad peccãdũ. Unñ scriptura iniquos

Aliud est esse peccantẽ:aliud peccatorẽ.

Posito damno a lege illato ⁊ defectu legis ab illo eripere non valentis:hic consequēter ostēdit virtutē Christi ab ipso damno liberantis. Et p̄ ostēdit quomodo per Chrīm ab ipso dāno liberamur. Scd̄o quomō ēt sup hoc auxilium a Christo acquirimus ibi. VT IN gētibus ⁊c̄.] Circa primum tria facit. Primo.n. ponit liberationis auctoritatē. Scd̄o liberationis moduȝ ibi. FACTVS pro nobis ⁊c̄.] Tertio testimoniuȝ pphēticuȝ ibi. QVIA scriptuȝ est ⁊c̄.] Dic̄ ergo p̄mo. Quicūq̄ seruabant opa legis erant sub maledicto: sicut dictū est. Nec p legē liberari poterāt. Iō necesse fuit aliquē hīe q̄ nos liberaret:⁊ iste fuit Christus. Et iō dicit. CHRISTVS redemit nos de maledicto legis.] Ro.8. Quod impossibile erat legi ⁊c̄. Deus mittēs filium suuȝ.s. Chrīm ⁊c̄. Redemit inq̄ȝ nos.s. in deos p̄cioso sanguie suo. Apoc.5. Redemisti nos i sanguine ⁊c̄. Esa.43. Noli timere:q̄a redemi te ⁊c̄. De maledicto legis.i. de culpa ⁊ pena. īfra.4. Ut eos qui sub lege erant redimeret. Osee.13. de morte redimam eos. Modū liberationis ponit cuȝ dicit. FACTVS pro nobis maledictus.] Ubi notanduȝ est q̄ maledictuȝ est qd̄ diciẜ malum. Et s̄m duplex malū pōt dici duplex maledictū.s. maledictuȝ culpe ⁊ maledictum pene. Et vtroq̄ȝ modo pōt hoc legi duplr̄. FACTVS p nobis maledictū.] Et primo quidē de malo culpe. Nā Chrūs redemit nos de malo culpe. Uñ sicut redemit nos de morte morte:ita redemit nos de maledicto culpe factus maledictū.s. culpe:non q̄dē q̄ in eo peccatū esset aliq̄d:qui peccatū non fecit nec dolus ⁊c̄. Ut dī p̄° Pe.2. Sȝ s̄m opinionē hoīum:⁊ p̄cipue iudeoꝝ qui reputabant eum peccatorē. Io.18. Si non esset hic malefactor nō tibi tradidissemus euȝ. Et iō de hoc dicitur. 2° Coꝛ.5. Eū qui nō nouerat peccatū fecit p nobis peccatū. Dicit autē MALEDICTVM:] non maledict⁹: vt ostēdat q̄ iudei eū sceleratissimū reputabāt. Uñ diciẜ Io.9. Nō est hic hō a deo ⁊c̄. Et Io.10. De bono opere nō lapidamus te:sȝ de peccato ⁊ de blasphemia. Et ideo dicit. FACTVS est p nobis maledictū.] in abstracto.q.d. Factus ē ipsa maledictio. Scd̄o exponitur de malo pene. Nā Chrūs liberauit nos a pena sustinendo penā ⁊ mortē nr̄am:q̄ q̄dē in nos puenit ex ipsa maledictione peccati. Inq̄ntū ḡ hanc maledictionē peccati suscepit pro nobis moriēdo diciẜ eē fact⁹ p nobis maledictū. Et ē simile ei qd̄ diciẜ Ro.8. Misit de⁹ filiuȝ suum in similitudinē carnis peccati.i. mortalis. 2° Coꝛ.5. Eum qui non nouerat peccatuȝ.s. Christum:q̄ peccatuȝ non fecit:deus.s. pater pro nobis fecit peccatū.i. fecit pati penā:q̄n.s. oblatus est pp peccata nostra.

Duplex malū duplex maledictū/culpe/⁊ pene.

Maledictū in abstracto accipitur.

❡ Cōsequēter ponit scripture testimōniū cū dic̄. QVIA scriptuȝ est.] MALEDICTVS oīs ⁊c̄.] Et h̄ Deut.27. Ubi sciēdū s̄m glosam q̄ in Deut. Uñ accipiẜ h̄ v̄buȝ tam in nostris q̄ȝ in hebreis codicibus hr̄. MALEDICTVS a deo oīs ⁊c̄.] Qd̄ q̄dē.s. A DEO]in antiq̄s hebreorum voluminibus nō hr̄:vñ creditur q̄ a iudeis post passionē dñi appositum sit ad infamiaȝ Christi.

Hic habetur q̄dā falsum positū i sacra scriptura p° passionē chrīsti.

Potest

Pōt autē exponi auctoritas de malo pene ꝛ de malo culpe. De malo quidē culpe sic. Maledictus omnis q pēdet in ligno: non ꝑꝑ hoc q pēdet in ligno: ſȝ ꝑ culpa pro qua pēdet. Et hoc modo Chrs ē eſtimatus maledictus in cruce pendēs: ꝑꝑ hoc q maxime tali pena punitus fuit. Et ſm hoc continuatur ad ꝑcedētia. Dominus.n. ꝑcepit in Deut. vt q ſuſpēſus fuerit in veſpera deponat. Et ratio huius ē: qa hec pena erat ceteris abiectior ꝛ ignominioſior. Dicit ḡ. Uere factus ē ꝑ nobis maledictum: qa ipſa mors crucis quā ſuſtinuit ſufficit ad maledictionē: qa ſcriptum ē. MALEDICTVS omnis ꝛc̄.] De malo ꝟo pene ſic exponitur. OMNIS qui ꝛc̄.] Maledictus: qa ipſa pena eſt maledictio. ſ. q ſic mortuus ē. Et eſt maledictus a deo: qa deus ordinauit vt hanc penam ſuſtineret vt nos liberaret.

¶ Cōſequēter cum dicit. VT IN gētibus bñdictio ꝛc̄.] Ponit ſpeȝ quā ꝑ Chrm ſuꝑ hoc q ꝑ eum liberamur de maledicto acquirimus: vt dr̄ Ro.5. Nō ſicut delictū: ita ꝛ donuȝ imo multo maius. ſ. qa liberat a pctō ꝛ cōfert gratiā. Primo ḡ ponit fructū: ꝛ quibus dat̄ dicēs. VT IN gētibus bñdictio Abrahe ꝛc̄]. q.d. Factus ē ꝑ nobis maledictū non ſolū vt maledictionem remoueret: ſȝ vt in gētibus q̄ nō ſub maledictione legis erant: FIERET bñdictio Abrahe] ꝑmiſſa Gen.22. In ſemine tuo bñdicētur oēs gētes ꝛc̄. Et hec qdē bñdictio facta ē nobis. i. impleta ē ꝑ Chrm qui ē de ſemine Abrahe: cui dicte ſunt ꝑmiſſiōes ꝛ ſemini tuo qui eſt Chrs: vt dicit̄ īfra eodē capi. Que qdē bñdictio ꝛ fructus ē VT POLLICITATIONEM ſpūs accipiam᷒]. i. promiſſiones quas ſpūſſanctus facit in nobis. ſ. de beatitudine eterna: q q̄ſi arra ꝛ pignus nobis tradit᷒ ipſaȝ nobis ꝑmittit: vt habet̄ Eph.ꝑ. ꝛ 2ᵉ Cor.2. Et qdē in pignore dat̄ ad certitudinē. Nā pignus ē q̄dā certa promiſſio de re accipiēda. Ro.5. Nō .n. accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ꝛc̄. ꝛ infra ſi filij ꝛ heredes. Uel POLLICITATIONEM ſpūs accipim᷒]. i. ſpm̄ſcm̄. q.d. Accipiamus pollicitationē de ſpūſancto factā ſemini abrahe. Johel.2. Effundā de ſpū meo ꝛc̄. Quia ꝑ ſpm̄ſcm̄ coniūgimur Chro: ꝛ efficimur ſemē Abrahe: ꝛ digni bñdictiōe. Scdo oñdit ꝑ qd ꝑueniat nobis iſte fructus dicēs. PER fidē:] ꝑ quā qdē ꝛ hereditatē eternā acquirimus. Ad Heb.11. Accedētē ad deū opȝ credere: qa ē: ꝛ ingrēntib᷒ ſe remunerator ſit. PER fidē] enī acquirimus ſpiritūſanctū: qa vt dr̄ Act.5. Dominus dat ſpiritūſanctum obedientibus ſibi. ſ. per fidem.

Heb.9. ¶ Fratres: ſm hoīem dico. † Hoīs lȝ teſtamētū: tñ ſi ſit cōꝑbatū: nemo reijcit: aut addit aliqd. Porro Abrahe dicte ſunt promiſſiōes ꝛ ſemini eius. Nō dicit: ꝛ ſeminib᷒: tāq̄ȝ de multis: ſȝ tāq̄ȝ de vno: ꝛ in ſemine tuo: q eſt Chrs. Hoc aūt dico: teſtamētū ante cōꝑbatū a deo erga Chrm: lex que poſt annos quadringentos ꝛ triginta cepit: non facit irrituȝ: vt abroget ꝑmiſſionē. † Nā
Rom.4. ſi ex lege eſt hereditas: non iam eſt ex ꝑmiſſione. Atq Abrahe per ꝑmiſſionem donauit deus.

¶ Fratres ſm hoīem dico tñ hoīs ꝯfirmatum teſtamentū nemo ſpernit aut ſuꝑordinat. Abrahe dicte ſunt ꝑmiſſiōes ꝛ ſemini eius. Nō dicit ꝛ ſeminib᷒ quaſi in multis: ſed quaſi in vno: ꝛ ſemini tuo: q eſt Chrs: hoc aūt dico teſtamētū ꝯfirmatuȝ a deo: q̄ poſt quadringētos ꝛ triginta annos facta eſt lex: nō irritum facit ad euacuandam ꝑmiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas iā nō ex ꝑmiſſione. Abrahe auteȝ per promiſſionem donauit deus. Lec. VI.

Poſtq̄ȝ Aplus probauit per auctoritates q lex non iuſtificat: nec ad iuſtificationē que eſt per fidem eſt neceſſaria: hic conſequenter oſtendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quattuor facit. Primo humanam conſuetudineȝ ponit. Secūdo aſſumit promiſſiōeȝ diuinaȝ ibi. ABRAHE dicte ſunt promiſſiones ꝛc̄.] Tertio infert cōcluſioneȝ ibi. HOC aūt dico ꝛc̄.] Quarto oſtēdit cōcluſionem ſequi ex premiſſis ibi. NAM ſi ex lege ꝛc̄.] Dicit ḡ. Apte qdeȝ pus locutus ſum. ſm auctoritateȝ ſcripture non allate voluntate humana ſed ſpūſancto: vt dicit̄ 2ᵉ Pe.1. SED nunc ſm hoīem dico:] i. ſm ea que humana rō ꝛ conſuetudo hȝ. Ex quo quidē habemus argumentū q ad cōferēdum de his que ſunt fidei poſſumus vti q̄cūq; veritate cuiuſcūq; ſciētie. Deut.21. Si videris in nūero captiuoꝝ mulierē pulchram ꝛ adamaueris eā: volueriſq; habere vxorē: introduces eā in domū tuā. i. ſi ſapientia ꝛ ſciētia ſecularis placuerit tibi īntroduces eā infra terminos tuos: que radet ceſariē ꝛc̄. i. reſecabis omnes ſenſus erroneos. Et ide eſt q Apls in multis locis in epiſtolis ſuis vtit̄ auctoritatibus gētiliū: ſicut illud ꝑᵉ Corinth.15. Corrūpunt bonos mores ꝛc̄. Et illud Ti.1. Cretenſes male beſtie ꝛc̄. Uel q̄uis hoīs rōnes vane ſint ꝛ infirme: qa vt dicit̄ in pſalmo. Dñs ſcit cogitationes hoīum quoniā vane ſunt: TAMEN hominis confirmatum teſtamētum nemo ſpernit aut ſuperordinat:] qa nihil humanuȝ tantaȝ firmitatē habet: ſicut vltima voluntas hominis: ſperneret autē illud aliqs ſi diceret q teſtamētuȝ hominis cōfirmatuȝ in morte teſtatoris ꝛ teſtibus non valeret. Si ergo teſtamētum hoīs nemo ſpernit dicēs non eſſe ſeruanduȝ: aut ſpernit aliquid mutando: multo magis teſtamētū dei nullus ſpernere debet aut ſuperordinare infringēdo illud vel addēdo vel diminuendo. Apoc. vlti᷒. Si quis appoſuerit ad hec apponet deus ſuꝑ illū plagas ſcriptas in iſto libro: ꝛ ſi quis diminuerit de verbis ꝑphetie huius auferet de᷒ ꝑtē eius ꝛc̄. Deut.4. Nō addetis ad ꝟbū qd vob̄ loquor: neq; auferetis ex eo ꝛc̄.

Apls īducit mot᷒ gētiliuȝ ad reſecandus falſos errores,

¶ Cōſequēter cū dic̄. ABRAHE dicte ſunt promiſſiones ꝛc̄.] Aſſumit promiſſionē diuinam Abrahe facteȝ que eſt quaſi qdam teſtamentuȝ dei. Et primo exponit hanc promiſſionē ſeu teſtamētuȝ. Secūdo ꝟo aperit veritateȝ teſtamēti ibi. NON dicit in ſeminib᷒ ꝛc̄.] Dicit ergo ꝑmo. ABRAHE dicte ſunt promiſſiones.] q.d. Sicut teſtamētum hominis eſt firmū: ita promiſſiones diuine firme ſunt. Sed nūquid deus aliq̄s promiſſiones fecit ante legem: Utiq;: qa Abrahe qui fuit ante legem. ſ. q non falleret deus: dicte. i. facte ſunt ꝑmiſſiones ꝛ ſemini eius a deo. Sed Abrahe facte ſunt vt cui erant implende: ſemini ꝟo vt per quod impleretur. Dicit autem PROMISSIONES] pluraliter: qꝛ ꝑmiſſio de benedicendo ſemine multa continebat. Uel quia frequenter idem. i. eterna beatitudo ſibi ꝑmiſſa eſt: ſicut Gen.12. In te benedicētur vniuerſe cognationes terre. Iteȝ.15. Suſpice celum ꝛ numera ſtellas ꝛc̄. Item eodem. Semini tuo dabo terram hanc ꝛc̄. Iteȝ 22. Benedicam tibi ꝛ multiplicabo ſemē tuum: ſicut ſtellas celi ꝛc̄. Iſte ergo ꝑmiſſiones ſunt q̄ſi teſtamen-

tum dei:qa est quedam ordinatio de hereditate dāda Habrahe ꝛ semini suo. Ueritatem autē testamēti ape rit cū dicit. NON dicit in seminibus ꝛc.] Quā quidē aperit eodem spiritu quo testamētū conditum est. Et hoc pꝫ ex verbis testamenti. Non inquit dicit IN SEMINIBVS quasi ī multis].i. sicut faceret si de multis illud valeret: SED IN vno qđ est Chřs:] qa ipse solus est per quē ꝛ in quo omnes poterant bñdici. Naꝫ ipse solus ꝛ singularis est q̄ non subiacet maledictioni culpe: ꝛ si maledictio ꝑ nobis dignatus sit fieri. Unde di cit in ps. Singulariter suꝫ ego ꝛc. Item nō est qui fa ciat bonuꝫ ꝛc. Eccl. 7. Uirum de mille vnum reperi.s. Chřm q̄ eēt sine omni peccato: mulierē autē ex oibus non inueni q̄ a peccato oino imunis eēt ad minus ori ginali vel veniali. Conclusionē autē infert cōsequēter cum dicit. HOC autē dico testamētuꝫ ꝛc.] Ubi videa mus per ordinē quid sit qđ dicit. Dicit ḡ ꝙ hoc ꝑmi sit deus Abrahe: sed HOC est testamētum].s. ipsa pro missio de hereditate adipiscēda. Hiere. 31. Feriam do mui israel ꝛ domui iuda fedus nouū ꝛc. CONFIRMATVM.] Qđ ideo ponit vt ꝯcordet cum ꝑmissis. Nam supra dixerat. TESTAMENTVM hominis cōfirma tum ꝛc.] A deo.s. qui ꝑmisit. Et cōfirmatuꝫ dico iure iurando. Gen. 21. Per memetipsuꝫ iuraui ꝛc. Heb. 6. Ut p duas res imobiles qbus impossibile est mentiri deū ꝛc. Hoc inq̄ testamētuꝫ lex non facit irritū q̄ qui dē lex facta est ꝛ data a deo per Moysen. Jo. 1. Lex p Moysen data est ꝛc. Post quadringētos ꝛ trigita ꝛc. Et quasi exponēs qđ dixerat subiungit. Nō irritū fa cit ad euacuandaꝫ ꝑmissionē. Sic. n. irritum fieret p̄ dictum testamētum si promissio facta Abrahe euacua retur .i. in vacuuꝫ facta esset quasi non sufficeret semē Abrahe repromissum ad gentium bñdictionem. Per Christū autem non sunt euacuate promissiones patri bus facte: sed cōfirmate. Ro. 15. Dico Jesum Christuꝫ ministrum fuisse circūcisionis ad confirmandas pro missiones patruꝫ. Et 2ᵉ Corinth. 1. Quotquot eniꝫ pro missiones dei sunt in illo est ꝛc. Hoc autem qđ dicitur. POST quadringentos ꝛ triginta annos] concordat ei qđ habetur Exo. 12. Habitatio filiorum qua manserat in Egypto fuit quadringentorū triginta annorum. Et Act. 7. Locutus est dñs.s. Abrahe: quia erit semē eius accola in terra aliena ꝛ seruituti eos subycient annis q̄ dringentis triginta. Sed cōtra ē qđ dicit Gen. 15. Sci to prenoscens ꝙ peregrinum futuruꝫ sit semen tuum ꝛ seruitute eos subycient ꝛ affligent eos annis q̄drin gentis. Respōdeo dicēduꝫ ꝙ si fiat computatio anno rum a pma promissione facta Abrahe que legit Gen. 12. vsqꝫ ad exituꝫ filioꝝ israel de Egypto quādo data est lex: sic sunt anni q̄dringēti triginta: sicut h̄ scribit ꝛ Exo. 12. ꝛ Act. 7. Usqꝫ ad exitū filioꝝ israel de egypto quādo data est lex. Si aūt icipiat cōputatio a natiuita te Jsaac de qua legitur Gen. 21ᵒ. sic sunt tm̄ q̄dringēti ꝛ quinque anni. Nā vigintiquinque anni fuerūt a pro missiōe facta Abrahe vsqꝫ ad natiuitatē Jsaac. Abra ham. n. erat septuagītaqnque annoꝝ: qñ exiuit de ter ra sua ꝛ facta ē ei pma ꝑmissio: vt hr̄ Gen. 12. Centena rius aūt fuit: qñ natus est Jsaac vt hr̄ ibidē. 21. Et aūt a natiuitate Jsaac vsqꝫ ad exitum filioꝝ israel de egy pto fuerint q̄dringentiqnque anni ꝓbat p h̄ ꝙ Jsaac fuit sexaginta annoꝝ: qñ genuit Jacob: vt hr̄ Gen. 25. Jacob aūt erat. 130. annoꝝ qñ itrauit egyptū vt habet Gen. 47. Et sic a natiuitate Jsaac vsqꝫ ad itroituꝫ Ja cob in egyptū fuerūt. 190. anni. Joseph aūt fuit trigin ta annoꝝ: qñ stetit coraꝫ Pharaone: vt hr̄ Gen. 41. Et postea trāsierūt septē anni fertilitatis ꝛ duo sterilitat vsqꝫ ad igressuꝫ Jacob in egyptū: vt hr̄. 45. Uixit aūt Joseph. 110. annis vt hr̄ Gen. vltᵒ. A qbᵒ si subtrahāt triginta ꝛ nouē anni remanēt septuaginta ꝛ vnᵒ annᵒ. Fuerūt ḡ a natiuitate Jsaac vsqꝫ ad mortē Joseph du centi ꝛ sexaginta vnus annus. Fuerūt aūt in egypto fi lii israel post mortē Joseph. 144. annis. vt Rabanᵒ dic in glo. Act. 7. Fuerūt ḡ a natiuitate Jsaac vsqꝫ ad exitum filiorum israel de egypto ꝛ legem datāꝫ. 405. anni: scriptura autem Gen. 17. Non curauit de minu tis. Uel potest dici ꝙ quinto āno Jsaac expulsus fuit Jsmael ꝛ remansit solus Jsaac heres Abrahe: a quo tē pore fuerunt quadringenti anni.

Hac auctoritate ꝯuicit beataꝫ virginē habuisse peccatū originale.

[illegible] de ipso israel in egypto.

¶ Deide cū dic. NAM si ex lege ꝛc.] Ostēdit quō sequat ex ꝑmissis ꝙ lex euacuaret ꝑmissiōes: si lex necia eēt ad iustificationē siue bñdictionē gētiū. Dicit ḡ vere ꝑ missio euacuaret si lex necessaria eēt. Nam si heredi tas.s. bñdictionis Abrahe eēt ex lege iam nō eēt ex re promissione .i. ex semine repromisso Abrahe. Si eniꝫ semē ꝑmissum eēt sufficiēs ad hereditatē bñdictiōis ꝯsequēdam nō fieret iustificatio p legē. Destruit autē ꝯñs cū dicit. ABRAHE autē donauit deᵒ ꝛc.] .i. ꝑmisit se daturum: qđ ita certum erat ac si statim daret p RE PROMISSIONEM] .i. p semē repromissuꝫ. Nō ḡ ē ex lege hereditas .i. bñdictio de qua dī pᵉ Pe. 3. In h̄ vo cati estis vt bñdictionē hereditate possideatis.

¶ Quid igitur lex? † Propter trāsgressiōes addi ta fuit: donec veniret semen: cui promissum fue rat: ordinata per angelos in manu intercessoris. Intercessor aūt vnius nō est. at deus vnus est. Ro. 5.

¶ Quid igit lex? ꝑpter trāsgressioneꝫ posi ta est donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: deus aūt vnus est. Lec. VII.

Postq̄ ostēdit Aplus ꝛ auctoritate scripture ꝛ consuetudine humana ꝙ lex iustificare non potuit. hic mouet duas dubitationes ꝛ soluit. Se cunda dubitatio incipit ibi. LEX ergo aduersus ꝑmis sa dei ꝛc.] Circa primuꝫ tria facit. Primo mouet dubi tationeꝫ. Secundo soluit ibi. PROPTER transgressio nes ꝛc.] Tertio quoddaꝫ in solutione positum manife stat ibi. MEDIATOR aūt ꝛc.] Pōt autē esse dubiū ex premissis: si lex iustificare nō poterat: an eēt oino inu tilis: ꝛ hanc dubitationē mouet dicēs. QVID igit lex] sit .i. ad quid lex vtilis fuit. Et hanc punctuationē ma gis approbat Aug. vt habet in glo. Et aliā que sibi pri mitus melior videbatur vt distiguatur sic. Quid igit. Et postea dicatur lex PROPTER trāsgressiones ꝛc.] Similis dubitatio proponitur. Romano. 3. vbi sic di citur. Quid igitur amplius iudeo ꝛc.

¶ Deinde cum dicit. PROPTER trāsgressiones.] Sol uit dubitationem motam: vbi quatuor facit. Primo ꝑ ponit legis vtilitatem. Secundo legis fructuꝫ ibi. DONEC veniret semen ꝛc.] Tertio legis ministros ibi. ORDINATA per angelos.] Quarto legis dominiuꝫ ibi. IN MANV mediatoris.] Circa primum notandū est ꝙ lex vetus data est ꝑpter quatuor. Sm̄ quatuor ex peccato consecuta que enumerat Beda.s. propter ma litiam, infirmitatem, concupiscentiam, ꝛ ignorantiaꝫ. Est ergo lex pmo data ad reprimendam malitiaꝫ: quū scꝫ prohibendo peccatum ꝛ puniendo retrahebantur hoies a peccato: ꝛ hoc tangit dicens. PROPTER trās gressiones

Lex vetᵒ ꝑp quatuor data ē. Malitiam. Infirmitatē. Cōcupiam, ꝛ ignorantiā.

gressiones posita est lex] i. ad transgressiones cohibendas. ⁊ de hoc habetur p^a Thi. 1. Iusto lex nō est posita sed iniustis. Cui^9 ratio pōt sumi a Phō in. 4. ethicoꝝ. Homines eniꝫ bene dispositi ex seipsis mouentur ad bene agēdum ⁊ sufficiunt eis paterna monita: vn̄ non indigēt lege: sꝫ sicut Roma. 2. dicit. Ipsi sibi sunt lex habētes opus legis scriptū in cordib^9 suis. Sed hoīes male dispositi indigent retrahi a peccatis per penas. Et ideo quātum ad istos fuit necessaria legis positio que habet coartatiuaꝫ virtutē. Secundo lex data ē ad infirmitatē manifestādam. Homines eniꝫ de duobus presumebant. Primo quidem de sciētia. Scdo de potentia. Et ideo deus reliquit homineꝫ absqꝫ doctrina legis: tempore legis nature. In quo duꝫ in errores inciderunt conuicta est eoꝝ superbia de defectu sciētie. Sed adhuc restabat presumptio de potētia. Dicebāt enim non deest qui impleat: sꝫ deest qui iubeat: vt dicitur in glosa super illud Exo. 24^o. Quicquid pceperit dominus faciemus ⁊ erimus obedientes. Et ideo data est lex: que cognitionē peccati faceret. Per legeꝫ enim cognitio peccati. Roma. 3^o. Que tamē auxilium gratie non dabat ad vitandū peccata: vt sic homo sub lege constitutus ⁊ vires suas experiret ⁊ infirmitateꝫ suam recognosceret inueniēs se sine gratia peccatum vitare non posse: ⁊ sic auidius quereret gratiā. Et hec etiam causa potest ex his verbis accipi vt dicatur q LEX POSITA est ppter transgressiones] adimplendas: quasi illo modo loquendo quo Apostolus dicit. Roma. 5^o. Lex subintrauit vt abundaret delictuꝫ: qđ non est intelligēdum causalr̄: sed consecutiue: qa lege subintrante abundauit delictum ⁊ trāsgressiones sunt multiplicate: dum concupiscētia nondum per gratiaꝫ sanata in id quod prohibebat magis exarsit: ⁊ factuꝫ est peccatuꝫ grauius addita puaricatiōe legis scripte. Et hoc deus permittebat vt homines imperfectioneꝫ suam cognoscētes quererent mediatoris grām. Unde signanter dicit. POSITA EST] qsi debito ordine collocata inter legē nature ⁊ legeꝫ gratie. Tertio data est lex ad domādam cōcupiscētiaꝫ populi lasciuiētis: vt diuersis cerimonijs fatigati: neqꝫ ad idolatriam: neqꝫ ad lasciuias declinarent. Un̄ dicit Petrus Act. 15. Hoc est onus qđ neqꝫ nos ⁊c̄. Quarto ad instruēdum ignorantiam data est lex in figuraꝫ future gratie. ſm illud Heb. 10. Umbraꝫ habet lex ⁊c̄.

¶ Deinde cum dicit. DONEC veniret semē ⁊c̄.] Idest Christus de quo promiserat deus per eum benedicēdas omnes gentes. Matth. 11^o. Lex ⁊ prophete vsqꝫ ad Ioānem ⁊c̄. Gen. 22^o. In semine tuo ⁊c̄. Ministri autē legis ponuntur cum dicit. ORDINATA] idest ordinanter data: per angelos. i. per nuncios dei: scilꝫ Moysem ⁊ Aaron. Malach. 2^o. Legem requirent ex ore eius ⁊c̄. Angelus enim domini ⁊c̄. Uel PER ANGELOS] i. ministros angeloꝝ. Actuū. 6. Accepistis legem in dispositionē angeloꝝ ⁊c̄. Et est data per angelos: quia lex non debebat dari per filium qui maior ē. Heb. 2^o. Si eniꝫ qui per angelos factus est sermo ⁊c̄. Dicit autem. ORDINATA] quia ordinabiliter data est. s. inter tempus legis naturalis qua homines conuicti sunt q se iuuare non poterant: ⁊ tēpus gratie. Naꝫ anteq̄ gratiam acciperent cōuincendi erant de lege. Dominus autē legis dicit Christus. Et ideo dicit. IN MANU mediatoris] i. in potestate Chri. Deut. 33^o. In dextera eius ignea lex. p^a Thi. 2. Mediator dei ⁊ hominum ⁊c̄. Iste mediator significat^9 est p Moysem: in cuius manu est lex data. Deutro. 5^o. Ego sequester ⁊ medius fui inter deum ⁊ vos ⁊c̄.

¶ Deinde cum dicit. MEDIATOR autem ⁊c̄.] Exponit quod dixit. In manu mediatoris qđ potest tripliciter exponi. Uno modo: quia mediator nō est vnius tm̄: sed duoꝝ. Unde cum iste sit mediator dei ⁊ hominis oportet q sit deus ⁊ homo. Si eniꝫ esset purus hō vel deus tm̄: non esset verus mediator. Si ergo ē verus deus ⁊ nullus ē mediator suipsius: potest videri alicui q preter ipsum sunt alij dij quoꝝ est mediator. ⁊ hoc remouet dicēs: q mediator iste: ⁊ si non ē vnius tm̄: non ppter hoc sunt alij dij: sꝫ deus vnus est: quia lꝫ ipse alius sit in persona a deo patre: non est tn̄ aliud in natura. Deu. 6. Audi israel domin^9 deus ⁊c̄. Eph. 4. Unus deus ⁊c̄. Scdo modo: quia posset credi q iste esset mediator iudeoꝝ tm̄. Ideo dicit. Dico q Christ^9 est mediator: sed non vnius. s. iudeoꝝ: sꝫ vnus est oīuꝫ idest sufficiēs ad omnes recōciliandos deo: quia ipse deus est. Roma. 3^o. Unus deus qui iustificauit ex fide circūcisionē ⁊ preputiuꝫ per fidem ⁊c̄. 2^a Cor. 5. Deus erat in Christo mūduꝫ recōcilians sibi ⁊c̄. Tertio mō quia non est mediator vnius populi tm̄. s. iudeoꝝ: sed etiam gentilium. Eph. 2^o. Ipse est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnuꝫ. Et hoc ex parte gētium auferēdo idolatriaꝫ: ⁊ ex parte iudeoꝝ ex obseruātia legis. Specialr autē mediator est filius non pater nō spiritussanctus: nihilominus tamē vnus est deus.

Mediator duoꝝ neqꝫ tamen deoꝝ trium neqꝫ vni^9 populi.

¶ Lex igitur num est aduersus pmissiones dei? Absit. Etenim si data fuisset lex que possit viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura oīa sub pctō: vt pmissio ex fide Iesu chri daret credentib^9. Ceterum anteq̄ venisset fides sub lege custodiebamur: cōclusi in eā fidem: que erat reuelanda. Itaqꝫ lex pedagogus noster fuit ad Chri: vt ex fide iustificaremur. At postq̄ venit fides: nō amplius sub pedagogo sumus.

¶ Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si eniꝫ data esset lex que posset hoīem viuificare vere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura oīa sub peccato: vt pmissio ex fide Iesu chri daret credentib^9. Prius autē q̄ veniret fides sub lege custodiebamur: cōclusi in eaꝫ fidē que reuelanda erat. Itaqꝫ lex pedagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides iaꝫ nō sum^9 sub pedagogo. Lec. VIII.

Hic mouet Apostolus aliaꝫ dubitationē: vtrū. s. lex noceat gratie. Et primo mouet dubitationē dicens. LEX ERGO ⁊c̄.] Quasi dicat. Si lex posita ē ppter transgressiones: nunquid lex facit aduersus promissa dei. s. vt id quod deus promisit se facturum per semen repromissum per alium faciat. ABSIT.] Quasi dicat. Non. Nam supra codeꝫ. Lex non irritum facit testamētum ad euacuandas promissiones ⁊c̄. Ro. 7^o. Lex sancta ⁊ mandatuꝫ sanctum. Secundo cuꝫ dicit. SI ENIM LEX DATA ESSET ⁊c̄.] Soluit dubitationeꝫ. Et primo ostēdit q lex non est cōtra promissa dei. Secundo q est in obsequiuꝫ promissoꝝ. ibi. SED CONCLUSIT ⁊c̄.] Dicit ergo q lꝫ lex sit posita propter transgressores: non tamē contrariat promissioni dei: quia transgressiones ipsas remouere non potest. Si n. eas remoueret: tunc manifeste esset ꝯ promissa

de:q̄a iustitia esset p aliū modū q̄ deus pmisit:quia esset p legē ⁊ nō p fidē:cū tñ dicat̄ Abacuch.2. Iustus meus ex fide viuit. Ro.3. Iustitia dei ē p fidem Jesu Chri.Et iō dicit q̄ SI LEX esset data talis:que posset viuificare ⁊.i.tante virtutis esset q̄ posset vitā gratie ⁊ eternā beatitudinē ↄferre:tunc VERE ⁊ nō apparēter IVSTITIA esset ex lege: ⁊ si lex faceret qđ fides facere dr̄:⁊ sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat: q̄a lr̄a.s.legis occidit:vt dr̄ 2ᵉ Cor.3. Et Roma.8. Lex enim spiritus vite in Christo iesu ⁊c̄.

℄ Deinde cum dicit.SED SCRIPTVRA cōclusit ⁊c̄.] Ostēdit q̄ lex nō solū nō ↄriat̄ grē:sꝫ est ei ēt in obsequiū. Et p̄mo ośdit q̄ lex obseq̄t̄ pmissis dei. Scđo q̄n̄ h̄ obsequiū manifestatū est in iudeis.ibi. PRIVS aūt q̄ veniret fides ⁊c̄.] Tertio q̄n̄ gētiles ēt sine lege ↄsecuti sunt pmissa dei.ibi. OMNES enim filij dei estis ⁊c̄.] Circa pmū sciēdū ē q̄ lex obsequit̄ pmissis dei in gñali q̄tū ad duo. Pɽio q̄a manifestat peccata. Ro.3°. Per legē cognitio pcti. Deinde q̄a manifestat infirmitatē humanā. Inquātū hō nō pōt vitare peccatū:nisi p grām q̄ p legē nō dabat̄. Et sicut ista duo.s. cognitio morbi ⁊ īpotētia infirmi multū inducunt ad querēdū medicū:ita cognitio pcti ⁊ ppꝛie impotētie inducūt ad querēdū Chrm̄. Sic ḡ lex obsecuta ē grē: inquātū prebuit cognitionē pcti ⁊ experiētiā ppꝛie impotētie. Et ideo dicit. SCRIPTVRA].i.lex scripta CONCLVSIT].i.tenuit inclusos iudeos. SVB PECCATO].i.ostēdit eis pctā que faciebāt. Ro.7. Concupiscētiā nesciebā ⁊c̄. Itē ↄclusit:q̄a veniēte lege sumpserūt occasionē pcti. Ro.11. Cōclusit deus omnia in icredulitate ⁊c̄. Et h̄ ideo vt hō q̄reret grām. Et iō dic̄. VT PROMISSIO].i. grā repromissa DARETVR] nō solū iudeis:sꝫ OMNIBVS CREDENTIBVS] q̄a illa gratia poterat liberare a peccatis:⁊ hec gratia est EX FIDE IESV CHRISTI.]

℄ Deinde cum dicit.PRIVS aūt q̄ veniret ⁊c̄.] Ponit experimētū huius obsequij manifestatū in iudeis. Et p̄mo ponit obsequiū iudeoꝝ. Scđo ↄcludit quoddā corollariū.ibi.ITAQVE lex pedagogus ⁊c̄.] Dicit ḡ. Si scriptura.i.lex scripta detinuit oīa sub pctō: quas vtilitates habebant iudei ex lege anteq̄ veniret fides ex grā? Rñdet ⁊ dicit. Nos iudei ante aduētum fidei CVSTODIEBAMVR sub lege] inq̄tū faciebat nos vitare idolatriam ⁊ multa alia mala: custodiebamur inq̄ nō sicut liberi:sꝫ q̄si serui sub timore.⁊ h̄ sub lege.i. sub onere legis ⁊ dñio. Ro.7°. Lex in hoīe dñat̄ q̄to tpe viuit ⁊c̄.ET CVSTODIEBAMVR] ↄclusi.i.seruari ne defluerem⁹ ad vitia:sꝫ p̄pararemur IN EAM] idest TAM BONAM fidē q̄ reuelanda erat.] Esa.56. Juxta ē salus mea vt veniat:⁊ iustitia mea vt reueler̄. Et dic̄ REVELANDA] q̄a cū fides excedat oē hūanū ingeniū:nō pōt per ppꝛium sensū hēri:sꝫ ex reuelatione ⁊ dono dei. Esa.40. Reuelabitur gloria dñi ⁊c̄. Uel IN EAM FIDEM que reuelāda erat] tpe grē in antiq̄s tēporib⁹ multis signis latens. Unde ⁊ tēpore Christi velum templi scissum est. Mat.27°.

Custodiebāt iudei sub lege nō quasi liberi sed sicut serui.

℄ Consequēter cū dicit.LEX PEDAGOGVS ⁊c̄.] Cōcludit quoddā corollariū. Et p̄mo ostēdit legis offm̄. Scđo officij cessationē.ibi.AT VBI venit plenitudo tpis ⁊c̄.] Officiū aūt legis fuit officiū pedagogi. Et iō dic̄.LEX PEDAGOGVS noster ⁊c̄.] Quādiu.n.heres nō pōt ↄsequi bñficiū hēditatis vel pp defectū etatis seu alicui⁹ debite pfectionis:cōseruatur ⁊ custodit̄ ab aliquo instructore:qui q̄dē instructor pedagogus dr̄ a pedos:qđ est puer:⁊ goge qđ est ductio. Judeis aūt p-

Unde dr̄ pedagogus.

missa erat bñdictio futuri seminis de hereditate obsequēda:sꝫ nōdū aduenerat tēp⁹ ipsius hereditatis cōsequēde. Et iō necc̄iū erat q̄ ↄseruarent̄ vsq̄ ad tēp⁹ futuri semis ⁊ cohiberētur ab illicitis qđ factū est per legē. Et iō dicit. ITAQVE ⁊c̄.] q.d. Ex quo sub lege custodiebamur LEX FVIT noster pedagogus].i.dirigēs ⁊ ↄseruās. IN CHRISTO].i.in via Christi. Et h̄ ideo VT EX FIDE Chri iustificaremur.] Osee.11°. Puer israel ⁊ dilexi eū. Hiere.31. Castigasti me dñe. Et erudit⁹ sum ⁊c̄. Ro.3. Arbitramur enī hoīē iustificari p fidē ⁊c̄. Et q̄uis lex pedagogus noster eēt:nō tñ ad pfectā hereditatē ducebat:q̄a vt dr̄ Heb.7. Neminē ad pfectū adduxit lex ⁊c̄. Sꝫ h̄ officium cessauit postq̄ venit fides. Et h̄ est qđ dicit.AT VBI venit fides].s.Chri. IAM NON sum⁹ sub pedagogo].i.sub coactiōe q̄ nō ē necc̄ia liberis. p̄ᵉ Cor.13°. Cū essem paruulus ⁊c̄.cū aūt fact⁹ sum vir ⁊c̄. 2ᵉ Cor.5. Si qua ḡ in Christo noua creatura vetera transierunt ⁊c̄.

℄ † Omnes enim filij dei estis: eo qđ credidistis Christo iesu. Nam quicūq̄ baptizati estis: Chrm̄ induistis. Non ē iudeus neq̄ grecus:non est seruus neq̄ liber:non est masculus ac femina. Oēs enim vos vnus estis in Chrīo iesu. Quod si vos estis Christi: igitur Abrahe semen estis:⁊ iuxta promissionem heredes. Roma.6.

℄ Omnes eniꝫ filij dei sunt per fidē que est in Chrīo iesu. Quicūq̄ eniꝫ i Chrīo baptizati estis: Chrm̄ induistis. Nō est iudeus neq̄ grecus: nō est seruus neq̄ liber:nō ē masculus neq̄ femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo iesu. Si autē vos Christi ergo semen Abrahe estis s̄m promissionem heredes. Lec. IX.

Hic ostēdit Apl's q̄ ad fructū grē gentiles sine obsequio legis puenerūt:ad quē tñ iudei pducti sūt p legis custodiā ⁊ obsequiū. Et circa h̄ facit tria. Pɽio ppōnit intētum. Scđo manifestat ppositū.ibi. QVICVNQVE eniꝫ in Chrīo ⁊c̄.] Tertio ex h̄ argumētat̄. ibi.SI AVTEM vos Chri ⁊c̄.] Dicit ḡ. Uere nō sum⁹ sub lege.i.sub pedagogo ⁊ coactione:q̄a sum⁹ filij dei. Silr̄ ⁊ vos sub lege:neq̄ sub pedagogo estis: q̄a.s.ad grām puenistis. IDEO oēs estis filij dei per fidē] nō p legē. Ro.8. Non eniꝫ accepistis spūm seruitutis.s.timoris qui dabat̄ i lege veteri: sꝫ accepistis spūm filioꝝ.s. charitatis ⁊ amoris qui dat̄ in noua lege p fidē. Jo.1. Dedit eis ptātem filios dei fieri ⁊c̄. Si ḡ filij dei estis p fidē:q̄re vultis eē serui p legis obseruātias? Nā sola fides hoīes facit filios dei adoptiuos. Nullus siquidem est filius adoptiuus:nisi vniatur ⁊ adhereat filio nāli. Roma.8. Quos p̄sciuit conformes fieri imaginis filij eius ⁊c̄. Fides.n.facit nos in Chrīo iesu filios. Ephe.3°. Habitare Chrm̄ per fidē in cordib⁹ vestris. Et hoc in Christo iesu.i.filij dei estis per Jesum christū.

℄ Consequēter cū dic̄.QVICVNQVE.n.in Chrīo ⁊c̄.] Manifestat ppositū. Et circa hoc tria facit. Pɽio pponit ppositi manifestationē. Scđo manifestationis expositionē.ibi.NON est iudeus ⁊c̄.] Tertio assignat manifestationis rationē.ibi. OMNES enim vnum sumus ⁊c̄.] Manifestat āt circa p̄mū q̄n̄ sum⁹ in Chrīo iesu filij dei. Et hoc ē qđ dicit.QVICVNQVE eniꝫ in Chrīo iesu ⁊c̄.] ℄ Qđ pōt q̄drupl̄r exponi. Uno mō vt dicat̄.QVICVNQVE in chrīo iesu baptizati estis] P̄mo modo.

idest institutiõe Christi ad baptismum instructi estis. Mar. vlti° Euntes in mũdu3 vniuersu3 ꝑdicate euãgeliũ omni creature ⁊c̃. Qui crediderit ⁊ baptizat' fuerit ⁊c̃.

2° modo.

℃ Alio mõ QVICVNQVE in Chro iesu baptizati estis .i. ꝑ similitudinẽ: ⁊ ꝑ configurationẽ mortis Chri. Ro. 6. Quicũq3 baptizati sumus in Chro iesu in morte ipsius baptizati sumus.

3° modo.

℃ Uel IN CHRISTO IESV .i. in fide iesu Chri. Nã baptism' nõ fit nisi in fide sine qua effectũ baptismi nullu3 ꝯsequimur. Mar. vlti°. Qui crediderit ⁊ baptizat' fuerit salu' erit ⁊c̃.

4° modo.

℃ Uel IN CHRISTO IESV .i. in virtute ⁊ operatiõe eius. Jo. 1. Sup quẽ videris spũm descẽdentẽ hic ẽ qui baptizat. Quicũq3 ḡ istis quatuor modis baptizati estis CHRISTVM INDVISTIS. Ubi sciẽdu3 est ꝙ qui induit aliqua veste ꝓtegit ac contegit ea: ⁊ appet sub colore vestis colore ꝓprio occultato. Eode3 mõ ⁊ qui induit Chri3 ꝓtegit ⁊ cõtegit a Chro iesu ꝯ impugnatiões ⁊ estus ⁊ in eo nihil aliud appet nisi q̃ Chri sunt. Ro. 13. Induite dñm Jesum chrm. Et sicut lignũ accẽsum induit igne ⁊ participat eius virtutẽ: ita ⁊ qui Chri virtutes accipit induit Chro. Luc. vlti°. Sedete in ciuitate donec induamini virtutẽ ⁊c̃. Qd in illis locum h3 qui interius Chri virtute informant. Eph. 4°. Induite nouũ hoiem qui ꝛm ⁊c̃. Et nota ꝙ Chrm aliq induunt exterius ꝑ bonã cõuersationẽ: ⁊ interius ꝑ spũs renouationẽ: ⁊ ꝛm vtrũq3 ꝑ sanctitatis cõfigurationẽ vt tãgit in glosa.

Modo idest Chri3 exteri' ꝑ bonã ꝯuersationẽ: ⁊ interi' ꝑ renouationẽ spũs.

℃ Expositionẽ aũt manifestationis ponit cũ dicit. NON est iudeus ⁊c̃. .q.d. Uere dixi ꝙ quicũq3 in Chro iesu ⁊c̃. Quia nihil põt eẽ in hoibus: qd faciat exceptionẽ a sacramẽto fidei Chri ⁊ baptismi. Et ponit tres dñas hoim: ostẽdens ꝙ ꝑ eas nullus excipit a fide Chri. Pria dña est q̃tũ ad ritũ cũ dicit. NON est iudeus neq3 grecus .q.d. Ex quo in Christo iesu baptizat' est: nõ est dña ꝙ ꝓp hoc sit indignior in fide ex q̃cũq3 ritu ad eam venerit siue ex ritu iudaico siue greco. Ro. 3. An iudeoꝝ deus tm̃: Nõne ⁊ gẽtiũ: Immo ⁊ gẽtiu3: qm̃ qdẽ vnus deus qui iustificauit ex fide circũcisionẽ ⁊ ꝑputiu3 ꝑ fidẽ. Et Ro. 10. Non est distinctio iudei ⁊ greci ⁊c̃.

Iude' ⁊ grecus q ad statu3 aũt ẽ conuersionem: ⁊ sic iudei amplius debuit vl post cõuersionẽ: ⁊ sic nõ est amplius vni ꝗ alteri.

℃ S3 ꝯ est qd dr̃ Roma 3. Quid ḡ amplius ẽ iudeo. Multũ qdẽ ꝑ oẽm modu3. ℃ Rñdeo dicẽdu3 ẽ ꝙ iudei ⁊ greci possunt ꝯsiderari dupl'r. Uno mõ ꝛm statu3 in quo erant ante fidem: ⁊ sic amplius fuit iudeo ꝓpter bñficiũ legis. Alio mõ q̃tũ ad statu3 gratie: ⁊ sic nõ est amplius iudeo: ⁊ de h̃ intelligit hic. Scda dña est q̃tũ ad statu3 ⁊ ꝯditionẽ cu3 dicit. NON est seruus neq3 liber .i. neq3 seruitus neq3 libertas: neq3 nobilitas: neq3 ignobilitas dñam facit ad recipiẽdu3 effectũ baptismi. Job. 3. Paruus ⁊ magnus ibi sunt ⁊ seruus liber a dño suo. Ro. 2. Non est ꝑsonaꝝ acceptio apud deũ. Tertia dña est q̃tũ ad nãm cu3 dicit. NON EST masculus neq3 femina .i. q2 sexus nullam dña3 facit q̃tũ ad participãdu3 baptismi effectũ. Gal. 3. Non est masculus aut femina ⁊c̃. Expositionis ho rõne3 ponit cũ dicit. OMNES enim vos vnu3 estis in Chro iesu .q.d. Uere nihil hoꝝ est per qd dña fiat in Christo: q2 vos oẽs .s. fideles vnum estis in Christo iesu: qui in baptismo oẽs estis effecti membra Christi ⁊ vnu3 corpus: ⁊ si inter vos sitis diuersi. Ro. 12°. Omnes vnũ corpus sumus in Chro ⁊c̃. Eph. 4. Unu3 corpus vnus spũs ⁊c̃. Ubi aũt est vnitas: dña non h3 locũ. Pro hac vnitate orat Christus. Joã. 17°. Uolo pater vt sint vnum ⁊c̃.

℃ Consequẽter cũ dicit. SI AVTEM vos estis ⁊c̃. Arguit ad pncipale ꝓpositũ hoc mõ. Dixi ꝙ Abrahe dicte sunt promissiones ⁊ semini eius: sed VOS ESTIS Abrahe. ergo [illegible] vos ptinet ꝓmissio Abrahe de hereditate ꝯsequẽda. Minorẽ sic ꝓbat. Uos estis filij dei adoptiui: q2 estis vniti per fidẽ Chro qui est filius dei nãlis. Sed Chrs est filius Abrahe in vno semine tuo qui est Christus. Ergo si vos estis Christi: idest in Christo estis semen Abrahe .i. filij: cũ Christus fili' eius sit. Et si filij estis ⁊ heredes .i. ad vos ptinet hereditas ꝛm promissionẽ Abrahe factam. Roma. 9°. Non qui filij sunt carnis hi sunt filij. sed qui sunt filij ꝓmissionis hi estimant in semie dei.

Cap. IIII.

Dico aũt quãdiu heres puer est: nihil differt a seruo: cũ sit dñs oiu3: sed sub tutorib' ⁊ auctorib' est vsq3 ad tẽpus qd pater prescripserit. Sic ⁊ nos cum essemus pueri: sub elementis mundi eramus: in seruitutem adacti.

Dico autẽ q̃to tpe heres puulus est nihil differt a ꝯuo: cũ sit dñs oiu3: sed sub tutorib' ⁊ actorib' est vsq3 ad prefinitũ tẽpus a patre. Ita ⁊ nos cũ essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruiẽtes.

Ostꝙ ostẽdit Apls legis defectum: hic ꝯsiter ostẽdit grẽ dignitatem. Et pmo ꝑ exẽplum humanũ. Scdo per exẽplum creature. ibi. DICITE mihi qui sub lege vultis esse ⁊c̃. Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit dignitatẽ grẽ ꝑmittẽs statum veteris legis ꝑ similitudinẽ a lege hũana sumptã. Scdo ostẽdit ꝙ ipsi facti sunt pncipes huius dignitatis per fidẽ. ibi. QVONIAM aũt estis filij dei ⁊c̃. Tertio arguit ipsos eo ꝙ hãc dignitatẽ ꝯtẽnebant. ibi. SED tũc qdẽ ignorãtes deũ ⁊c̃. Circa pmũ duo facit. Prio ponit similitudinẽ. Scdo adaptat eã ad ꝓpositu3. ibi. ITA ET NOS cũ essem' ⁊c̃. ℃ Notãdu3 ẽ aũt ꝙ in ꝓposita similitudine quattuor tangit Apls. Primo qdẽ dignitatẽ: q2 non est seruus. s3 heres. Unde dicit. QVANTO tpe heres ⁊c̃. Qd adaptat ⁊ refert ad ppl'm iudeoꝝ: qui fuit heres promissionis Abrahe. ps. Elegit nos in hereditatẽ sibi. Et ad Chrm qui ẽ heres oium. Heb. 1. Quẽ ꝯstituit hẽde3 vniuersoꝝ. Scdo eius paruitatẽ. Unde dicit. PARVVLVS EST .q2 ⁊ iudei paruuli erãt ꝛm statũ legis. Amos. 7°. Quis suscitabit Jacob: quia paruulus est: Silr ⁊ Chrs paruulus factus ẽ ꝑ incarnationẽ. Esa. 9. Paruulus natus est nobis ⁊c̃. S3 nota ꝙ Apls aliqñ assimilat paruulo statu3 legis: sicut hic. Aliqñ statu3 pñtis vite. 1ª Corin. 13°. Quãdo era3 paruulus ⁊c̃. Cuius rõ est: q2 status veteris legis est sicut paruulus ꝓp ĩꝑfectionẽ cognitionis in Chro ad statu3 grẽ ⁊ veritatis: que ꝑ Chrm facta ẽ. Sic ⁊ status pñtis vite: in qua videmus per speculu3 in enigmate ẽ: sicut paruulus cõparatus statui future vite: in qua est ꝑfecta dei cognitio: q2 videt sicuti est. ℃ Tertio ei' subiectionẽ cum dicit. NIHIL differt a seruo cum sit dñs oium: sed sub tutoribus ⁊c̃. Propriũ eni3 serui est ꝙ sit subiectus alicui domino. Puer aũt q̃diu paruulus est: quia non habet cognitionem perfectam: ⁊ vsu3 libere voluntatis: propter defectum etatis cõmittitur custodie alioꝝ: qui ⁊ bona sua defendant: ⁊ hi dicũtur tutores: ⁊ negocia agũt: ⁊ hi actores noiant. Et ideo lz sit dñs oiu3 rex suaꝝ: tñ inquãtu3 subycit alijs nihil differt a seruo. Esa. 44. Et nũc seruus me' Jacob ⁊c̃.

Sed notãdu3 ẽ q̃ in populo iudaico aliq̃ erãt simplr
serui:illi.s.qui pp̃ timorẽ pene ꝛ cupiditatẽ tp̃aliũ:que
lex permittebat legẽ seruabãt. Aliqui ꝟo erãt:qui nõ
erãt serui simplr:3 quasi serui exiles:erant vere filij
ꝛ heredes:qui l3 attẽderent exteri⁹ ad tp̃alia ꝛ vitarẽt
penas:nihilominꝰ tñ in eis finẽ nõ ponebant:3 acci-
piebãt ea vt figurã spũaliu3 bonoꝝ. Vñ l3 viderẽtur
nihil exterius differre a seruis: inquãtũ cerimonias ꝛ
alia legis mãdata seruabãt:tñ erãt dñi: qꝛ nõ ea intẽ-
tione eis vtebanẽ vt serui:qꝛ illis vtebanẽ amore spi-
ritualiu3 bonoꝝ q̃ p̃figurabãt. Serui ꝟo timore pene
ꝛ cupiditate terrene cõmoditatis. Chr̃s erat etiã quasi
seruus:qꝛ l3 sit dñs oiu3. s̃m illud p̃s. Dixit dñs dño
meo ꝛc̃. tñ nihil videbaẽ differre a seruo in exterioꝛibꝰ
inquãtu3 hõ. Phil. 2°. Exinaniuit semetipsu3 formam
serui accipiẽs ꝛ habitu inuentus vt hõ. SVB TVTO-
RIBVS] dñ ET ACTORIBVS] erat qꝛ sub lege factꝰ
erat. vt dr̃ infra eodẽ. Factus sub lege. Et hoĩbꝰ subdi-
tus: vt dr̃ Luc. 2. Erat subditus illis. ¶ Quarto ponit
tp̃is ꝯgruitatẽ cũ dicit. VSQVE ad p̃finitũ tp̃s a p̃re]
qꝛ sicut heres s̃3 determinationẽ p̃ris p̃finito tp̃e sub
tutoribꝰ ẽ:ita ꝛ lex determinatũ tp̃s habuit a deo q̃diu
deberet durare: ꝛ q̃diu heres.s.ppl̃s iudeoꝝ esset sub
ea. Silr̃ ꝛ p̃finitũ tp̃s fuit a p̃re quo Chr̃s non erat fa-
cturus miracula ꝛ ostẽsurus dñium potẽtis diue. Jo. 2.
Nõdu3 venit hora mea. Hãc silitudinẽ adaptat cum
dicit ꝯñter. ITA ET NOS ꝛc̃.] Et p̃mo adaptat eam
q̃tũ ad iudeos. Scd̃o q̃tũ ad Chr̃3. ibi. AT VBI VE-
NIT plenitudo tp̃is.] Dic̃ g̃. Dico q̃ QVANTO tp̃e
heres paruulus ẽ ꝛc̃.] Et ita nos iudei cũ essemꝰ paruli
in statu legis veteris: sub elemẽtis mũdi eramꝰ seruiẽ-
tes.i.sub lege q̃ tp̃alia p̃mittebat. Esa. 1. Si volueritis
ꝛ audieritis me bona terre comedetis. Et cõminabaẽ
penas tẽporales. Uel lex vetꝰ dr̃ elm̃tu3:qꝛ sicut pue-
ris qui sunt instruẽdi ad sciã3 p̃mo p̃ponunẽ elemẽta
illiꝰ scie p̃ que manuducũẽ ad illas sciã3:ita lex vetꝰ p̃-
posita ẽ iudeis:p̃ quã3 manuducerẽtur ad fidẽ ꝛ iusti-
tiã3. Supra. 3. Lex pedagogꝰ noster fuit in Chr̃o. Uel
sub elm̃tis.i.corporalibꝰ reꝝ ritibꝰ quos s̃uabãt: sicut
lunares dies neomenias ꝛ sabbatũ. Nec tñ instãdũ ẽ
q̃ pp̃ h̃ non differrẽt a paganis:qui elm̃tis seruiebant
huius mũdi cũ eis nõ s̃uirẽt iudei seu cultũ ip̃ẽderẽt:
s3 sub eis deo s̃uiebant ꝛ cũ colebãt:gẽtiles ꝟo elm̃tis
seruiẽtes eis diuinum cultu3 impẽdebãt. Ro. 2°. Ser-
uierunt creature potius q̃3 creatori ꝛc̃. Fuit aũt neces-
sariu3 q̃ iudei sub elemẽtis huius mundi deseruirent
deo:qꝛ iste ordo ẽ congruus nature humane vt a sen-
sibilibus ad intellectualia p̃ducantur.

¶ At vbi venit plenitudo temporis: emisit deus
filium suum factum ex muliere: factum legi obno-
xiu3: vt eos qui legi erant obnoxij: redimeret: vt
adoptione ius filioꝝ acciperemus.

¶ At vbi venit plenitudo tp̃is: misit deꝰ fi-
liu3 suũ factũ ex muliere factũ sub lege: vt
eos q̃ sub lege erãt redimeret: vt adoptio-
nem filioꝝ reciperemus. Lec. II.

Hic adaptat Ap̃lus silitudinẽ p̃positã ad Chr̃3. Et
p̃mo ponit adaptatio. Secũdo finis rei in qua
silitudo adaptaẽ. ibi. VT EOS qui sub lege erant ꝛc̃.]
Sciẽdu3 ẽ aũt q̃ supra in silitudinẽ p̃posita quatuor
ostẽdit p̃ ordinẽ: sicut dictum est. Hic [illegible] illa quatuor
adaptãs ad Chr̃3 incipit ab vltimo.s.a determinatiõe
tp̃is: cuius rõ ẽ qꝛ idẽ tẽpus fuit in quo Chr̃s fuit hu-
miliatꝰ: ꝛ in quo fideles fuerũt exaltati. Et ideo dicit.
AT VBI venit plenitudo tp̃is].i. postq̃3 tẽpus qd̃ fue-
rat p̃finitũ a deo p̃re de mittẽdo filio suo erat comple-
tu3. ꝛ h̃ mõ accipiẽ Luc. 2. Impleti sũt dies ꝛc̃. Diciẽ
autẽ plenu3 tẽpꝰ illud pp̃ plenitudinẽ grãꝝ: que in eo
danẽ. s̃m illud p̃s. Flumẽ dei repletũ est aquis ꝛc̃. Itẽ
pp̃ ipletionẽ figuraꝝ veteris legis. Mat. 5. Non veni
soluere legẽ ꝛc̃. Itẽ pp̃ ipletionẽ p̃missoꝝ. Dañ. 9. Cõ-
firmabit aũt pactũ multis hebdomada vna. Hoc aũt
qd̃ dicit. AT VBI venit plenitudo tp̃is ꝛc̃.] Silr̃ ꝛ in
alijs scripture locis vbi tp̃s circa Chr̃3 impleri dr̃: nõ
est referẽdu3 ad fatale3 necessitatẽ: s3 ad diuinã ordi-
nationẽ. de qua diciẽ in p̃s. Ordinatiõe tua p̃seuerant
dies ꝛc̃. Assignaẽ aũt duplex rõ q̃re illud tẽpus p̃ordi-
natu3 ẽ ad aduẽtu3 Chr̃i. Una sumiẽ ex magnitudine.
Quia eni3 magnus ẽ qui vẽturꝰ erat: oportebat: ꝛ mul-
tis indicijs ꝛ multis p̃parationibꝰ hoĩes ad aduẽtum
eius disponi. Heb. p̃. Multifarie multisq̃3 modis ꝛc̃.
Alia ex ꝯditiõe veniẽtis. Quia.n. medicus erat vẽturꝰ
oportebat q̃ ante aduẽtu3 suũ cõuincerẽtur hoĩes de
morbo: ꝛ q̃tũ ad defectũ scie in lege nãe: ꝛ q̃tũ ad de-
fectũ virtutis in lege scripta. Et iõ oportuit vtrũq̃3.s. ꝛ
legẽ nãe ꝛ legẽ scripture aduẽtu3 Chr̃i p̃cedere. ¶ 2°
adaptat q̃tũ ad hereditariã dignitatẽ cũ dicit. MISIT
DEVS filiũ suũ].s. p̃priũ ꝛ nãlem. Et si filiꝰ g̃ ꝛ heres.
Dicit aũt FILIVM SVVM].i. p̃priũ nãle3 ꝛ vnigeni-
tum nõ adoptiuũ. Jo. 3. Sic deus dilexit mũdũ vt ꝛc̃.
MISIT] inq̃3 eu3 nõ a se separatũ: qꝛ missus ẽ per hoc
q̃ assumpsit humanã nãm: ꝛ tamẽ erat in sinu patris.
Jo. p̃. Unigenitꝰ qui ẽ in sinu patris eternalr̃. Joan. 3°
Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo.
filius hominis qui est in celo. Qui l3 descenderit per.
assumptionẽ carnis: tamẽ est in celo. Item misit eum
nõ vt esset vbi p̃us non erat: qꝛ l3 in p̃pa venerit per-
p̃sentiã3 carnis: in mũdo tñ erat p̃ p̃ntiã3 deitatis: vt dr̃
Jo. p̃. Similr̃ non misit eũ q̃si ministrũ: qꝛ sua missio
fuit assumptio carnis nõ depositio maiestatis. MISIT
ergo deus filiu3 suũ] ad sanãdu3 inq̃3 oculationẽ cõcu-
piscibilis ꝛ ad illuminãdu3 ignorãtiã3 rationalis. p̃s.
Misit ꝟbu3 suũ ꝛc̃. Misit etiã3 ad liberãdu3 a p̃tãte
demonis cõtra infirmitatẽ irascibilis. Esa. 19. Mittet
eis saluatorẽ qui liberet eos. Itẽ ad remediu3 ab obli-
gatiõe eterne mortis. Osee. 13°. De manu mortis libe-
rabo eos: de morte redimã eos. Itẽ ad saluandum ab
eoꝝ peccatis. Jo. 3. Nõ misit deus filiũ suũ in mũdu3
vt iudicet mũdum: s3 vt saluetur mundus p̃ ipsu3 ꝛc̃.
¶ Tertio adaptat silitudinẽ quãtu3 ad paruitatẽ cu3
dicit. FACTVM ex muliere.] Esa. 9°. Paruulus natus
est nobis ꝛc̃. Phil. 2°. Exinaniuit semetipsu3 ꝛc̃. Paruũ
se fecit nõ diminuẽdo magnitudinẽ: sed assumẽdo par-
uitatẽ. In hoc aũt qd̃ dicit. FACTVM ex muliere.] ca-
uendi sunt duo errores.s. Fotini qui dicit Chr̃m purũ
hoĩe3 eẽ ꝛ ex Uirgine p̃ncipiũ essendi sumpsisse: ꝛ iõ
ita dicit ip̃m factũ ex muliere q̃si totalr̃ initium ex ea
sumpserit. S3 hoc ẽ falsu3: qꝛ ẽ cõtra illud qd̃ dicitur
Roma. p̃mo. Qui factus ẽ ei ex semine Dauid s̃m car-
nem: nõ dicit s̃m p̃sonam que ẽ ab eterno.s. ipsa hypo-
stasis filij dei. Unde sicut cũ scutum sit albũ de nouo
non oportet dicere q̃ ipsa substãtia scuti de nouo fiat:
s3 q̃ ei de nouo albedo acceiserit: ita ex hoc q̃ filius
dei de nouo carnẽ assumpsit: nõ oportet dici q̃ perso-
na Christi de nouo sit facta: sed q̃ natura humana ei
de nouo aduenit: sicut corpori cum absq̃3 sui mutatio-
ne quedã3 accidũt. Aliqua.n. aduenũt alicui ꝛ imutãt
ip̃m: sicut forme ꝛ q̃litates absolute. Quedã ꝟo absq̃3

Misit filiu3 suu3 vnigeni-tum/non a se separatũ/non vt eẽt vbi p̃us nõ erat/nõ q̃si ministrũ/s3 ad sanãdum/ad liberãdũ/ad remediu3/ad saluãdu3.

Error Fotini

mutatione aduenientē: ꝛ hō est assumptio carnis sm̄ ꝙ dicit relationē. Unde p̄ h̄ ꝑsona ꝟbi in nullo mutat̄. Et inde ē ꝙ in diuinis vtimur his q̄ relationē significāt ēt ex tp̄e. Un̄ dicimus. Dn̄e refugiū factus es nobis: ꝛ ꝙ deus fact⁹ est hō. Non aūt vtimur formis absolutis: vt deus factus ē bon⁹ sapiēs ꝛ hō. Itē vitādus

Error Hebionis.

est error Hebeonis qui dicit Chr̄m ex Joseph semine eē natū motus ad hoc ponēdū: per hoc qd̄ d̄r ex muliere. Nā sm̄ eū mulier corruptionē ipoztat nī. Sed hoc est falsum: q̄a hoc nomē mulier in sacra scriptura designat ēt sexum nālē. sm̄ illud Gen. 3. Mulier quā dedisti mihi ꝛc̄. vocat. n. eā mulierē: que tn̄ adhuc erat virgo. Per hoc ēt qd̄ d̄r ex muliere factus destruūtur

Error Valentini.

duo errores. s. Ualentini dicētis Chr̄m non sumpsisse corpus de Uirgine: s; attulisse illud de celo ꝛ p̄ beatā Uirginē: sicut p̄ fistulā seu cānale transiuisse. Sed h̄

Ly ex / designat causam mālem.

est falsū: q̄a si verū esset qd̄ dicit nō fuisse fact⁹ ex muliere: vt Apl's dicit. Hec. n. ꝑpositio ex cām mālē designat. Itē error Nestoris dicētis beatā Uirginē non

Error Nestoris.

esse matrē filij dei: s; filij hoīs: qd̄ falsum eē ostēditur. per hoc quod dicit Apl's hic. QVOD MISIT DEVS filium suum factum ex muliere.] Qui enim fit ex muliere est filius eius. Si ergo filius dei ē factus ex muliere: scilicet ex beata Uirgine: manifestū ē ꝙ beata Uirgo ē mater filij dei. Lz aūt posset dici nat⁹ ex muliere: signāter tn̄ dicit factū ꝛ non natum. Nasci enim aliqd̄ est ipsū ꝑduci nō solum ex p̄ncipio ꝯiuncto: s; fieri ēt ex p̄ncipio separato. Archa enī fit ab artifice: s; fructus nascitur ex arbore. Principiū aūt humane

Principiū gn̄ationis humane / mālē ꝛ actiuum.

gn̄ationis est duplex. s. mālē: ꝛ q̄ntū ad hoc Chr̄s ꝑcessit ex p̄ncipio ꝯiuncto: q̄a materiā sui corꝑis sumpsit ex Uirgine. Un̄ sm̄ hoc d̄r nasci de ea. Math. p̄. De qua natus est iesus ꝛc̄. Aliud est p̄ncipiū actiuum: qd̄ q̄dē in Chr̄o q̄ntū ad id qd̄ p̄ncipium habuit. i. q̄ntū ad formationē corporis nō fuit ꝯiunctū s; separatum: q̄a virtus sp̄ūssancti formauit illud. Et q̄ntū ad hoc nō d̄r natus ex muliere: s; factus quasi ex p̄ncipio exteriori. Ex quo p; ꝙ hoc qd̄ dicit ex muliere: non dicit corruptionē: q̄a dixisset natū ꝛ nō factū. ¶ Quarto adaptat similitudinē q̄ntū ad subiectionē cū dicit. FACTVM sub lege.] Sed ꝯ͛ est qd̄ d̄r Infra. 5. Si spiritu ducimini nō estis sub lege. Si ergo Chr̄stus nō solum ē spiritualis s; ēt dator sp̄ūs: inconueniēter v̄r dici ꝙ sit fa

Esse sub lege obseruādo vel opprimēdo.

ctus sub lege. R̄ndeo dōm est ꝙ eē sub lege d̄r dupl'r. Uno modo / vt ly sub / denotet solā obseruātiā legis: ꝛ sic Chr̄s fuit factus sub lege: quia circūcisus fuit ꝛ in tēplo p̄ntatus. Mat. 5. Non veni legē soluere ꝛc̄. Alio modo: vt ly sub / denotet oppressionē. Et hoc mō ille d̄r eē sub lege q̄ timore legis opprimit̄: ꝛ hoc mō nec Chr̄stus nec viri sp̄ūales dicunt̄ eē sub lege.

¶ Consequēter cū dicit. VT EOS qui sub lege ꝛc̄.] Ponit fructū rei: in qua similitudo adaptat̄. s. ꝙ ideo voluit isto tp̄e fieri subiectus: vt heredes fierēt magni ꝛ liberi. Et hec duo ponit: ꝛ p̄mo fructū liberationis cōtra subiectionem. Et ideo dicit. VT EOS qui sub lege erant (. i. sub maledicto ꝛ onē legis liberaret. Supra. 3. Chr̄stus nos redemit de maledicto legis ꝛc̄. Secūdo fructū exaltationis inq̄ntū adoptamur in filios dei: p̄ hoc ꝙ accipim⁹ sp̄ūm Chr̄i ꝛ ꝯformamur ei. Ro. 8. Si q̄s sp̄ūm Chr̄i nō h; ꝛc̄. Et hec adoptio sp̄al'r cōpetit Chr̄o: q̄a nō possum⁹ fieri filij adoptiui nisi cōformemur filio nāli. Ro. 8. Quos presciuit ꝯformes fieri imaginis filij eius ꝛc̄. Et q̄ntū ad hoc dicit. VT ADOPTIONEM filioꝝ reciperemus.] i. vt p̄ filiū dei naturalem efficeremur filij adoptiui.

¶ Quoniam autē estis filij: emisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantē: ꝛ Abba pater. Ro. 8.
Itaq; iam non es seruus: sed filius: qd̄ si filius ꝛ heres dei per Chr̄istum.

¶ Quoniā aūt estis filij dei misit de⁹ sp̄ūm filij sui in corda nostra: clamātis Abba p̄r. Itaq; iam nō est seru⁹ sed filius. Qd̄ si fili⁹ ꝛ heres per deum. Lec. III.

Supra Apl's ostēdit b̄n̄ficiū iudeis exhibitū: hic ostēdit hoc b̄n̄ficium etiā ad gētiles ꝑtinere. Et p̄mo ꝑponit ipsū b̄n̄ficium. Scd̄o modum adipiscēdi. ibi. MISIT Deus sp̄ūm ꝛc̄.] Tertio manifestat eius fructū. ibi. ITAQVE iam non est ꝛc̄.] Dicit ergo. Qd̄ b̄n̄ficiū adoptionis filioꝝ dei nō solū ꝑtinet ad eos qui sub lege erāt: s; ēt ad gētiles. Et ideo dicit. QVONIAM estis filij dei.] i. ꝙ fitis filij dei ista de cā factū ē: q̄a nō solū iudei: s; ēt oēs alij qui in filium dei credunt adoptant̄ in filios ꝛc̄. Joan. 1. Dedit eis potestatē filios dei fieri ꝛc̄. Modus aūt adipiscēdi illud donū ē p̄ missionē sp̄ūs filij dei in corda vestra. Augustinus aūt dicit ꝙ Chr̄stus in carne existēs ꝑdicauit iudeis principal'r: gentibus autē ꝑfunctorie. Roma. 15. Dico Chr̄stū iesum ministrū fuisse circūcisionis ꝛc̄. Et ideo quicq̄d ꝑtinet ad statum iudeoꝝ conueniēter attribuit̄ Chr̄o. Et quia possent dicere isti galathas nō eē adoptatos in filios dei cū Chr̄stus ex eis carnē non sumpserit: nec eis ꝑdicauerit. vnde non videbant̄ in aliquo Chr̄isto ꝯiungi. Ideo Apostolus modū huius adoptionis demōstrans dicit: ꝙ ꝛ si nō fuerunt cōiuncti Chr̄o sm̄ carnē. s. quātū ad gentem: neq; sm̄ ꝑdicationē: tamē fuerunt cōiuncti per sp̄ūm: ꝛ ex hoc adoptati sunt in filios dei. Unde conuersio gentilium special'r attribuit̄ sp̄ūiscō. Et ideo Petrus qui fuit reprehēsus ꝙ a iudeis iussiet ꝑdicare gētilib⁹ excusauit se per sp̄m̄scm̄ dicens. Actuū. 11. Non posse resistere spirituisancto cuius instinctu h̄ fecerit. Et id̄ QVIA MISIT DEVS] pater SPIRITVM filij sui in corda nostra.] iudeoꝝ. s. ꝛ gentiliū cōiungimur Chr̄o: ꝛ per hoc adoptamur in filios dei. ¶ Sed sciēdū est

Sp̄ūssanctus a patre ꝛ a filio mittit̄.

ET ideo Apl's vult munire hic ecclesiã cõtra tribulatiões: τ primo cõtra tribulatiões pñtes. Et h in prima ep'la. Scđo ɔ̃ futuras tpe antichri: τ h in scđa. P'ria diuidit̃ in salutationē τ epistolarē narrationē ibi. GRATIAS agimus τč. Jtez p̄ tangit psonas salutãtes. Scđo ecclesiã salutatã. Tertio bona optata. Notãdũ est aũt q̃ q̃a vbi nõ delinq̃mus oēs pares sumus. iõ q̃a istis bonis scribit nõ facit mētionē de officio suo: sed soluz de noie humilitat. Sap. 7. Et innumerabilis honestas p manus illi⁹. Et addũgit duos q̃ eis p̃dicauerũt cũ eo. SILVANVM q̃ ē sylas ET THIMOTHEVM quē circuncidit: vt dř Act. 16. Salutat aũt ecclesiã q̃ est ɔgregatio fideliũ. ET HOC in deo patre τ dño nřo Jesu Christo. i. in fide trinitatis τ diuinitatis τ hũanitatis Christi: q̃a in hoȝ cognitione erit nřa beatitudo. Tãgit aũt psonas přis τ filij icarnati in q̃b⁹ intelligit̃ spũsscũs q̃ ē nexus amboȝ. Bona optata sunt grã que est p̃ncipium omnium bonoȝ. 1. Coȝ. 15. Gratia dei sum id quod suȝ. Et pax que est finis: q̃a tunc est pax quando appetitus totaliter pacatur.

¶ Deide cũ dič. GRATIAS agim⁹ τč. Incipit ep'laris narratio: τ p̄ cõmēdat eos de p̃terita pseuerantia. Secũdo monet eos ad bene agēdũ in futuruȝ. 4. cap. ibi. DECETERO τč. Jtē p̄ agit grãs vir de bonis eoȝ. Scđo ea cõmemorat i spãli ibi. SCIENTES frẽs τč. Circa p̃mũ duo facit: q̃a p̄ ponit grarũ actionē. Scđo eius mõȝ ibi. MEMORES τč. Jtē p̃mo p̄ eis gratias agit. Scđo pro eis orat ibi. MEMORIAM vestri τč. Quãtũ q̃ ad primũ dicit tria que debēt esse in grarum actione: p̃mo q̃ sit ordinata. s. ad deum. Jõ dicit. GRATIAS agimus deo. ipse Gratiam τ gloriam dabit dñs. Jaco. 1. Omne datũ optimũ τ omne donũ perfectum desursum est descendens a patre luminũ τč. Jtem assi duã: QVIA semper. Jtem vlis ibi. PRO oib⁹ vobis. infra. 5. In omnibus gratias agite τč.

¶ Deinde orat pro eis dicēs. MEMORIAM τč. q. d. Q̃ncũq̃s oro habeo vos i memoria. Ro. 1. Sine itermissiõe memoriã vři facio semp̃ i orõnib⁹ meis τč.

¶ Deide cũ dicit. MEMORES operis τč. Ponit bona de q̃b⁹ grãs agit. s. fidē spem τ charitatem. p⁹ Coȝ. 13. Nũc aũt manēt fides spes charitas tria hec τč. Fidē p̃mittit: q̃a ē hba sperãdaȝ rerũ τč. Accedētē. n. ad deũ opȝ credē τč. Heb. 11. Hec aũt nõ ē sufficiens nisi hēat operationē τ laborē. Et iõ dicit. OPERIS vři τ laboris. Jac. 2. Fides sine opib⁹ mortua ē. ¶ Jtē q̃a q̃ in laborãdo pp Christũ deficit nihil valet. Luc. 8. Ad tps credũt τ in tpe tētatiõis recedunt. iõ dič. OPERIS τ laboris. q. d. Memores fidei vestre opantis τ laborant. Jtē CHARITATIS in cui⁹ opib⁹ abundãt. infra. 4. De charitate fraternitatis τč. Jtē SPEI q̃ facit patiēter sustinere aduersa. Ro. 12. Spe gaudētes in tribulatione patiētes. ET SVSTINENTIE quam spes fač. Jac. 5. Patiẽtiã Job audistis τč. SPEI inq̃ dñi nři. i. quã habem⁹ de Christo vel quã Christus dedit nob. 1. Pe. 1. Regenerauit nos i speȝ viuã τč. Hec spes ē ANTE deũ nõ añ oculos hoium. Mat. 6. Attēdite ne iustitiã vrãȝ faciatis corã hoib⁹ τč. Heb. 6. Quã sič anchoraȝ hēm⁹ aie tutã τč. Spes. n. in veteri testõ nõ iduxit ad deũ.

¶ Deinde cũ dič. SCIENTES frẽs τč. In spãli cõmemorat eoȝ bona q̃s p̄ cõmēdat q̃ deuote τ prõpte susceperũt p̃dicationem nõ obstãte tribulatiõe. 2° q̃ pp tribulationē ab ea nõ recesserũt i 2° cap. ibi. NAM ipsi scitis τč. Jteȝ p⁹ ps diuidit̃ i duas: q̃a p̄ oñdit qualis fuit ista p̃dicatio. Scđo q̃liter ab eis recepta ibi. ET VOS imitatores τč. Circa p̃m tria fač: q̃a p̄ ostēdit q̃d circa eos sciebat. Secũdo modum p̃dicatiõis sue ibi. QVIA euãgeliũ τč. Tertio q̃d ipsi sciebant de Aplo ibi. SICVT scit τč. Dič q̃. O FRATRES dilecti a deo nõ solũ cõiter inq̃tũ dat eē nãc: sȝ inq̃tũ spãl'r ad bona eterna estis vocati. Malach. 1. Jacob dilexi τč. Deut. 33. Dilexit pplos τč. Electionē vrãs. q. d. Certitudinal'r cognosco vos esse electos: q̃a hanc electiõez nõ meruistis: sed a deo estis gratuite electi. Et h scio.

quia

quia DEVS dedit mihi]magnū argumentū IN PREDICATIONE].s.ꝙ illi quibus loquor sunt a deo electi.s.qn̄ de⁹ dat eis vel mihi grãz copiose ꝑdicādi eis.

¶ Cōsequēter qd̓ dī Ezech.3.Et liguā tuā adherere faciā palato tuo ꝛc̄.Et iō p̄ cōmemorat ꝙ̄ v̓tuose eis ꝑdicauit.Scd̓o īducit eorum testimoniuz ibi.SICVT scitis ꝛc̄.]Uirtuose qdē.qa nō fuit i sublimitate s̄mōis.sꝫ in v̓tute.p̄ͣ Coꝝ.2.Sermo me⁹ ꝛ ꝑdicatio mea non in ꝑsuasibilib⁹ hūane sapiētie v̓bis:sꝫ ostēsiōe spūs ꝛ v̓tutis ꝛc̄.p̄ͣ Coꝝ.4.Nō.n.i s̄mone ē regnū dei.SED I virtute.]Ul' pōt referri ad ꝯfirmationē ꝑdicatiōis vl' ad modū ꝑdicādi.Si ad p̄ᵐ sic ꝯfirmata fuit ꝑdicatio mea vobis nō argumētis sꝫ v̓tute miraculoꝝ.Un̄ dī Mar.vlti.Dn̄o cooperāte ꝛ s̄monē ꝯfirmāte sequētibus signis.¶ Itē i datiōe spūsſci.Act.10.Adhuc loquēte Petro v̓ba hec:cecidit spūsſcūs sup oēs qui audiebāt v̓bū ꝛc̄.Heb.2.Cōtestāte deo signis ꝛ portentis ꝛ varijs v̓tutib⁹ ꝛ spūsſci distributiōib⁹ ꝛc̄.ET IN plenitudie ꝛc̄.]Et h̓ addit ne crederent se min⁹ recepiſſe ꝙ̄ iudei.q.d.Spūsſcūs nō ē ꝑsonaꝝ acceptor:sꝫ i ea plenitudie fuit apd̓ vos sicͭ apd̓ iudeos.Act.2.Repleti sūt oēs spūsſcō ꝛc̄.Sꝫ si ad 2ᵐ sic v̓tute.i.v̓tuosaꝫ vitā vobis ondēs.Act.1.Cepit dn̄s facē ꝛ docē ꝛc̄.ET IN spū scō].s.suggerēte.Mat.10.Nō estis vos q loq̄mini ꝛc̄. In plenitudie multa.s.qa istruxi vos de oīb⁹ q̄ ptinent ad fidē nec̄ia.Inducit āt coꝝ testimoniū ad h̓ cū dic̄.Ut vos scit ꝛc̄.i.q̄lia dona ꝛ v̓tutes ondim⁹ i vobis.2.Coꝛ.5.Spero āt ꝛ i ꝯsciētijs v̓ris manifestos nos eē.

¶ Deinde cū dic̄.ET VOS imitatores ꝛc̄.]Ondit qūo ꝑdicatiōez suā v̓tuose receperūt:nec pp tribulationes recesserūt.Et p̄ ondit coꝝ v̓tutē i h̓ ꝙ alios imitati sūt. Scd̓o ꝙ alijs se imitabiles ꝑstiterunt.ITA vt facti sitis ꝛc̄.]Circa p̄ᵐ duo fac:qa p̄ ondit q̊s sūt imitati.2° i q̊b⁹ sūt imitati ibi.EXCIPIENTES ꝛc̄.]Circa p̄ᵐ dic̄ ꝙ imitati sūt eos q̊s debuerūt.s.ꝑlatos.Et iō dic̄.IMITATORES vos facti ꝛc̄.]Philip.3.Imitatores mei estote frēs ꝛc̄.Sꝫ imitati sūt nō i eo in q̄ delinq̄m⁹ sicͭ hoīes:sꝫ i q̄ imitamur Chr̄m.Un̄ ꝛ dī p̄ͣ Coꝝ.4.Dixi imitatores mei estote sicͭ ꝛ ego Chr̄i.i.in q̄ imitat⁹ sum Chr̄ꝫ.s.i patiētia tribulationis.Matth.16.Si qs vult post me venire abneget semetipꝫ ꝛ tollat crucē suaꝫ ꝛ sequat' me ꝛc̄.p̄ͣ Pe.2.Chr̄s passus ꝓ nobis vobis relinquēs exēplū vt seq̄mini vestigia ei⁹ ꝛc̄.Et iō dicit. IN MVLTIS tribulatiōib⁹].i.ꝙ̄uis multa tribulatio imineret pp v̓bū:tn̄ illd̓ accepistis cū gaudio.Iaco.1. Oē gaudiū existimate frēs mei cū in tētatiōes varias īciderit ꝛc̄.Act.5.Ibāt Apl'i gaudētes a ꝯspectu cōcilij:qm̄ digni habiti sūt ꝓ noīe Iesu ꝯtumeliā pati ꝛc̄. CVM gaudio spūsſci.]Nō alio q̊cūqꝫ q ē amor dei:q facit gaudiū patiētib⁹ pp Chr̄ꝫ qa amāt eū.Can.8.Si dederit hō oēꝫ subaꝫ dom⁹ sue ꝓ dilectiōe quasi nihil despiciet eā.ET SIC estis imitatores nostri]ꝙ.s.alijs estis imitabiles.Un̄ dicit.ITA vt ꝛ facti sit ꝛc̄.]Circa qd̓ tria fac:qa p̄ ondit eos eē imitabiles.2° qūo coꝝ fama diuulgata ē ibi.A VOBIS.n.diffamat⁹ ē ꝛc̄.]3° qūo ab oīb⁹ laudabant' pp̄l'is ibi.IPSI.n.annūtiāt ꝛc̄.]Dic̄ q̄.Ita ꝑfecte nos imitati estis vt sitis facti forma.i.exēplū vite nō solū in terra v̓ra:sꝫ in alijs.Matth.5.Sic luceat lux v̓ra corā hoīb⁹ vt videant opa v̓ra ꝛc̄.Sed credētib⁹ forma facti estis quib⁹ fides v̓ra īnotuit.Ad qd̓ bonitas v̓ra accessit.A VOBIS.n.diffamat⁹ ē s̄mo dn̄i].i.ꝑdicādi dn̄ꝫ.i.v̓ra fama diffusa ē non IN MACEDONIA ꝛ Achaia q̄ sūt vobis vicine.sꝫ fides v̓ra ad deū ꝑfecta.i.quā de⁹ acceptat ꝛ ꝯiungit vos deo.q̄ āt ē in oī loco diuulgata.Ro.1.Fides v̓ra annūciat' in vniuerso mūdo ꝛc̄.Et signū hui⁹ ē:qa nō ē necesse ꝛc̄. Boni.n.ꝑdicatoris ē bona alioꝝ in exēplū adducē.2.Coꝝ.9.Uestra eni emulatio ꝓuocauit plurimos.

¶ Deinde cū dicit.IPSI eni ꝛc̄.]Ponit coꝝ laudē q̄ ab alijs laudabāt' qa de vobis annūtiāt ꝛc̄.Prouer.vlti. Laudēt illā in portis opa ei⁹ ꝛc̄.Laudāt aūt in vobis meā ꝑdicationē ꝛ v̓raꝫ ꝯuersiōeꝫ.Annūtiāt q̄ q̄lē itroitū habuerim⁹ ad vos:qa cū magna difficultate ꝛ i tribulatiōib⁹.Laudāt ēt v̓strā ꝯuersionē.Et ondit qūo a quo ꝛ ad qd cōuersi sunt.Quo ad p̄ᵐ dic̄.ET QVOMODO ꝯuersi estis ad deū].i.ꝙ̄ facilr̄ ꝛ ꝑfecte.Joel. 2.Cōuertimini ad me in toto corde v̓ro ꝛc̄.Eccl.5.Ne tardes ꝯuerti ad dn̄m ꝛ ne differas de die in diem ꝛc̄. Quo ad 2ᵐ dicit.A SIMVLACHRIS.]p̄ͣ Coꝝ.12.Scitis qm̄ cū gētes essetis ad simulachra muta ꝓut ducebamini eūtes ꝛc̄.Quo ad 3ᵐ dic̄.SERVIRE deo].s.seruitute latrie:nō creature.sꝫ deo.Cōtra qd̓ dī Rom.1. Seruierūt creature potius ꝙ̄ creatori ꝛc̄.Et dic̄. VIVO]vt excludat idolatrie cultū:qa idolatre colebant quosdā mortuos:quoꝝ aīas dixerunt deificatas: sicut Romulū ꝛ Herculē.Et iō dicit.VIVO.]Deu.32.Uiuo ego in eternū ꝛc̄.Itē qa Platonici putabāt quasdā subas separatas deos eē participatiōe.Dicit' v̓o non participatiōe diuine nature.sed quia seruiētes sunt remunerādi:ideo qa sic estis restat vt remunerationem expectetis.Un̄ dicit.ET EXPECTARE filiū eius].s.dei de celis descēdētē.Luc.12.Et vos siles hoīb⁹ expectantibus dn̄m suū quādo reuertat' a nuptijs ꝛc̄.Esa. 30.Beati oēs qui expectāt eum ꝛc̄.Illi aūt sunt q sunt lumbis precincti.Duo autē expectamus.s.resurrectionez:vt.s.ei conformemur.Un̄ dicit.QVEM suscitauit ex mortuis Iesum.Ro.8.Qui suscitauit Iesuꝫ Chr̄m a mortuis viuificabit ꝛ mortalia corpa v̓ra ꝛc̄.Phil'. 3.Reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue ꝛc̄.Iteꝫ liberari a pena futura q̄ iminet reis.A causa auteꝫ pene.s.a peccato liberamur per Chr̄m.Un̄ dicit.QVI eripuit vos ꝛc̄.]Apoc.6.Abscōdite vos a facie sedētis sup thronū ꝛ ab ira agni ꝛc̄. Ab hac ira nullus pōt nos liberare nisi Chr̄s.Mat.3. Quis demr̄abit vobis fugere a vētura ira? Cap.II.

Am ipsi nostis fratres itroitū nostrū ad vos:qd̓ nō fuerit inanis:sed qd̓ ante malis afflicti:ꝛ ꝯtumelijs affecti:quēadmoduꝫ scitis:Philippis:audacter egerim⁹ in dn̄o nostro ad loquendum apud vos euangeliū dei:in multo certamine.Siqdē exhortatio nostra nō fuit ex impostura:neqꝫ ex imūdicia:neqꝫ cum dolo:sed quēadmodū ꝓbati fueramus a deo:vt nobis cōmitteret' euāgelium: † ita Gal.1.
loquimur:nō vt hoīb⁹ placentes:sꝫ deo:qui ꝓbat corda nostra.Neqꝫ eni vnq̄ꝫ per sermonē adulationis versati sum⁹:quēadmoduꝫ nostis:nec per occasioneꝫ auaritie.De⁹ est testis:neqꝫ querētes ex hoīb⁹ gloriam:nec a vobis:nec ab alijs : cum possem⁹ in authoritate eē:tāq̄ꝫ Apl'i Christi:sed fuim⁹ placidi in medio vestri:perinde ac si nutrix foueat suos filios:sic affectu ꝑcupidi in vos: animo cupiebam⁹ ipartire vobis:nō solū euangeliū dei:verūetiā nostras ipsoꝝ aīas : ꝓpterea quod chari nobis facti estis.Meministis.n.frēs labo- 2.Thes.3.
ris nostri:ac sudoris. † Nocte eni ac die op⁹ fa- Act.20.

ciētes ob id: ne cui vestrū essemus oneri: p̄dicauimus apud vos euāgeliū dei. Uos autem testes estis et de⁹: quā sancte et iuste et iculpate vobiscū qui credebatis: v̄sati fuerimus: quēadmodū nostis: vt erga vnūquēq vestrū: tāq pater erga filios suos: fuerimus affecti: obsecrātes vos et cōsolātes: et obtestātes: vt ambularetis digne deo: qui vocasset vos in suū regnū ac gloriam.

Nam ipsi scitis fratres introitū nostrū ad vos: qa nō inanis fuit sed ante passi multa et ꝯtumelijs affecti sicut scitis in Philippis fiduciā habuimus in deo nr̄o loq ad vos euangeliū dei multa sollicitudie. Exhortatio. n. nostra nō de errore neq de imūditia: neq in dolo: sed sicut ꝓbati sumus a deo vt crederet̄ nobis euāgeliū ita loqmur: nō quasi hoibus placentes sed deo qui ꝓbat corda nostra. Neq eni aliquādo fuimus i sermone adulationis sicut scitis neq in occasione auaritie: deus testis est nec querētes ab hoib⁹ gl'iā neq a vobis: neq ab alijs: cū possemus vobis oneri eē vt Chr̄i Apostoli. Sz facti sumus paruuli in medio vestrū tāq si nutrix foueat filios suos: ita desiderātes vos cupide: volebamus tradere vobis nō solū euangelium dei: sed et aīas nr̄as qm̄ charissimi nobis facti estis. Memores eni estis frēs laboris nostri et fatigationis nocte et die operātes: ne que vestrū grauaremus p̄dicauimus in vobis euāgeliū dei. Uos testes estis et deus q̄ sancte et iuste et sine querela vobis q credidistis affuim⁹ sicut scitis qualr̄ vnūquēq vestrū sicut pr̄ filios suos dep̄cātes vos et ꝯsolantes. testificati sum⁹ vt ambularetis digni deo q vocauit vos i suū regnū et gl'iā.

Supra cōmendauit eos q in tribulationib⁹ v̄bū dei receperūt: hic cōmēdat eos q ab eo nō recesserūt ꝑꝑ tribulatiōes. Et circa h̄ tria facit: qa p̄ cōmemorat eoꝝ tribulatiōes. Scḋo ostēdit q̄le eis remediū adhibuit i 3° cap. ibi. PROPTER qḋ et c. Tertio ꝑꝑ qd ibi. QVIA nūc viuim⁹ et c. Quia h̄o supra dixit de eis nūtiari ab oib⁹ introitū Apl'i ad eoꝝ cōuersionē: iō p̄ agit de introitu suo. Scḋo de eoꝝ ꝯuersione ibi. IDEO et nos gr̄as et c. Circa p̄m̄ tria facit: qa primo cōmemorat suā ꝯstātiā quam habuit anteq̄ ad eos veniret. Scḋo sinceritatē doctrine ꝑ quā eos cōuertit ibi. EXHORTATIO. n. nr̄a et c. Tertio sinceritatem sue ꝯuersationis cū conuersis ibi. VOS eni et c. Iterū p̄ma in duas: qa p̄ p̄mittit tribulationes quas passus ē anteq̄ ad eos veniret. Scḋo q̄ūo fiduciā ex hoc non amisit ibi. FIDVCIAM habuimus et c. Dic̄ g̃. Dico q annūtiāt introitū nostrū quē ET VOS scitis: q̄ꝛ NON fuit inanis. i. leuis: sz difficilis: qa ꝑ multas tribulatio-

Inanis. i. leuis vel vacu⁹ vel mobilis.

nes. Uel NON inanis. i. vacuus sz plen⁹. Gen. p̄. Terra erat inanis et vacua et c. Uel NON inanis. i. mobilis sed stabilis. Phil. 2. Nō in vanū cucurri neq i vacuū laboraui et c. Sz añ sumus passi passiōes corporales. Prouer. 19. Doctrina viri ꝑ patiētiā noscit̄. ps. Bene patiētes erūt vt annūtiēt et c. Itē sp̄ūales qa CONTVMELIIS ex hoc AFFECTI in Philippis, vbi ꝑꝑ curationē Phitonisse passus ē tribulatiōes. Et h̄ ciuitas ē Macedonia. Nec tñ ꝑꝑ h̄ fiducia p̄dicādi ē extincta. Esa. 12. Ecce de⁹ saluator me⁹ fiducialr̄ agā et nō timebo et c. Et h̄ FIDVCIA fuit p̄dicādi ad vos euāgeliū dei in multa sollicitudie. de via ꝯuersione. Ro. 12. Qui p̄est in sollicitudie. 2ª Cor. 11. Preter ea q̄ extrinsec⁹ st̄ istācia mea q̄tidiana sollicitudo oīum eccliaꝝ.

¶ Deinde cū dic̄. EXHORTATIO. Ondit sinceritatē sue p̄dicatiōis. Et circa h̄ duo fac̄: qa p̄ ꝓbat sinceritatē sue doctrine. Scḋo q̄daz que dixerat exponit ibi. NON q̄si hoib⁹ et c. Circa p̄m̄ duo facit: qa p̄ excludit corruptionē doctrie. Scḋo ponit sinceritatē ibi. SED sicut ꝓbati et c. Doctrina aūt corrūpit̄ vel ꝑꝑ rē q̄ docet̄: vel ꝑꝑ itētionē docētis. Propter p̄m̄ dupl'r corrūpit̄ doctrina. s. vel ꝑ errorē sicut docens salutē esse per Chr̄m cū legalibus. 2ª Thi. 3. Mali hoies et seductores ꝓficiēt in pei⁹ errātes et i errorē mittentes et c. Iō dicit. EXHORTATIO. n. nr̄a nō ē sic aliquoꝝ EX ERRORE vel ꝑꝑ IMMVNDICIAM: sic dicētiū vacādū eē voluptatib⁹ q̄ doctrina ē a quodā Nicholao: q ꝑmisit ꝑmiscua matrimonia cōicās alijs suā vxorē. Iō dic̄. NEC de imūdicia. Apoc. 2. Permittis mulierem Iezabel: q̄ se dic̄ ꝓphetā docere et seducē suos meos fornicari et mādúcare de idolotitis et c. Job. 6. Nō inuenietis in lingua mea iniq̄tatē et c. ¶ Itē nec est exhortatio IN DOLO sic quorūdā q lz verū dicāt: hñt tñ itētionem corruptā: qa nō ꝓfectū auditoꝝ neq dei honorē sed suū q̄rūt honorē. Cōtra quod dicit. NEQVE in dolo. Hiere. 9. Sagitta vulnerās lingua eoꝝ dolum locuta est et c. Sua g̃ p̄dicatio nō ē corrupta: sz sincera. Sincerū aūt aliqd ē qḋ seruat suā nāam. sic ē p̄dicatio sincera q̄n qs docet eo tenore et fine q̄ Chr̄s docuit. Et iō dicit. SED sic ꝓbati. i. eo mō et ea itētiōe qua de⁹ nos elegit et approbauit AD PREDICANDVM euāgeliū loqmur. Gal. 2. Creditū ē mihi euāgeliū p̄putij sicut Petro circūcisiōis et c. Act. 9. Uas electiōis ē mihi istē vt portet nomē meū corā gētib⁹ et regib⁹ et filijs isrl'.

Nicholaus ꝑmisit promiscua matrimonia.

¶ Deīde cū dicit. NON q̄si hoib⁹ et c. Ondit q sua p̄dicatio nō ē in dolo. Primo excludēs illḋ ꝑ qḋ videret̄ eē dolosa. Scḋo manifestat ꝑ signū ibi. NEQVE aliqñ et c. Tertio ꝑ cāz ibi. NEQVE i occasiōe et c. Propter p̄mū dic̄. Predicatio mea NON est q̄si hoib⁹ placens. i. s. finalr̄. ps. Dissipata sunt ossa eoꝝ q hoib⁹ placēt. Gal. p̄. Si hoib⁹ placerē Chr̄i seruus nō essem et c. Aliqñ tñ debēt velle placere hoib⁹ ꝑꝑ gl'iam dei vt p̄dicatio magis fructificet: sicut di p̄ª Cor. 10° Ego per oia oib⁹ placeo et c. SED deo et c. Prouerb. 16. Oēs vie hoiuz patēt oculis ei⁹ et c. Hui⁹ aūt signū est qa nō adulationib⁹ loquētes eis placētia. Esa. 30. Loqmini nobis placētia: videte nobis errores et c. Prouer. 24. Nō lactes quēq̄ labijs tuis et c. Et idē ondit ꝑ cāz. Propter duo. n. aliqs q̄rit hoib⁹ placere. s. vel ꝑꝑ bñficia: vl' ꝑꝑ gl'iaz. Hoc aūt hic excludit: et p̄ p̄mū dicens. NEQVE fuimus et c. qa nō solū adulationē deuitauim⁹: sed et oēm occasionē auaritie. p̄ª Thi. 6. Existimātiū questū eē pietatē et c. Hiere. 6. A minori q̄ppe vsq ad maiorē oēs auaritie studēt et c. Scḋo 2m̄ ibi. NEQVE q̄rentes a vobis neq ab alijs gl'iaz de doctrina cū hiem⁹ vñ

possemus

possemus gloriari & accipere: imo onerí esse: q2 debebant ei gl'iaz & sustentationē. Et vocat onus: quia perverse eis p̄dicātes vltra modum hec ab eis querebāt. Esa 3°. Uos enim depasti estis vineam meā: & rapina pauperis in domo vestra &c.

¶ Deinde cū dicit. SED facti sum⁹ &c.] Manifestat hec duo: & p̄ q̄ nō q̄rit humanā gl'iā. 2° q̄ nec occasionem auaritie. ibi. MEMORES. n. estis &c.] Circa p̄m duo facit: q2 p̄ ostēdit suā hūilitatē. 2° sub si'itudine ostēdit suā sollicitudinē. ibi. TANQVAM si nutrix &c.] Ponit ḡ p̄mū dicēs. QVOD facti sūt paruuli &c.] .i. humiles. Eccl. 32. Rectorē te posuerunt noli extolli: esto in illis q̄si vnus ex ipsis &c. Ōd ostēdit i si'itudie dicēs. TANQVAM si nutrix] que .s. cōdescēdit i'fanti balbutiendo ei loquēs: vt puer loq̄ discat & in gestib⁹ ei etiā cōdescēdit. p̄ᵉ Coi. 9. Oibus oia fact⁹ sum. p̄ᵉ Corin. 3°. Tanq̄ puulis in chr̄o lac vobis potū dedi nō escā &c. ETIAM aias.] Jo. 10. Bonus pastor aiaz suā dat pro ouib⁹ suis &c. Ōm charissimi &c. 2ᵉ Coi. 12. Ego aūt libentissime ipendaz & supimpēdar ego ipse pro aiab⁹ vestris: l3 plus vos diligens minus diligar.

¶ Deinde cu3 dicit. MEMORES eniz estis &c.] Ostēdit scd̄m dicēs. Itē neq3 p occasionē auaritie: q2 nihil a vobis sumpsim⁹ s3 de labore: q2 laboris &c. Et aliq laborāt qdē: s3 ex solatio: s3 nos nō: s3 cū labore. Jō dicit. LABORIS nr̄i.] Nec pp exercitationez corpis: sed cū fatigatiōe. Uñ dicit. ET FATIGATIONIS.] Aliq ēt laborāt de die/ nos de nocte. Per h̄ .n. voluit arcere pseudo qui nimis accipiebāt: & ppter ociosos iter eos. p̄ᵉ Coi. 4°. Laboramus operātes manib⁹ nostris.

¶ Deide cū dicit. VOS eniz estis &c.] Ponit puritatem sue cōuersationis: & p̄mo q̄ūo sancta quo ad vitam. 2° q̄ūo sollicita quo ad doctrinā. ibi. QVALITER vnūquēq3 &c.] Dicit ergo. SCITIS quoniā sancte] .i. pure. Leui. 11. & 19. Sancti estote q2 ego sanct⁹ su3. IVSTE] quo ad p̄ximū. Tit. 2°. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo &c. SINE QVERELA] nob' credidistis .i. ex quo credidistis nihil agētes: vnde q̄s posset scandaliçare vnūquēq3 vr̄m singulariter. Nota q̄ singularis p̄dicatio q̄nq3 multū valet. TANQVAM PATER.] p̄ᵉ Coi. 4. In chr̄o iesu per euangeliu3 ego vos genui. DEPRECANTES.] Philemon. Multā fiduciā hn̄s in Chr̄o iesu imperādi tibi: q̄d ad rem ptinet pp charitatez magis obsecro. Et ɔsolationem per verba lenia. Contra q̄d dr̄ Ezech. 34°. Cum austeritate imperabatis eis & cu3 potētia &c. Esa. 61. Ut ɔsolarer oēs lugentes & ponerez ɔsolationē lugentib⁹ syon &c. Et q̄d p̄dicasti. VT DIGNE] .i. vt vestra conuersatio esset talis q̄lis decet ministros Chr̄i. Col. 1. Ambuletis digne deo p oia placētes &c. DEO QVI VOS &c.] Sap. 6. Cōcupiscētia itaq3 sapiētie deducet ad regnū perpetuū.

¶ Quapropter & nos gratias agimus deo indesinenter: q̄d cu3 acciperetis sermonē a nobis: quo Deū discebatis: accepistis nō sermonē hominū: sed sicut erat vere sermonē Dei: qui & agit in vobis credētib⁹. Uos eniz imitatores facti estis fratres ecclesiaꝝ dei: que sunt in iudea in Chr̄o iesu: q̄d eade3 passi sitis & vos a ppriis cōtribulibus: quēadmodum & ipsi nos a iudeis: qui vt & dn̄m

Mat. 23. occiderunt Jesum† & pprios prophetas: † ita &

Joan. 15. nos persequuti sunt: & deo nō placent: & omnib⁹ hominib⁹ aduersant: qui obsistunt nobis: ne loquamur gentib⁹ quo salui fiant: vt expleant sua peccata semp. Peruenit aūt in illos ira in finem. Ceterum nos fratres: orbati vobis ad spacium temporis aspectu nō corde: vehemētius studuimus videre faciem vestrā cum multo desiderio. Quapp voluim⁹ venire ad vos: ego qde3 Paulus: & semel & iterū: & obstitit nobis sathanas. Ñā q̄ est nr̄a spes: aut gaudiū: aut corona gl'iatiōis: an non & vos in ɔspectu dn̄i nr̄i Jesu chr̄i in ei⁹ aduētu: Uos. n. estis gloria nr̄a & gaudiū.

¶ Jdeo & nos gratias agimus deo sine intermissione: qm̄ cū accepissetis a nobis verbu3 auditus dei accepistis illud nō vt verbu3 hoim: sed sicut ē vere verbū dei: qui operat̄ in vobis qui credidistis. Uos eni3 imitatores facti estis fratres ecclesiaꝝ dei: que sunt in iudea in Chr̄o iesu: q2 eadem passi estis & vos a cōtribulib⁹ vestris sicut & ipsi a iudeis: qui & dn̄m occiderūt iesu3 & ,pphetas: & nos persecuti sunt: & deo nō placent: & omnib⁹ hoib⁹ aduersant̄: ,phibētes nos gentib⁹ loqui vt salui fiant vt impleant peccata sua semp. Peruenit eni3 ira dei super illos vsq3 in finē. Nos aūt fratres desolati a vobis ad temp⁹ hore: aspectu nō corde abundantius festinauimus facie3 vestrā videre cū multo desiderio: qm̄ voluim⁹ venire ad vos ego qde3 Paulus & semel & iteru3: sed impediuit nos sathanas. Que est eni3 nostra spes aut gaudiu3 aut corona glorie: Nōne vos añ dominū nostrū Jesu3 chr̄3 in aduētu ei⁹: Uos eni3 estis gl'ia nr̄a & gaudiū. Lec. II.

Supra ostēdit Ap̄ls q̄lis fuit ad eos itroit⁹ suus: hic ondit q̄lis fuit eoꝝ ɔuersio. Et circa h̄ duo facit: q2 p̄ ostēdit q̄ pfecte cōuersi sunt per fidem firmā. 2° q̄ūo fortiter pseuerunt in tribulationib⁹. ibi. VOS eniz &c.] Ponit ḡ p̄mo bona eoꝝ pro q̄bus grās agit: & reddit rōnē. Dicit ḡ ideo: q2 sollicite vobis p̄dicaui sicut pr̄ filijs: iō de bōis vr̄is GRATIAS AGO:] sicut pr̄ de filijs. 2ᵉ Joā. Maiorē hoꝝ nō habeo grāz q̄ vt audiā filios meos i veritate ambulare. Phil. 4. Cu3 grāꝝ actiōe. Sed de quo: QVONIAM cu3 accepissetis a nobis &c.] Grās d3 agere p̄dicator q̄n v̄bum et̄ in auditorib⁹ pficit. Et dic. VERBA audit⁹ dei per nos.] p̄s. Audiā q̄d loquat̄ in me dn̄s deus &c. Ro. 10. Fides. n. ex auditu: audit⁹ āt p v̄bū Chr̄i &c. ACCEPISTIS] illud .i. firmiter i corde tenuistis. Nō vt verbu3 hoiu3: q2 vana v̄ba hoīs. 2ᵉ Coi. 13. An experimētum q̄ritis ei⁹ q in me loq̄t Chr̄s. 2ᵉ Pe. p̄. Nō .n. volūtate humana allata ē aliq̄n pphetia: s3 sp̄ūscō inspirati locuti sunt sc̄i dei hoies. Et q̄re grās agitis. QVIA hoc ip̄3 q̄ credidistis de⁹ i vobis opat⁹ ē.] Phil. 2. De⁹ est qui opat̄ in vobis velle & pficere pro bona voluntate. Esa. 26. Oia opa nostra operatus es in nobis dn̄e.

¶ Deide cū dicit. VOS eni3 &c.] Ondit q̄ūo fortiter psliterūt in tribulationib⁹. Et circa h̄ duo facit: q2 p̄mo ponit tribulatiōes eoꝝ in q̄b⁹ steterūt. 2° q̄ remediū

ꝓposuit adhibere.ibi.VOS aũt ⁊c.] Itez pᵒ diuidit in
duas:qꝛ pmo cõmẽdat eoꝝ patiẽtiã in aduersis.2ᵒ re-
prehẽdit eos qui intulerũt aduersa.ibi. QVI Chꝛiz ⁊c.]
Dicit ḡ.ACCEPISTIS ꝟbũ nõ vt ẽ hoiũz sed dei:]qꝛ
exposuistis vos pro illo vsqꝫ ad mortẽ. Per hoc eniz qꝛ
hõ morit̃ pp Chꝛiz testificat̃ qꝛ ꝟba fidei sũt ꝟba dei.
Martyres.i. testes. Et iõ martyres idẽ est qḋ testes.IN IVDEA.] Ibi.n.
fides Chꝛi pᵒ ẽ annũciata.Esa.2.De Syon exibit lex ⁊
ꝟbũ dñi de Hierl̃m. Ibi ẽt pᵒ ꝑsecutio fidei facta fuit.
Act.8.Facta ẽ aũt in illa die ꝑsecutio magna in ecclia
q̃ erat hierosolymis ⁊c.Heb.10.Rememoramini aũt
pꝛistinos dies i qb⁹ illuminati magnũ certamẽ sustinui-
stis passionũ ⁊c.Et isti siles passiões passi sunt. Et iõ
dic̃.EADEM passi a cõtribulib⁹ vr̃is].i.ad ifidelibus
thessalonicẽsib⁹.Mat.10.Inimici hoĩs dõestici ei⁹.
¶ Deinde cũ dicit.QVI ⁊ ipm dñm ⁊c.] Uituperat iu-
deos a qb⁹ incepit ꝑsecutio. Et pmo cõmemorat eoꝝ
culpam.Scdo rõnẽ culpe.ibi.VT IMPLEANT ⁊c.]
Circa pᵐ tria facit.Quia pᵒ eoꝝ culpã ponit in cõpara
tiõe ad dei ministros. 2ᵒ ad ipm deũ. 3ᵒ ad totũ gen⁹
humanũ.Ministri dei sunt predicatores.Predicatio
autẽ pncipalr̃ ẽ a Chꝛo:figuralr̃ a ꝓphetis:executiue
ab aplĩs.Cõtra hos tres insurrexerũt iudei.Et pᵒ dicit
de Chꝛo.ibi.QVI ⁊ dñm ⁊c.]Mat.21ᵒ.Hic est heres
venite occidam⁹ eũ. Nec obstat si gẽtiles occiderunt
eum:qꝛ ipsi suis vocib⁹ petierunt eũ occidi a Pilato.
Hiere.12ᵒ.Facta ẽ hẽditas mea mihi q̃si leo in sylua
dedit ꝯ me vocẽ ⁊c.Secũdo dicit de ꝓphetis.ibi.ET
PROPHETAS.]Act.7.Quẽ ꝓphaꝝ non sunt ꝑsecuti
pr̃es vr̃i ⁊ occiderũt eos qui pnunciabant de aduentu
iusti:cui⁹ vos nũc ꝓditores ⁊ homicide fuistis.Tertio
dicit de aplĩs. ET NOS.s.aplos.]Mat.10ᵒ. Tradent
vos in cõcilijs ⁊c. Scdo ponit culpã i cõparatiõe ad
deũ.ibi.DEO nõ placẽt] lꝫ crederẽt in hoc se obsequiũz
pꝛestare deo.Io.16.Sed qꝛ zeluz dei hñt nõ solum fm
sciaz: iõ deo nõ placẽt:qꝛ nõ faciũt recta fide. Et sine
fide ipoſſe ẽ placere deo.Heb.11.Esa.5.Iratus ẽ furoꝛ
dñi in pplo suo ⁊c.Tertio ostẽdit eoꝝ culpã in cõpa-
ratiõe ad totũ gen⁹ hũanũ cũ dicit.OMNIBVS hoib⁹
aduersant̃.]Gen.16.Man⁹ eius ꝯ oẽs ⁊c. Aduersant̃
autẽ in hoc:qꝛ ꝓhibent ⁊ ipediũt ꝓdicationẽ gentiliũ ⁊
cõuersionẽ.Act.11.Repꝛehẽdit̃ Petr⁹ qꝛ iuit ad Cor-
neliũ.Itẽ Luc.15.Fili⁹ maioꝛ.i.ppl's iudeoꝝ turbat̃:
qꝛ fili⁹ minoꝛ.i.ppl's gẽtiliũ recipit̃ a pr̃e.Esa.45.Ue
qui dicit pr̃i qd gñas? Nu.11. Quis det vt ois ppl's ꝓ-
phetet.Rõ aũt hui⁹ culpe ẽ ex diua ꝑmissione:qꝛ vult
qꝛ ipleant pctã sua.Oĩũz.n.q̃ hñt siue bona siue mala:
est qdã certa mẽsura:qꝛ nihil est ifinitũ. Et oĩuz istoꝝ
mẽsura ẽ in pꝛscia.Bonoꝝ qdẽ in ei⁹ ppatiõe.Ephe.
4ᵒ.Quia vnicuiqꝫ vr̃z dat̃ gr̃a fz mẽsurã donationis
Chꝛi.Maloꝝ vo in ꝑmissione:qꝛ si aliqui sunt mali:
nõ tñ q̃tũ volũt:sz q̃tũ de⁹ ꝑmittit. Et iõ tãdiu viuũt
q̃diu ꝑuenĩat ad hoc qḋ de⁹ ꝑmittit.Mat.23. Implete
mẽsurã pr̃z vr̃oꝝ ⁊c.Et iõ dic̃. VT IMPLEANT ⁊c.]
De⁹.n.dedit iudeis post passionẽ Chꝛi spaciuz pnie ꝑ
40.annos nec ꝯuersi sunt:sz addebãt pctã pctis.Et iõ
de⁹ nõ plus ꝑmisit.vñ dic̃ hoc.PERVENIT ira dei ⁊c.]
4.Reg.22.Ira dei magna succẽsa ẽ ꝯ nos:qꝛ non au-
dierũt pr̃es nr̃i ꝟba libri hui⁹ ⁊c.Luc.21.Erit.n.pres-
sura magna sup terrã ⁊ ira populo huic ⁊c.Et non cre
das qꝛ hec ira sit ꝑ centũ annos:sz vsqꝫ ad finez mũdi
qñ plenitudo gẽtiũ itrauerit ⁊c. Luc.19.⁊.21.⁊ Mat.
13ᵒ.Nõ relinquet̃ lapis sup lapidẽ q nõ destruat̃.
¶ Deinde cũ dicit.NOS aũt ⁊c.]Ostẽdit remediũz qḋ
eis ꝓposuit adhibere.s.qꝛ ꝑsonalr̃ iret ad eos.Et circa
hoc duo facit:qꝛ pᵒ ponit ꝓpositũ sue visitationis.Scdo
ipedimẽtũ.ibi.SED ipediuit ⁊c.]Tertio cãz q̃re vole-
bat ire.ibi.QVE aũt est ⁊c.]Dicit ḡ.NOS frẽs desola-
ti a vobis a qb⁹ eram⁹] separati vel pp tribulationes
vr̃as:oꝛe.i.carẽtes collocutiõe.ET ASPECTV].i.ca-
rẽtes visione.ꝓpter hec.n.duo necĩa ẽ amici pñtia:qꝛ
est ꝯsolatiua:sz corde sum⁹ pñtes.pᵉ Coꝛ.5.Ego absens
qdẽ corpe:pñs aũt spũ ⁊c. ABVNDANTIVS festina
uimus faciem ⁊c.]Ut sicut corde sic ⁊ corpe pñs esset.
Ro.15.Cupiditatẽ hñs veniẽdi ad vos ex multis iam
pꝛcedẽtib⁹ annis ⁊c.FESTINAVIMVS]dicit pluralr̃:
qꝛ scribit ex ꝑsona triuz.s.sui Syluani ⁊ Thimothei.
Ideo ẽt voluim⁹ oẽs forte semel:sed EGO Paulus se-
mel ⁊ iteꝝ].i.bis ꝓposui.SED ipediuit nos sathanas]
idest ꝓcurauit ipedimenta forte ꝑ aeris tempestates.
Apoc.7.Isti sunt angeli qui tenent ventos.
¶ Deide cũ dicit.QVE est eniz.]Ostẽdit cãz ꝓpositi:⁊
pmo q̃tũ ad futurũ.2ᵒ q̃tũ ad pñs.ibi.NOS eniz ⁊c.]
Dicit ḡ.Desidero videre vos ⁊ gr̃as ago de bonis ve-
stris qñ venerit vnicuiqꝫ fz opa.Maxia.n.ẽ retribu-
tio ꝓdicatori ex his quos cõuertit ad gaudiũz:qꝛ gau-
diũz illoꝝ ẽ gaudiũ aplĩ:qꝛ bonũ eoꝝ est bonuz aplĩ.
bon⁹.n.effect⁹ reducit̃ i bonũ cãe.AVT corona glĩe:]
qꝛ pro certaminib⁹ eoꝝ:⁊ iste q idurit ad certãdũz co
ronabit̃.dux.n.q iduxit milites ad pugnã coronabit̃.
Eccl.30.Qui docet filiũ laudabit̃ in illo ⁊ i medio do-
mesticoꝝ in illo gloriabit̃ ⁊c. Hec INQVAM SPES]
que est: Nõne vos? Immo sic. In futuro añ dñm nr̃z
Iesuz chꝛiz in aduẽtu eius:sz ẽt in pñti vos estis apud
oẽs fideles glĩa nr̃a.pᵉ Coꝛ.9ᵒ. Melius est mihi mori
q̃ vt glĩaz meã quis euacuet ⁊c.Et gaudiũz quo letoꝛ
de bonis vestris in pñti. Cap. III.

Roinde cũ nõ ampli⁹ ferremus: visuz
est nobis vt Athenis resideremus soli:
ac misim⁹ Thimotheũ frẽz nr̃m ⁊ mi-
nistrũ dei: ⁊ adiutorẽ opis nr̃i in euã-
gelio Chꝛi: vt ꝯfirmaret vos : ⁊ ꝯsolaret̃ vos de
fide vr̃a : ne quisq̃ turbaret̃ in afflictionib⁹ his.
Nã ipsi nostis nos i hũc vsuz positos eẽ. Eteniz
cũ apud vos essem⁹:predicabam⁹ vobis:fore vt
afflictionẽ pateremur:quẽadmodũ ⁊ euenit ⁊ no
stis.Quapp ⁊ ego ñ ampli⁹ ferẽs misi ad hoc vt co
gnoscerẽ fidẽ vr̃az:ne quo pacto tẽtasset vos ille
qui tentat: ⁊ inanis fact⁹ esset laboꝛ nr̃. Nūc autẽ
cũ venisset Thimothe⁹ ad nos a vobis: ⁊ annũ-
ciasset nobis fidẽ ac dilectionẽ vr̃az: ⁊ qḋ bõam
memoriã nr̃i bonã semp desiderãtes nos videre:
quẽadmodũ nos quoq̃ vos. Idcirco ꝯsolatio-
nez accepim⁹ frẽs ꝑ vos: sup oĩ afflictiõe ⁊ neces-
sitate nr̃a ꝑ vr̃az fidẽ. Qm̃ nũc viuim⁹: si vos sta
tis in dño. Quã.n.gr̃aꝝ actionẽ possum⁹ deo re-
pẽdere de vobis sup oĩ gaudio:qḋ gaudem⁹ pp
vos in ꝯspectu dei nr̃i: nocte ac die supra modũ:
oꝛãtes: vt videam⁹ vr̃az faciẽ: ⁊ supplicam⁹ que 2. Thes.1.
desunt fidei vr̃e? Ipse vo de⁹ ⁊ pr̃ nr̃ ⁊ dñs no- Col.1.
ster Iesus chꝛs diriget viã nr̃az ad vos: vos aũt
dñs abũdantes ⁊ exuberãtes faciat mutua inter
vos charitate ⁊ in oẽs: quẽadmodũ ⁊ nos i vos:
vt ꝯfirmet corda vr̃a irreprehẽsibilia i scimonia
coꝛam deo ⁊ pr̃e nr̃o: in aduentu dñi nostri Iesu

christi cum omnib⁹ sanctis eius.

PRopter qd nō sustinētes ampli⁹ placuit nobis remanere Athenis solis ꝛ misim⁹ Thimotheū frēȝ nr̄m ꝛ ministrū dei in euangelio Christi: ad ꝯfirmādos vos ꝛ exhortādos pro fide vr̄a: vt nemo moueat̄ in tribulationib⁹ istis. Ipsi.n. scitis ꝙ in h̄ positi sumus. Nā ꝛ cū apud vos essem⁹: p̄dicebamus vobis passuros nos tribulationes: sic̄ ꝛ factū ē ꝛ scit̄. Propterea ꝛ ego ampli⁹ nō sustinēs nisi ad cognoscēduȝ fidē vr̄aȝ: ne forte tentauerit vos is q tentat: ꝛ inanis fiat labor noster. Nūc aūt veniēte Thimotheo ad nos a vobis ꝛ annunciante nobis fidē ꝛ charitatē vr̄aȝ: ꝛ q̄a memoriam nr̄i habet̄ bonā semp desiderātes nos videre: sicut ꝛ nos quoq; vos: ideo cōsolati sum⁹ frēs in vobis in oi necessitate ꝛ tribulatiōe nr̄a p fidē vr̄aȝ: qm̄ nūc viuim⁹: si vos stat̄ in dn̄o. Quā.n. grāꝝ actionē possum⁹ deo retribuere pro vobis i oi gaudio quo gaudemus pp vos ante deuȝ nr̄m nocte ac die abūdanti⁹ orātes vt videam⁹ facieȝ vestrā ꝛ cōpleam⁹ ea q̄ desunt fidei vr̄e. Ipse aūt de⁹ ꝛ pr̄ noster ꝛ dn̄s Jesus chr̄s dirigat viā nr̄aȝ ad vos. Vos aūt dn̄s multiplicet ꝛ abūdare faciat charitatē vr̄aȝ in inuiceȝ ꝛ in oēs: queādmoduȝ ꝛ nos in vobis ad cōfirmāda corda vr̄a sine q̄rela ꝛ scitate ante deū ꝛ pr̄eȝ nr̄m in aduētu dn̄i nostri Jesu christi cū oibus sanctis eius. Amen.

COmmemorauit tribulationes quas passi erāt ꝛ remediuȝ qd ꝓposuit eis impendere: hic ondit quō eis subuenit.s. visitādo p Thimotheū. Et p̄ agit de missione nuncij. 2° de relone facta p euȝ. ibi. NVNC aūt ꝛc̄.] 3° de effectu relonis i Aplo. ibi. IDEO ꝯsolati ꝛc̄.] Itē p̄⁹ in tres: q̄a p̄ premittit cāȝ q̄re misit eū. Scd̄o q̄lem misit. Tertio cāȝ pp quam misit. Dicit ḡ. PROPTER qd] i. q̄a ipediuit nos sathanas: tn̄ vos estis gl̄ia nr̄a. ideo NON SVSTINENTES] pōdus amoris inclināntis ad vos. Esa.p̄. Facta sūt mihi molesta ꝛc̄. Gen̄. 45. Nō se poterat eis cohibere. Placuit nobis.s. Paulo ꝛ Syluano remanere Athenis solis ꝛ misim⁹ Thimotheū q erat aplo ꝯuenientissim⁹. Phil. 2. Neminē habeo tā vnanimē q sincera affectiōe pro vobis sollicit⁹ sit. p̄ Cor. 4. Misi ad vos Thimotheū q est fili⁹ me⁹ charissim⁹ ꝛ fidelis in dn̄o ꝛc̄. Fratreȝ p charitatē adiuuans. Prouer. 18. Frater qui iuuat̄ a fratre quasi ciuitas firma ꝛc̄. MINISTRVM] ecclesie dignitatis est. 2° Cor. 11. Ministri Christi sunt ꝛ ego ꝛc̄. Misit aūt ad confirmandum eos ꝛ referēdum sibi.

¶ Deinde cū dic̄. AD CONFIRMANDVM ꝛc̄.] Ostēdit ꝙ mittit̄ ad ꝯfirmādū. Et p̄ facit h̄. 2° ponit̄ rō cōfirmatiōis. ibi. IPSI enīȝ ꝛc̄.] Dicit ḡ. Dico ad ꝯfirmādos ꝛ exhortādos: q̄a p exhortatiōes a̅nim⁹ hoīs ꝯfirmat̄. Job. 4. Vacillātes ꝯfirmauerūt s̄mones tui ꝛc̄. Lu. 22. Et tu aliqn̄ cōuersus ꝯfirma frēs tuos ꝛc̄. Et diligēter exhortari in fide vr̄a vt nemo moueat i his tribulationib⁹. Eccl. 10. Si spūs p̄tāteȝ hn̄tis ascenderit sup te locū tuū ne dimiseris ꝛc̄. Est aūt rō duplex cōfirmād. Una ex ordiatiōe dina. IPSI.n. scitis ꝛc̄.] q.d. Ita voluit de⁹ vt p tribulatiōes in celū itraret. Act. 14. Per multas tribulatiōes opȝ nos itrare in regnū dei. Et 2° Thi. 3. Oēs q pie volunt viuē i Chr̄o iesu ꝑsecutionē patient̄ ꝛc̄. Per hāc viā iuit Chr̄s. Lu. vlt. Oportuit Chr̄ȝ pati ꝛ resurgere ꝛ sic itrare i gl̄iā suā ꝛc̄. Alia rō ē ex pte ꝓnūciatiōis: q̄a p̄uisa min⁹ feriūt. Uñ dic̄. NAM ꝛ cū apud ꝛc̄.] i. q̄a ego p̄dixi vob̄ tribulatiōes q̄s estis passi in istis ānis misi ꝛc̄. Qualr̄. s. essetis fortes in fide. Prouer. 27. Diligēter agnosce vultū pecoris tui ꝛ greges tuos ꝯsidera. IS QVI TENTAT] s. diabol⁹. Mat. 4. Accedēs tentator. Glo. Cuius offm̄ ē tentare. Sed ꝯ. Tētat mūdus ꝛ caro. Ja. p̄. Unusq̄sq; tentat̄ a ꝯcupiscētia sua ꝛc̄. Itē Gen̄. 22. Tētauit de⁹ Abraā ꝛc̄. R̄ndeo. Tētare ē expimētū de aliq̄ sumē. In h̄ ꝯsiderāduȝ ē ad qd velit sumē ꝛ quō. Naȝ h̄ ē 3ᶠ. Uel vt ipse coḡscat. Uel vt aliū cognoscē faciat. Prio mō de⁹ non tētat. ipse.n. scit qd ē in hoīe. Jo. 2. Si 2° mō sic de⁹ tentauit Abraā.s. vt alij scirēt fidē ei⁹. Sȝ p̄ mō tētare est duplr̄.s. vt ꝓmoueat ad bonū sic̄ ep̄s ꝓmouēdos examinat: vl̄ aliq̄s tētat vt decipiat: ꝛ h̄ ē diaboli: q̄a.s. inq̄rit ꝯditionē hoīs: vt s̄ȝ diuersas conditiōes ad diuersa vitia ad q̄ ꝓni sunt iducat. p̄ Pe. 5. Aduersari⁹ vr̄ diabolus ꝛc̄. Offm̄ ḡ ei⁹ ē tētare ad decipiēdū. Mundus autē ꝛ caro dr̄ tētare mālr̄: q̄a p ea ad q̄ ipsa iclinant sumit̄ expimētū de hoīe vtrū firm⁹ sit ad mādata dei ꝛ dilectionē. Si.n. vicerit ꝯcupiscētia nō ꝑfecte diligit deū. Et silr̄ qn̄ res mūdi vl̄ terrēt vl̄ afficiūt. ET INANIS.] quia si tentationi non resistitis labor videt̄ esset inanis. Gal. 4. Timeo vos ne forte sine cā laborauerim in vobis. Ezec. 18. Oēs iustitie ei⁹ q̄s opat⁹ ē nō recordabunt̄. INANIS] aūt dr̄ respectu mercedis eterne: tn̄ bona an̄ pctm̄ cōmissa ad aliqd valent: q̄a post pniaȝ reuiuiscūt ꝛ disponit̄ q̄s facilr̄ ad cōuertēduȝ.

Tētare vl̄ vt ipse cognoscē vel vt aliū cognoscē facere

Mundus ꝛ caro tētare dr̄ cauē mālr̄.

¶ Deinde cū dicit. NVNC aūt ꝛc̄.] Ostēdit quō retulit Thimothe⁹ bōa eoꝝ ꝑtinētia ad Deū ꝛ Aplȝ. Ad deū fidē ꝛ charitatē. Gal. 6. In Christo iesu neq; circūcisio aliqd valet: neq; ꝑputiū: sȝ noua creatura. Sȝ fideȝ ēt ad Aplȝ. Uñ dicit. ET QVIA memoriaȝ.] Eccl. 49°. Memoria Josie in cōpositiōe opis facta op⁹ pigmētarij ꝛc̄. Prouer. 10. Memoria iusti cū laudib⁹ ꝛc̄. DESIDERANTES videre nos sic̄ ꝛ nos vos.] Augu. Durus ē anim⁹ qui dilectionē ꝛ si nō velit ipendere nolit repēdere. Esa. 51. Attēdite ad Abraā pr̄em vr̄ȝ ꝛc̄.

¶ Deinde cuȝ dicit. IDEO CONSOLATI ꝛc̄.] Ponit̄ effectus relationis triplex.s. spūalis consolationis gratiaꝝ actiōis. ibi. QVAM eniȝ ꝛc̄.] Et orōnis multiplicate. ibi. NOCTE ꝛc̄.] Dicit ḡ. Quia talia audiuim⁹ de vobis: lȝ necessitates tēporaliū iminēāt ꝛ tribulationes corpales: tn̄ ꝯsolati sumus. ps. Scd̄ȝ multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo ꝛc̄. 2° Cor. p̄. Bn̄dict⁹ deus ꝛ pr̄ dn̄i nr̄i Jesu chr̄i: pr̄ misericordiaꝝ ꝛ deus toti⁹ cōsolationis ꝛc̄. Et h̄ PER fidē vr̄aȝ] laudiēs firmitateȝ fidei vr̄e. QVONIAM viuim⁹ ꝛc̄.] q.d. Tantū diligo statuȝ vestrū ꝙ reputo me per ipsuȝ viuere. Gen̄. 45. Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit.

¶ Deide cū dicit. QVAM eni ꝛc̄.] Ponit̄ scd̄s modus relonis facte.s. grāꝝ actio. q.d. Nō sufficio ꝙ aliquam cōdignā grāꝝ actionē agam deo pro vobis. Mich. 6.

Quid dignū offeram dño: rc. Ps. Quid retribuā dño pro oibus rc. Referēde sunt tamē grāꝝ actiones. IN OMNI gaudio.].qd oino nō est exterius: sed IN CONSCIENTIA ante dñm].q videt eā. Uel ANTE dñm].q de ꝓprio placet deo. p[o] Cor. 13[o] Cōgaudet ṽitati rc.

¶ Deinde cū dicit. NOCTE rc.] Ponit tertius effect[9] relonis. Et pmo ꝓponit multiplicitatē oronis. Scdo ondit qd orando optet. ibi. IPSE aūt rc.] Dicit ḡ. Sſas agim[9] de pteritis: nec tñ deficim[9] qn oremus pro futuris: imo nocte ac die. i. aduersis z ꝓsperis. ps. Uespere z mane ac meridie narrabo rc. QVE desunt rc.] Nō qdē de necessitate fidei: sꝫ aliq̄ secreta q̄ nec dū Aplus eis pdicauit in sua nouitate. p[o] Cor. 3. Nō potui loq vobis q̄si spūalib[9]: sꝫ q̄si carnalib[9] rc. Jo. 16. Multa habeo vobis loqui que nō potestis portare modo.

¶ Deinde cū dicit. IPSE aūt de[9] rc.] Demōstrat quid optet eis. Et circa h pmo ondit qd petat. ibi. AD CONFIRMANDA rc.] Petit aūt duo. Unus ex pte sua vt posset ire ad eos. Uñ dicit. IPSE de[9] z pr nr rc.] Joh. 20. Ascēdo ad priē meū z priē vestrū rc. Prouer. 16. Hois est pparare animū: z dñi gubernare linguā rc. Aliud ex pte eoꝝ. Uñ dicit. VOS aūt multiplicet]. in fide. 2. Reg. 24. Adaugeat dñs ppłm suū centuplum q̄ sunt rc. Et vt augeant merita. Uñ dicit. ET abundare faciat charitatē vrāꝫ]. q̄ semp in via crescere pōt. Col. 3[o]. Sup oia charitatē habete qd ē vinculum pfectiōis rc. Et pmo INVICEM.] Scdo AD OMNES.] Gal. 6. Operemur bonū ad oēs: maxie autē ad domesticos fidei rc. Et ponit exēplū de seipso dicēs. QVEMADMODVM rc.].q.d. Sic̄ z ego diligo vos. 2[e] Cor. 7[o]. In cordib[9] nr̄is estis ad cōmoriēdū z ad ꝯuiuēdū.

¶ Sed ad quid petit: AD CONFIRMANDA corda vrā sine querela]. i. vt nullus possit cōqueri de vobis. Luc. p[o]. Incedētes in oib[9] mādatis z iustificationibus sine q̄rela rc. IN SANCTITATE añ deū]. qui cor videt. Luc. pmo. In scitate z iustitia corā ipso rc. ET HOC apparet in aduētu dñi nr̄i Jesu chri]. vt vos inueniat sanctos qui aduētus erit CVM oibus scis]. i. sitis in ꝓspectu ei[9]: sic̄ sunt oēs scti ante eū. Cap. IIII.

Quod superest igit̄ fratres: rogamus vos z adhortamur per dñm Jesum: quēadmoduꝫ accepistis a nobis: q̄uo oporteat vos versari z placere Deo: vt abundetis magis. Nostis enim que precepta
Roma. 12. dederimus vobis per dñm nostrū Jesum. † Hec
Eph. 5. eniꝫ est voluntas dei: sanctificatio vestra: vt abstineatis a scortatione: z sciat vnusquisqꝫ vestruꝫ suū vas possidere cū sanctificatiōe z honore: nō cuꝫ affectu cōcupiscētie: quēadmoduꝫ z gentes:
Leui. 19. que nō nouerunt deū. † Ne qs opprimat ac frau-
2. 25. det in negocio fratrē suum: ꝓpterea qd vltor est dñs de oibus his: quēadmoduꝫ z ante diximus vobis: ac testati sumus. Non enim vocauit nos deus imundicie cā: sed ad sanctificationē. Proinde qui reiicit: non reiicit hoieꝫ: sed deū: qui de-
Joh. 15. dit spūm suuꝫ sanctū in vos. † Ceterū de fraterna
1. Joh. 4. charitate non necesse habetis: vt scribam vobis. Ipsi nāqꝫ diuinitus docti estis: vt diligatis vos inuiceꝫ. Nam z facitis hoc erga cunctos fratres: qui sunt in tota macedonia. Obsecramus autem vos fratres: vt abūdetis magis: z in hoc incumbatis: vt quieti sitis: z agatis res ꝓprias: z operemini ꝓprijs manibus vestris: sicuti vobis precepim[9]: vt vos geratis honeste erga extraneos: z nulla re vobis sit opus.

De cetero ergo frēs rogam[9] vos z obsecramus in dño Jesu vt quēadmodū accepistis a nobis q̄uo oporteat vos ambulare z placere deo sic z ambuletis vt abūdetis magis. Scitis. n. que p̄cepta dederim vobis p dñm Jesuꝫ. Hec est. n. volūtas dei scītificatio vrā: vt abstineatis vos a fornicatiōe: vt sciat vnusqsqꝫ vr̄m vas suū possidere i sanctificatiōe z honore: nō in passiōe desiderij sicut z gētes q̄ ignorāt deū. Et ne qs supgrediat̄ neqꝫ circūueniat in negocio fratrē suū: qm̄ vindex ē dñs de his oib[9] sicut prediximus[9] vobis z testificati sumus. Nō eniꝫ vocauit nos de[9] in imundiciā: ꝫ in sanctificationē. Itaqꝫ qui hec spernit: nō hominē spernit: ꝫ deū. Qui ēt dedit spūꝫ suū scīūꝫ in nobis. De charitate aūt fraternitatis nō necesse habuim[9] scribere vobis. Ipsi eniꝫ vos a deo didicistis vt diligatis inuicem. Eteniꝫ illud facitis in oēs frēs in vniuersa macedonia. Rogamus aūt vos fratres vt abundetis magis z operaꝫ detis vt quieti sitis: z vt vestrū negociuꝫ agatis z operemini manibus vestris sicut p̄cepimus vobis: vt z honeste ambuletis ad eos q foris sunt: z nullius aliqd desideretis.

Supra cōmendauit Aplus fideles de cōstātia i tribulatiōib[9] z alijs bonis: hic in futurū monet ad bñ agēduꝫ. Et pmo ꝓponit gñales amonitionē. Scdo specificat. ibi. VT ABSTINEATIS rc.] Circa p[m] duo facit: qꝛ pmo ꝓponit intētuꝫ. 2[o] rationē monitiōis assignat. ibi. VT ABVNDETIS rc.] Dic̄ ḡ. Audiui bona vrā pterita: ꝫ i futurū rogam[9] rc. Inducit aūt eos p ex pte sua. Et iō dic̄. ROGAMVS.] ps. Rogate q̄ ad pacē sunt rc. Itē ex pte Chri: z sic dicit. OBSECRAMVS rc.] Obsecrat āt: qꝛ erāt pfecti. p[o] Thi. 5[o]. Seniorē ne increpaueris: ꝫ obsecra: vt priem. Sed quid rogat: VT QVEMADMODVM rc.] Docuerat eos Apls q̄uo opoztēt eos ambulare i via cōi iustitie q̄ ē p mādata. Uñ dic̄. ACCEPISTIS rc.] ps. Uiā mādatoꝝ tuoꝝ rc. Itē q̄uo placerēt deo in via consilioꝝ. Sap. 4. Placēs deo fact[9] ē dilect[9]. Uel q̄uo ambulenᵗ. s. p rectā opatiōnē. Jo. 12. Ambulate dū lucē hētis. QVOMODO placeatis]. s. p rectā intētionē. SIC ET ambuletis]. i. vt seruetis pmā doctrinā nō recedendo ab ea. Gal. p[o]. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizet vobis preterqꝫ qd euāgelizauim[9] vobis anathema sit. Nō monitionis accipit̄. pmo ex fructu seruate monitionis. scdo ex ipsa monitiōe. ibi. SCITIS. n. que rc.] Dic̄ ḡ. Lꝫ sitis bonū: tñ p exercitiū mādatoꝝ z ꝯsilioꝝ abūdabitis z pficietis. 2[e] Cor. 9[o]. Potēs est deus oēm

grãz abũdare facere in vobis ꝛc. Est.n.charitas tã magna ꝙ semꝑ restat quo ꝓficiẽdũ sit. Itẽ que ex monitiõe accepistis honesta sunt ꝛ vtilia. ps. Lex dñi immaculata ꝛc. Prouer.6°. Mandatũ lucerna ẽ ꝛ lex lux ꝛ via vite. Iõ dicit. QVE ꝑcepta]i.q̃lia. Et h̃ PER DOMINVM IESVM]accepta ab eo. p° Cor.11. Ego eniꝫ accepi a dño qđ ꝛ tradidi vobis ꝛc. Heb.2°. Que cum initiũ accepisset enarrari ꝑ dñm ab his q audierũt ꝛc. Et hec sunt ista. HEC est voluntas]q.d. Oia precepta dei sunt ad h̃ ꝙ sitis scti. Sanctitas.n. dicit mundiciã ꝛ firmitatẽ. Et oia dei ꝑcepta inducũt ad ista vt qs mũdus sit a malo ꝛ firmus in bono. Roꝫ.12°. Probetis que sit voluntas dei.s. explicata per ꝑcepta.

⁋ Deinde cũ dicit. VT ABSTINEATIS ꝛc.] Monet in spãli: ꝛ pmo corrigit eos de qbusdaꝫ iordinationib⁹ inter eos. Scđo ꝓmonet ad obseruãtiaꝫ bonoꝝ.5.ca°: ibi. DE TEMPORIBVS ꝛc.] Tres aũt iordinatiões erãt inter eos.s. carnalium vitioꝝ q̃tũ ad quosdaꝫ. Itẽ curiositatis. Itẽ tristitie d̃ mortuis: ꝛ ideo de istis agit. Secunda ibi. DE CHARITATE aũt ꝛc.] Tertia ibi. NOLVMVS vos ꝛc.] Circa pmũ duo facit: q2 primo monet abstinere ab imoderato appetitu carnalium. Scđo ponit rõneꝫ. ibi. QVONIAM vindex ꝛc.] Itẽꝫ pma in duas: q2 pmo ꝓhibet luxuriã. Scđo auaritiã. Et ꝯiungit hec semꝑ: q2 vtrũqꝫ ẽ circa obiectũ corporale: lꝫ h̃ cõpleat̃ in delectatiõe spũali. Itẽ primo docet cauere luxuriaꝫ q̃tũ ad nõ suã. Scđo q̃tũ ad vxorem ꝓpriam. ibi. VT SCIAT ꝛc.] Dicit ḡ. VOLVNTAS DEI est abstinere a fornicatiõe.] Ergo est pctm mortale: q2 est ꝯ̃ ꝑceptũ ꝛ voluntatẽ dei. Tob.4. Attẽde tibi ab oi fornicatiõe ꝛc. Sed ꝛ respectu vxoris abstineatis honeste. Ut sciat vnusqsqꝫ vas suuꝫ ꝛc. idest vxorẽ in sanctificatiõe: cessando ad tẽpus ꝛ in honore nõ in passione: vt.s. passio ꝑcedat sicut gẽtes: q2 hoc ẽ gentiliuꝫ q̃rere delectatiões pñtes nõ future vite. IN SANCTIFICATIONE ꝛ honore] q2 h̃ ẽ debit⁹ vsus m̃rimonij: q2 est ad bonũ ꝓlis ꝛ ad reddendũ debitũ. Et sic põt eẽ sine pctõ: sꝫ aliqñ est veniale pctm si non efferat̃ ꝯcupiscẽtia vltra limites m̃rimonij.s. qñ lꝫ cõcupiscẽtiã hẽat: nõ tñ vteret̃ ea nisi esset vxor sua. Sꝫ qñ est extra limites m̃rimonij seqt̃ mortale: ꝛ h̃ qñ si nõ esset sua vxor: adhuc vteret̃ ea ꝛ libẽtius cum alia. Heb.vlt. Sit honorabile cõnubiũ ꝛ thor⁹ imaculat⁹. Fornicatores aũt ꝛ adulteros iudicabit de⁹. p° Pe.3°. Uiri si lr cohabitãtes ꝫm sciaꝫ q̃si infirmiori vasculo muliebri impartiẽtes honorẽ tanq̃ coheredib⁹ gratie ꝛ vite: vt nõ impediant̃ orationes vestre.

⁋ Deinde cũ dicit. ET NE qs ꝛc.] Prohibet auaritiaꝫ. Uñ dicit. ET NE qs supgrediat̃]i. violentiaꝫ inferat auferẽdo aliena per potẽtiaꝫ. Iaco.2. Nõne diuites ꝑ potẽtiaꝫ vos opprimũt. NEQVE circũueniat] per dolum. Hiere.5°. Sicut decipula plena auib⁹: sic domus eorum plene dolo ꝛc.

⁋ Deide cũ dicit. QVONIAM vindex ꝛc.] Ponit̃ rõ monitionis quã pmo assignat ex diuina vltiõe. Scđo ostẽdit hãc vltionẽ esse iustã. ibi. NON.n. vocauit ꝛc.] Dicit ḡ. Abstineam⁹ ab his: q2 dñs est vindex. Gal.5°. Predico vobis sicut ꝑdixi: qm̃ q talia agũt regnũ dei nõ ꝯsequẽtur. Naꝫ certe iuste vlciscit̃: cui⁹ vna est rõ ex deo vocãte. Scđa ex ꝯ̃rietate doni. Si dñs vocat te ad vnũ ꝛ tu agis ꝯ̃riũ dign⁹ es pena. Et iõ dicit. NON ENIM vocauit ꝛc.] Eph.p°. Elegit nos in ipso añ mũdi ꝯstõneꝫ vt simus scti ꝛ imaculati in ꝯspectu eius in charitate ꝛc. Roma.8°. Quos vocauit hos ꝛ iustificauit ꝛc. Et iõ ꝯcludit. ITAQVE ꝛc.]q.d. Hec ẽ vna rõ spãlis quã dixi. Alia est rõ: q2 ꝯ̃riant̃ hec vitia spũi q dat⁹ ẽ nobis. Uñ q hec agit iniuriã facit spũiscõ. Et iõ dicit. QVI ẽt dedit ꝛc.] Heб.10. Irritã qs faciens legẽ Moysi sine vlla miseratiõe duob⁹ vel trib⁹ testibus morit̃: q̃to magis putatis deteriora mereri supplicia q filiũ dei cõculcauerit ꝛ sanguinẽ testi pollutũ duxerit in quo sctificat⁹ est: ꝛ spũi grẽ ꝯtumeliã fecerit ꝛc.

⁋ Deinde cũ dicit. DE CHARITATE aũt ꝛc.] Retrahit ab ociositate. Sciẽdũ ẽ aũt ꝙ sicut dicit Hierony. in epl'a ad Gal'. Thessalonicẽses erãt liberales: ꝛ erat ꝯsuetudo apud eos diuites dare multũ: ꝛ iõ pauperes ociose inherebãt bñficio coꝝ nõ curãtes laborare: sed discurrere ꝑ domos. Et iõ pmo cõmẽdat liberalitateꝫ dantiũ. Scđo ociũ accipiẽtiũ dissuadet. ibi. ET OPERAM detis ꝛc.] Dicit ḡ prio: ꝙ nõ indigẽt moneri ad charitatem. Scđo monet ꝙ in ea ꝓficiãt. ibi. ROGAMVS aũt ꝛc.] Dicit ḡ. DE CHARITATE]i. ꝙ diligatis: frẽs nõ est necesse scribere vobis. Ro.12. Charitateꝫ fraternitatis inuicẽ diligẽtes ꝛc. Heb.vlti. Charitas fraternitatis maneat in vobis ꝛc. Et hui⁹ rõ ẽ. QVIA ipsi didicistis a deo].s. per ꝑceptũ in lege. Leui.19. Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Itẽ in euãgelio. Ioã.13. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ ꝛc. Uel didicistis iteriori disciplina. Io.6. Ois q audiuit a pr̃e ꝛ didicit venit ad me ꝛc. Et h̃ adiscit ꝑ spũscm.

⁋ Deide cũ dicit. ROGAMVS aũt ꝛc.] Hortat̃ eos ad ꝓficiẽdũ in charitate dicẽs. Et q2 hẽtis charitatẽ ad oẽs: iõ rogam⁹ vt ꝓficiat. Et lꝫ alij abutant̃ vos: tñ insistatis. Prou.15. In abũdãti iustitia virtus maxia ẽ.

⁋ Deide cũ dicit. ET OPERAM detis ꝛc.] Arguit ociosos: ꝛ pmo eoꝝ iquietudinẽ. 2° ostẽdit quõ eã repmãt. 3° quare. Dicit ḡ. OPERAM detis ꝛc.] Prou.7. Garrula ꝛ vaga quietis ipatiẽs nec valẽs pedib⁹ suis in domo ꝯsistere ꝛc. 2° Thes.3°. Nõ iquieti fuim⁹ iter vos: neqꝫ gratis panẽ mãducauim⁹ ab aliq̃: sꝫ in labore ꝛ fatigatiõe nocte ꝛ die operãtes ꝛc.s. ociũ reprimentes exercẽdo negocia. Uñ dicit. ET VT v̄rꝫ negociũ ꝛc.] Prou.24. Diligẽter exerce vt postea edifices domuꝫ tuã. Dicit aũt VESTRVM.] Sed nũq̃d nõ alienũ negociuꝫ est agẽdũ: Et v̄r ꝙ sic. Ro.vlti. Assistatis ei in quocũqꝫ negocio. R̃ñdeo dõm ẽ ꝙ oia pñt iordinate fieri si fiãt ꝑter ordinẽ rõnis: tunc.s. qñ aliqs se iprobe ingerit: ꝛ ordinate.s. qñ fiat̃ ordo rõnis ꝛ in necitate: ꝛ h̃ ẽ cõmẽdabile. ⁋ Itẽ DETIS operã ꝛc.]i. operãdo manib⁹ vestris. Eccl.33. multa mala docuit ociositas ꝛc. Ezech.16°. Hec fuit inigtas sodome sororis tue supbia/saturitas panis/ꝛ abũdantia/ꝛ ociũ ipsius/ꝛ filiaꝝ eius/ꝛ manũ egeno/ꝛ pauperi nõ porrigebãt ꝛc. Et h̃ ẽ i ꝑcepto oib⁹ illis q nõ hñt alia vnde licite viuere pñt. Et de ꝑcepto nãc ẽ ꝙ hõ corp⁹ sustentet. scđe Thes.3. Qui nõ vult operari nec mãducet. Huius est duplex rõ. Pria pp exẽpluꝫ alioꝝ. Uñ dicit. VT HONESTE ꝛc.] Infideles.n. vidẽtes ꝯuisationẽ v̄raꝫ sic ociosaꝫ detestant̃ vos. p° Thi.3° Opꝫ aũt illũ testimoniuꝫ hẽre bonũ ab his qui foris sunt ꝛc. Itẽ VT NON desideretis ea que sunt alioꝝ.] Prouer.21°. Desideria occidunt pigrũ. Eph.4. Qui furabat̃ iaꝫ nõ furet̃ ꝛc. Et ideo hec inquietudo si reprimat̃ est in bonũ exemplum ꝛ in repulsionem desiderij.

⁋ Ceteruꝫ nolo vos ignorare fratres de his: qui obdormierũt ne doleatis: quẽadmoduꝫ ꝛ ceteri nõ hñtes spem. Nam si credimus qđ Iesus mortuus est ꝛ resurrexit: sic ꝛ deus eos qui obdormierunt per Iesum: adducet cum illo. Hoc.n. vobis

dicimus in verbo dñi: qđ nos qui viuemus ⁊ reliqui erimus in aduentū dñi: necq̄ꝫ preueniemus eos qui dormiunt. Qm̄ ipse dñs cū hortamine ⁊ voce archāgeli: ac tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui in Chr̄o resurgent primū: deinde nos qui viuemus: qui reliqui erimus: simul cū illis rapiemur in nubibus in occursum dñi in aera: ⁊ sic semper cum domino erimus. Proinde consolemini vos mutuo sermonibus his.

1. Cor. 15.

¶ Nolumus autē vos ignorare fratres de dormientibꝰ vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri qui spē nō habent. Si.n. credimus q̄ Jesus mortuus ē ⁊ resurrexit: ita ⁊ deus eos qui dormierūt per Jesum adducet cū eo. Hoc eniꝫ vobis dicimus in verbo dñi: quia nos qui viuimꝰ qui residui sumus in aduētu dñi non p̄ueniemꝰ eos qui dormierunt. Qm̄ ipse dñs in iussu ⁊ i voce archāgeli ⁊ i tuba dei descēdet de celo: ⁊ mortui qui in Chr̄o sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimꝰ qui relinquemur: simul rapiemur cū illis in nubibꝰ obuiā Christo in aera: ⁊ sic semp̄ cū dño erimꝰ. Itaqꝫ ꝯsolamini inuicē in verbis istis.

Lec. II.

Supra induxit ad cōtinētiā a cupiditatibꝰ ⁊ cōpescuit ab ociositate: hic cōpescit ab inordinata tristitia. Primo p̄mittens monitionē. Scđo assignat rōnem. ibi. SICVT ⁊ ceteri ⁊c̄.] Prohibent̄ ergo ne scilꝫ iordinate tristent̄. Vñ dicit. SICVT ⁊ ceteri.] Videt̄ aūt Apl̄s hō cedere tristari pro mortuis: aliquid tñ p̄hibere ne scilꝫ iordinate tristent̄. Vñ dicit. SICVT ⁊ ceteri.] q̄ eniꝫ aliqs tristet̄ scilꝫ de mortuis hꝫ pietatē. ¶ Primo p̄pter defectuꝫ corp̄is deficiētis. Debemus.n. eos diligere ⁊ corpꝰ p̄pter aīaꝫ. Eccl. 41. O mors q̄ꝫ amara est memoria tua hōi pacē hn̄ti ⁊c̄. ¶ Scđo p̄pter discessum ⁊ separationē que dolorosa est amicis. 1. Regū. 15. Siccine separat amara mors. ¶ Tertio q̄a per morteꝫ fit cōmemoratio pc̄ti. Ro. 6. Stipendia pc̄ti mors. ¶ Quarto q̄a fit cōmemoratio mortis nr̄e. Eccl. 7. In illa.n. finis cunctoꝝ āmonet̄ hōiꝫ ⁊ viuēs cogitat qđ futurū sit ⁊c̄. Sic ḡ tristāduꝫ: sꝫ moderate. Vñ Eccl. 22. Modicū plora supra mortuuꝫ: qm̄ requieuit ⁊c̄. Et iō dicit. SICVT ceteri qui spē nō hn̄t.] s. q̄a isti credūt hō defecꝰ p̄petuo: sꝫ nos nō. Phil. 3. Saluatorē expectamꝰ dñm nr̄m Jesum chr̄ꝫ qui reformabit corpꝰ humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpori claritatis sue ⁊c̄. Vñ signāter dicit. DE DORMIENTIBVS.] Jo. 11. Lazarus amicus noster dormit. Dormiens eniꝫ tria facit. Cubat in spe surgēdi. ps. Nunqd qui dormit non adyciet vt resurgat ⁊c̄. Sic ⁊ q̄ morit̄ in fide. Itē i dormiēte aīa vigilat. Can. 5. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat ⁊c̄. Itē postea hō resurgit magis refectus. Sic sc̄ti resurgent icorruptibiles. p̄ᵉ Cor. 15.

Licet tristari pro mortuis ordinate.
Propter absentiā corp̄is.
Propter separationē ab amicis.
Propter cōmemorationē peccatoꝝ.
Propter cōmemorationē mortis nr̄e.

¶ Deinde cū dicit. SI ENIM credimus ⁊c̄.] Ponit̄ rō monitionis. Et p̄mo astruit resurrectionē. Scđo excludit dilatiōis suspitionē. ibi. HOC eniꝫ vobis ⁊c̄.] Tertio ponit resurrectionis ordinē. ibi. QVONIAM ipse dñs ⁊c̄.] Sciēduꝫ ē aūt q̄ Apl̄s p̄ᵉ Cor. 15. Ex resurrectiōe Chr̄i astruit nr̄aꝫ: q̄a illa est cā nr̄e. vñ arguit per locū a cā. Sed resurrectio Chr̄i nō est cā solū exemplaris: q̄a Vbū caro factū suscitat corp̄a. Vbū Vo aīas: sed Chr̄s accepit carnē ⁊ in ea resurrexit: in quo ē exēplar nr̄e resurrectionis. Nec soluꝫ h̄ sꝫ efficiēs: q̄a q̄ humanitate chr̄i geste sūt nō solū sūt geste sꝫ v̄tutē hūanitat: sꝫ v̄tute diuinitat̄ sibi vnite. Vñ sicut tactꝰ suus curabat leprosuꝫ inquātū instr̄m diuinitatis: sic resurrectio Chr̄i cā est nostre resurrectionis nō inquātuꝫ corporis: sed inquātū corp̄is vniti Vbo vite. Et iō Apl̄s hoc firmiter supponēs sic arguit. SI ENIM credimus] firmiter QVOD Chr̄s resurrexit: ita ⁊ eos q̄ dormierūt ⁊c̄.] Illi dormierūt p̄ Jesū q̄ sc̄ti sunt ꝯformes morti eiꝰ p̄ baptismū: vl̄ p̄ iesuꝫ q̄ cū eo ducet. s. cū ipso Chr̄o. Zach. 14. Et veniet dñs deꝰ meꝰ oēsqꝫ sc̄ti eiꝰ cū eo ⁊c̄. Esa. 3. Dñs ad iudiciū vēiet cū senibꝰ ppl̄i sui ⁊ p̄ncipibꝰ eiꝰ.

¶ Deinde cū dicit. HOC eniꝫ ⁊c̄.] Excludit dilationeꝫ resurrectionis. q. d. Scimꝰ q̄ resurgent ⁊ venient cum Chr̄o: ideo nō debemꝰ triū dolere. Non.n. illi qui inuenient̄ viui p̄us ꝯsequētur resurrectionis gl̄iaꝫ q̄ꝫ mortui. Et iō h̄ dicimꝰ vobis nō ex ꝯiectura hōis: SED IN Vbo dñi] ca q̄ nō deficient. QVIA nos q̄ viuimus] i. illi qui sunt viui nō p̄us sortient̄ ꝯsolationē ex aduētu Chr̄i q̄ꝫ mortui. Et iō dicit. NOS qui viuimꝰ.] Ex quo vī nō intelligētibꝰ qđ Aplus hic dicit: q̄ adhuc Aplo viuēte h̄ fieret: ⁊ hoc ēt thessalonicēsibꝰ videbatur. Et ideo scribit eis aliā ep̄laꝫ in q̄ dicit. 2ᵉ Thes. 2. Non moueamini a vr̄o sensu ⁊c̄. Sꝫ nō loq̄t ex p̄sona sua ⁊ tūc existētiū: sꝫ coꝝ q̄ tūc viui reperient̄. QVI residui sumꝰ] i. erūt residui post p̄secutionē antichr̄i nō p̄ueniemꝰ eos. i. nō p̄us recipient ꝯsolationē. p̄ᵉ Cor. 15. In momēto eniꝫ in ictu oculi in nouissima tuba ⁊c̄.

¶ Deinde cū dicit. QVONIAM ipse ⁊c̄.] Ostēdit ordinē resurrectionis ⁊ modū. Primo p̄ponit resurrectionis cāꝫ. 2° eiꝰ ordinē ⁊ modū. ibi. ET MORTVI ⁊c̄.] Tertio ꝯcludit coꝝ ꝯsolationē. ibi. ITAQVE ꝯsolamini inuiceꝫ ⁊c̄.] Primū ostēdit dicēs. IPSE dñs ⁊c̄.] Vbi notāduꝫ ē q̄ sicut dcm̄ est cā cōis resurrectionis est resurrectio Christi. ¶ Sed si dicas q̄ iam fuit: q̄re ergo nō seq̄t̄ effectꝰ eius: ¶ Rn̄deo dcm̄ est: q̄ est cā resurrectionis nr̄e s̄m q̄ opat̄ in virtute diuina. Deꝰ aūt opat̄ p̄ ordineꝫ sue sapie. Tunc ḡ erit nr̄a resurrectio qn̄ h̄ hꝫ ordo diuine sapie. Vt aūt ostēdat q̄ Chr̄s sit cā: ostēdit q̄ ad p̄ntiaꝫ Chr̄i oēs mortui resurgent. Ad resurrectionē aūt cōem faciēdaꝫ triplex cā concurrit. Vna p̄ncipalis. s. virtus diuinitatis. Scđo instr̄alis. s. virtꝰ humanitat Chr̄i. Tertia q̄si ministerialis. s. virtus angeloꝝ qui habebūt aliquē effectum in resurrectione. Augu.n. p̄bat q̄ ea que fiūt nūc per creaturas corporales fiūt a deo eis mediantibꝰ. In resurrectiōe Vo al̄q̄ p̄ eos sunt agēda: sicut collectio pulueris. Sꝫ reintegratio corpoꝝ ⁊ vnio aīe ad corpꝰ erit imediate per Chr̄m. ¶ Has ergo tres cās ponit. Primo humanitatē Chr̄i gl̄iosaꝫ dicens. IPSE dñs ⁊c̄.] Act. p̄. Quēadmoduꝫ vidistis euꝫ ascendentē in celum ita veniet. IN IVSSV ⁊c̄.] In p̄mo venit vt obediēs. Phil. 2. Factꝰ ē obediēs vsqꝫ ad mortē ⁊c̄. Et h̄ q̄a ille fuit aduētus humilitatis: sꝫ iste erit gl̄ie. Luc. 21. Veniet cū p̄tāte magna ⁊ maiestate. ¶ Scđo virtutē angeloꝝ cū dicit. IN VOCE archangeli ⁊c̄.] Non q̄ opet̄ in voce eius sꝫ ministerio eiꝰ. Et dicit ARCHANGELI] q̄a oēs angeli sub vno archāgelo ministrant ecclesie. Apoc. 12. Hic ē Michael p̄nceps eccl̄ie. Vel IN VOCE archāgeli] i. chr̄i p̄ncipis angeloꝝ. Esa. 9. Magni ꝯsilij angelus. Et in voce eiꝰ corp̄ali vel sp̄uali erit resurrectio. Jo. 5. Audient vocē filij dei. s. surgite mortui ⁊ venite ad iudiciū: ⁊ illi voci corp̄ali obedient. Tertio virtutē

Ad resurrectiōeꝫ nostrā triplex cā cōcurrit / virtus diuina / humanitas Chr̄i / virtus angelorum.

Virt⁹ diuina dicit tuba pp sonoritate: vt pp bellu / vel pp solénitatez / vel pp castra mouéda. diuinitatis cū dicit. IN TVBA DEI.] Hec ē virt⁹ diuina: q̄a dī vox archāgeli inquātū fiet ministerio archangelorū: ⁊ tuba dei inquātū virtute diuina fiet. Et dī tuba ꝑpter ei⁹ sonoritatē que ꝑueniet a deo suscitās mortuos. Item tuba cōgruit ad officia: cuius vsus fuit multiplex in veteri testamēto: vt ad bellū. Et tūc pugnabit pro eo orbis terrarū. Sap. 5. Itē fiebat vsus ei⁹ ad solēnitates: sic ista ad celestē Hierlm. Itē ad mouendū castra. Et tunc sancti mouebūt castra. Unde si sit vox corporalis dī tuba ꝑpter has rōnes. Uel non erit vox corporalis: sed virtus diuina Christi presens ⁊ manifesta toti mundo.

℄ Deīde cū dicit. ET MORTVI ⁊c.] Ponit ordo resurrectionis. Et circa h̄ tria facit: q̄a p̄mo pōit resurrectionem mortuorum. Scdo occursū viuorū. ibi. DEINDE ⁊c.] Tertio btitudinē sctōꝝ vtrorūq̄ ibi. ET SIC semp ⁊c.] Occasione horū v̄borū crediderūt aliqui q̄ futuri i fine nunq̄ morerent: vt dicit Hierony. in epla ꝑpter hoc q̄ dīc. DEINDE nos ⁊c.] Als. n. frustra distingueret viuētes a moriētib⁹. Sed ɔ̄ .p̄ͤ Cor. 15. Oēs q̄dē resurgem⁹. Itē sicut in Adam oēs moriunt: vt habet Ro. 5. Ergo mors ad oēs ptrāsijt. Dicēdū est ḡ q̄ aliqui inuenient viui in tp̄e illo quo Chr̄s veniet ad iudiciū: s; in illo momēto tp̄is morient ⁊ statim resurgēt. Et ideo ꝑpter modicā interpolationē reputant viuētes. Sed tūc ē q̄ō: q̄a dī hic. ET MORTVI q in Chr̄o sunt resurgent p̄mi] ⁊ deinde nos ⁊c. Ergo p̄us resurgent mortui q̄ viui occurrāt Chr̄o: ⁊ in h̄ occursu morient. Ergo p̄us aliqui resurgēt: ⁊ sic nō erit oīū resurrectio simul q̄d ē ɔ̄ illud .p̄ͤ Cor. 15. In momēto in ictu

Prima opio de resurrectio ne mortuorum. oculi in nouissima tuba ⁊c. R̄ndeo dōm est: q̄ duplex est hic opio: q̄dā. n. dicūt q̄ resurrectio nō erit simul: s; p̄mo mortui veniēt cū Chr̄o. Et tūc in aduētu Chr̄i viui rapient in nubib⁹ ⁊ in illo raptu morient ⁊ resurgent. Et ideo q̄d dī eē in momēto: intelligit: q̄a i modico tēpore fiet. Et si dicat q̄ erit in instāti: tunc nō est hoc referendum ad totam resurrectionē omniū: sed ad resurrectionem singularum: quia singulus resurget in instanti. Alij v̄o dicunt q̄ omnes simul ⁊ in instanti resurgent. Qd ḡ dicit resurgēt p̄mi: denotat ordinē dignitat nō tp̄is.

Scda opio. ¶ Sed vī h̄ difficile: q̄a de viuis multi erūt pbati in ꝑsecutiōe antichri: qui dignitate p̄cellēt

Tercia opio. multos p̄us defunctos. ¶ Et ideo vī alr̄ eē dōm q̄ oēs morient ⁊ oēs resurgēt: ⁊ q̄ simul. Nec Apl̄s dicit hic q̄ illi p̄us resurgent q̄ isti: s; q̄ illi p̄us resurgēt q̄ isti occurrāt. Apl̄s ḡ nō ponit ordinē resurrectionis ad resurrectionē: s; ordinē ad raptū vel ad occurrētia. Nā p̄mo veniēte dn̄o morient qui inuenient viui: ⁊ tūc statim cū illis qui p̄us mortui fuerāt resurgētes rapient

Differentia inter bonos ⁊ malos. in nubib⁹ ⁊c. vt Apl̄s hic dicit. Est aūt hec īter bonos ⁊ malos dr̄ia: q̄a mali remanebūt in terra quā dilexerunt: boni rapient ad Chr̄m quē quesierūt. Mat. 24°. Ubi fuerit corp⁹ ibi cōgregabunt ⁊ aquile. In resurrectiōe ēt sctī ɔ̄formabunt Chr̄o nō solū q̄ntū ad gloriā corporis. Phil. 3. Sed ēt q̄ntū ad situ: q̄a Christus erit in nube. Act. 1. Et nubes suscepit eū. Et quēadmodū vidistis eū ⁊c. Sic ⁊ sctī a nubib⁹ rapient. Et q̄re hoc? Ad ostēdendū eorū deiformitatē. In veteri enim testamēto glīa apparuit ꝑ modū nubis. 3. Reg. 8. Dn̄s venit in nebula. He nubes erūt p̄parate virtute diuina ad ostēsionē glīe sctōꝝ. Uel ipsa fulgētia corpora gloriosorum videbunt malis q̄dā nubes qui erūt in terra. Mat. 25. Ecce sponsus venit exite obuiam ei.

℄ Deinde cū dicit. ET SIC semp ⁊c.] Ostēdit btitudinez sctōꝝ: q̄a semper erunt cū dn̄o eo fruētes. Jo. 14°. Iterū veniam ⁊ accipiā vos ad meipsum vt vbi ego sum ⁊ vos sitis. Hoc sancti desiderāt. Phil. p̄. Desiderium habens dissolui ⁊ esse cum Christo.

℄ Deinde cū dicit. ITAQVE ⁊c.] Cōcludit ɔ̄solationē hn̄dā eē de mortuis dicēs. Ex quo sctī resurgūt ⁊ nullum detrimētum ɔ̄sequitur: ergo de mortuis consolamini. Esa. 40. Consolamini cōsolamini popule meus dicit dn̄s deus vester.

Cap. V.

De tempoꝛib⁹ ⁊ articulis tēpoꝝ fratres nō est opus vt vobis scribam. Ipsi enī plane scitis q̄d dies ille dn̄i 1. Pe. 3.
vt fur in nocte: ita ventur⁹ sit. Cū. n. Apoc. 3.
dixerint pax: ⁊ tuta oia: tūc repētinus eis imminet interitus: sicuti dolor partus mulieri pregnanti: nec effugient. At vos fratres nō estis in tenebris vt dies ille vos tā q̄ fur opprimat. Oēs vos filij lucis estis: ac filij dei: non sumus noctis: neq̄ tenebrarum. Proinde ne dormiamus: sicut ⁊ ceteri: sed vigilem⁹ ⁊ sobrij simus. Nam qui dormiunt: nocte dormiūt: ⁊ qui inebriant: noctu sunt ebrij.
At nos qui sum⁹ diei: sobrij simus: ⁊ induti thoracem fidei ⁊ charitatis: ⁊ pro galea spem salutis. Esa. 59.
Eph. 6.
Qm̄ nō cōstituit nos deus: vt irā nobis cōcitemus: sed vt salutē cōsequamur per dn̄m nostrū Jesum chr̄m: qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus: siue dormiamus: simul cū illo viuamus. Quap̄p adhortemini vos mutuo: ⁊ edificetis singuli singulos: sicut ⁊ facitis. Rogamus aūt vos fratres vt agnoscatis eos: qui laborāt inter vos: ⁊ qui p̄sunt vobis in dn̄o: ⁊ admonent vos vt habeatis illos in summo p̄cio per charitatem ꝑpter opus illorum: pacem habete cū illis.

De tempoꝛib⁹ autē ⁊ momentis fratres nō indigetis vt scribam⁹ vobis. Ipsi enī diligenter scitis q̄a dies dn̄i sicut fur in nocte ita veniet. Cū. n. dixerint pax ⁊ securitas: tūc repētinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero h̄ntis ⁊ nō effugient. Uos aūt fratres nō estis in tenebris vt vos dies ille tanq̄ fur cōprehēdat. Oēs. n. vos filij lucis estis ⁊ filij dei. Non sum⁹ noctis neq̄ tenebrarum. Igit̄ nō dormiamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilem⁹ ⁊ sobrij simus. Qui. n. dormiunt: nocte dormiūt: ⁊ qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt. Nos autē q diei sum⁹: sobrij sum⁹: induti loricā fidei ⁊ charitatis: ⁊ galeā spem salutis: q̄m nō posuit nos de⁹ in irā: sed in acq̄sitionē salutis per dn̄m nr̄m Jesum chr̄m qui mortuus ē pro nobis: vt siue vigilemus: siue dormiamus simul cū illo viuamus. Propter q̄d ɔ̄solamini inuicem ⁊ edificate alterutrum sicut ⁊ facitis. Rogamus autē vos frēs vt noueritis eos qui laborant inter vos ⁊ presunt vobis in

dño & monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum & pacem habere cum eis.

Upra correpit in eis corrigēda: hic monet eos i futurū. Et pmo ponit monitionē. Scdo orōnez.ibi. IPSE autem de⁹ &c.] Hec aūt duo sunt nobis nec̄ia: qa bona q̄ facim⁹ sunt ex libero arbitrio: & iō indiget hō monitiōe & gr̄a: & iō orōne. Circa pmū duo facit. Quia pmo hortat̄ vt pparēt se ad futurū iudiciū. Scdo ostēdit pparādi modū.ibi.PROPTER qđ ꝯsolamini &c.] Iterū pma in duas: qa pmo ostēdit q̄lis sit cōditio futuri iudicij. Scdo q̄lr pparent se ad illō.ibi. IGITVR nō dormiam⁹ &c.] Itē pma in duas: qa pmo premittit conditionē futuri iudicij. Scdo exponit.ibi. CVM eniz &c.] Itē pzio quietat eoꝝ sollicitudinē circa sciaz futuri aduētus. Scdo ondit qd circa illuz sciant. ibi.IPSI eniz &c.] Dicit ḡ. Necesse erat q̄ scriberez de pmissis: qa idiguistis. Sed de tēporib⁹.s.estate hyeme vel post⁹ q̄ tpa futura sunt nō erat nec̄e: qa q̄dā de his sunt soli diuie scie reseruata. Mat.24.& Mar.13°. De die illa vl hora nemo scit: neqz angeli i celo: neqz fili⁹ nisi pr̄ &c. Act.p. Non ē vrz nosce tpa vel momēta &c. Eccl.6. Quid nec̄e ē hoi maiora se q̄rere cū ignoret qd cōducat sibi in vita nūo dieꝝ vite sue &c. Et iō hoc non est nec̄e scribere: qa illud qđ sciēduz ē vos scitis: q.s. dies dñi in nocte. Sunt aūt oēs dies dñi.ps. Ordinatiōe tua pseuerāt dies. Sed iste spālr est dñi: qa faciet in oib⁹ suā voluntatē que ipleť in bonis qui pducunť ad finē pscitū a deo.s.salutē.p̊ᶜ Thi.2. Uult oēs hoies saluos fieri &c. In malis qa punienť.ps. Cuz accepero temp⁹ ego iusticias iudicabo &c. Iste veniet sicut fur.i. ex ipremeditato. Luc.12. Si sciret pr̄familias q̄ hora fur veniet &c.2ᵉ Petri 3°. Adueniet dies dñi sicut fur. Apoc.3°. Ueniaz tibi tanq̄ fur. Quō aūt dies dr̄ venire in nocte: Sed sciēduz q̄ vtrūqz est: qa in die venit ppter manifestationē cordiuz p̊ᶜ Cor.4. Quoadusqz veniat dñs qui & illuminabit abscōdita tenebraruz & manifestabit ꝯsilia cordiū: sz i nocte pp icertitudinē. Mat.25. Media nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit &c. Incertū eniz est qua hora erit.

¶ Deinde cū dicit.CVM eniz dixerint &c.] Exponit q̄ dixerat: & primo q̄tū ad malos. 2° q̄tū ad bonos.ibi. VOS aūt &c.] Circa p̊ᵐ duo facit.p̊ describit pſūptionē maloꝝ. Scdo pīculuz morte. Dic̄ ḡ. VENIET sic fur] qa ex iprouiso. Cuz.n.dixerit.PAX] q̄tū ad pn̄tia.i.dū trāquille viuūt sic decipiunť. Sap.14. In magno viuentes inscie bello tot & taz magna mala pacē appellant &c.ET SECVRITAS] q̄tū ad futura. Lu.12. Aia mea multa habes bona reposita in annos plurimos: requiesce/comede/bibe/& epulare &c. Sed ꝯ. Luc.21°. Arescētib⁹ hoib⁹ pre timore &c. Ergo nulla securitas. Solo ē duplex. Una q̄ est Augustini que talis est. In tpe illo qui erūt boni & hi affligenť: lugebūt & expectabunt. Et de hoc dr̄ Luc.21. Arescētib⁹ ex carētia voluptatuz: & abūdantia maloꝝ &c. Sed in malis erit pax & securitas. Alia dať solutio in glosa.

¶ Deinde cū dicit.TVNC repētinus &c.] Describit periculuz a q̄tuor. Prio qa subitū.ibi.REPENTINVS.] Esa.30. Subito duz nō speratur veniet cōtritio eius. Scdo mortiferū.ibi.INTERITVS.] Job.18°. Calcet sup euz q̄si rex interitus &c. Tertio afflictiuū.ibi.DOLOR.] ps. Ibi dolores vt parturiētis &c. Quarto ineuitabile.ibi.NON effugient.] Job.11. Effugium peribit ab eis. Ab ira dei nunc ē effugere ad eius miaꝫ: ibi xo nō est tempus misericordie sed iustitie.

¶ Deide cū dicit.VOS aūt &c.] Exponit q̄ dixerat quo ad bonos. Et duo facit: qa pmo excipit bonos a cōsortio maloꝝ. 2° rōnem assignat.ibi.OMNES.n.vos &c.] Dicit ḡ. Non estis in tenebris: qa illuminati estis per Chrm̄ de illo dic: ideo vobis nō est ipꝛuisus. Joā.8°. Qui seqť me nō ambulat i tenebris: sz habebit lumē vite &c. Et hui⁹ rō ē ibi.OMNES eniz vos &c.] Astruit eniz q̄ sunt filij lucis & diei. Filij aūt alicui⁹ rei in scriptura dicunť aliqui pp abūdantiā in re illa. Esa.5. In cornu filio olei.i.colle hn̄te mltū oleū. Qui ḡ pticipāt multū de die & luce dicunť eoꝝ filij. Hec lux est fides. Chri. Jo.8. Ego suz lux mūdi &c. Jo.12. Credite in lucez vt filij lucis sitis &c. Item diei. Sicut.n.ex luce fit dies: ita ex fide Chri fit dies.s.honestas bonoꝝ operū. Ro.13°. Nox pcessit &c. Et ideo nō estis filij noctis.i. infidelitatis: neqz tenebraꝝ.i.pctōꝝ. Ro.13. Abijciamus ergo a nobis opera tenebraꝝ &c.

¶ Deinde cuz dicit.ERGO nō dormiamus &c.] Ostēdit q̄lr se pparent ad illū aduētū. Et pmo q̄lr p vitionez maloꝝ. 2° p obseruātiā bonoꝝ.ibi.INDVTI &c.] Circa pmū duo facit: qa pmo ponit monitionē. Scdo ei⁹ rōnez.ibi.QVI eniz dormiunt &c.] Dicit igiť. Ex q̄ dies dñi ē sicut fur. Luc.12. Si sciret pr̄familias qua hora fur veniret vigilaret vtiqz &c. Ergo vos qa scitis vigiletis. Uñ dicit.ERGO nō dormiam⁹] somno pctī. Eph.5. Surge q dormis & exurge a mortuis &c. Item nec pigritie. Prou.6. Usqzquo piger dormis &c. SED VIGILEMVS] per sollicitudinē. Mat.24°. Uigilate itaqz &c. Et ad hoc est nec̄ium q̄ SOBRII SIMVS] vt & corp⁹ & mens sint sobria.i.nō occupata voluptatib⁹ & curis mūdi. Lu.21. Attendite vobis ne forte grauenť corda vr̄a crapula & ebrietate &c.p̊ᶜ Pe.5. Sobrij estote & vigilate &c. Rō aūt hui⁹ est & ex tpis ꝯgruitate: qa qui dormiūt vel ebrij sunt aliqd faciūt in nocte. Sed nos nō sum⁹ in nocte. Ergo &c. Dicit ḡ.QVI eniz dormiunt].i.tps noctis deputāt quieti: diez xo operationi. ps. Ortus ē sol & ꝯgregati sunt & in cubilib⁹ suis collocabunť. Et rursuz. Exibit hō ad opus suū & ad operationem suā vsqz ad vesperā. Itē abstinent a vino in die ppter negocia exercēda: sz de nocte tantū nō curant. Job.24. Oculus adulteri obseruat caliginē. Somn⁹ ergo & ebrietas ē nocti cōueniēs: eo q̄ nocte ifidelitatis & tenebris pctōꝝ occupati sunt ebrij p amorē pn̄tiuz nō hn̄tes spem futuroꝝ. Eph.4. Desperātes tradiderunt se ipudicitie in operationē imundicie ois in auaricia &c. Nos aūt ptinētes ad diē honestatis & fidei sum⁹ sobrij. Ro.13. Honeste ambulemus in die &c.

¶ Deide cū dic̄.INDVCTI &c.] Ostēdit quō se preparent p bona. Et pmo ponit monitionē gn̄alem. Scdo spālez.ibi. PROPTER qđ &c.] Itē pma in duas: quia pmo ponit ipsaz monitionē. Scdo rōnē ei⁹.ibi.QVONIAN nō posuit &c.] Sunt aūt in hoie duo pncipalia mēbra que ꝯsueuerūt in bellis ptegi.s.cor qđ est pncipiuz vite & caput.s.pncipiū mot⁹ exterioris a quo sunt sensus & aliquo mō nerui. Et protegiť cor lorica: caput galea. Spūalis vita in nobis ē Chrs p quē aīa viuit: & dñs in nobis p fidez habitat. Eph.3°. Habitare Chrm̄ per fidē in cordib⁹ vr̄is.p̊ᶜ Jo.4. Qui manet in charitate in deo manet & de⁹ in eo &c. Que informat fidez. Et ideo debemus habere fidez & charitatē. Uñ dicit. LORICAM fidei & charitatis] quia ptegit vitalia ET GALEAM SPEI] que est pncipiū motus spūalis qđ ē ex intentione finis quā speramus assequi.

In bello ptegunť duo mēbra pncipalia cor & caput.

¶ Deinde

¶ Deīde cū dic̄. QVONIAM nō posuit nos rc̄. Ostē-dit rōnē quō in nobis opat̄. Et p̄ ex pordinatiōe diuina. Scd̄o ex gr̄a Chri. Tertio ōndit modū ꝯsequende salut. Dic̄ g̃. QVONIAM nō posuit .i. non ordinauit. Io.15. Posui vos .s. sanctos vt eatis rc̄. DEVS ī irā .i. ad h̄ vt ꝯsequamur ei⁹ irā. Sap. p̄. De⁹ mortē nō fec̄. Ezech.18. Nūqd volūtatis mee est mors ipu dic̄ dn̄s de⁹ rc̄. SED in acq̄sitiōe .i. vt acq̄ram⁹ salutē. Math. 11. Regnū celoꝝ vi3 patit̄ ꝛ violēti rapiūt illud rc̄. p̄e Pe.2. Uos estis genus electū regale sacerdotiū rc̄. Et hoc PER grāz Chri. iō dic̄. PER dn̄3 nr̄m rc̄. Act.4. Nō est aliud nomē sub celo datū hoib⁹ in q̄ oporteat nos saluos fieri rc̄. Saluauit nos moriēdo p nobis. p̄e Pet.3°. Mortuus est iustus p iniustis vt offerret nos deo mortificatos qdē carne: viuificatos autē spū. Et modus pueniendi est q2 Chr̄s docuit nos operādo salutem nostrā ET HOC moriendo ꝛ resurgēdo. Ro. 4. Traditus est ppter delicta nostra ꝛ resurrexit propter iustificationem nostrā. ꝛ ideo dicit. SIVE vigilamus siue dormiamus simul cū illo viuem⁹. Ro.14. Siue viuimus siue morimur dn̄i sumus.

¶ Deinde cū dicit. PROPTER qd̄ rc̄. Docet nos quō p̄eparem⁹ nos q̄tū ad spāles ꝯditiones psonarū. Et circa h̄ tria facit: q2 p̄ ōndit quō se debeāt hr̄e ad eq̄les. Scd̄o quō subditi se habeāt ad p̄latū ibi. ROGAMVS aūt rc̄. Tertio quō prelati ad subditos ibi. ROGAMVS aūt rc̄. Debem⁹ aūt eq̄lib⁹ ꝯsolationē in aduersis. Un̄ dic̄. CONSOLAMINI inuicē. Itē edificationē in exēplis. Un̄ dic̄. ET EDIFICATE rc̄. Ro. 14. Que edificatiōis sunt inuicē custodiam⁹ rc̄. Subditi aūt ad p̄latos p̄ debēt bn̄ficioꝝ recognitionē. 2° charitatē. 3° pacē. Un̄. VT NOVERITIS .i. vt recognoscatis bn̄ficia coꝝ. Heb. vlti. Memētote p̄positoꝝ vestroꝝ rc̄. NOVERITIS inq̄ p̄ ex pte coꝝ: quia maximū laborē ferūt p vobis: vn̄ QVI laborāt inter vos p bono vestro. 2° Thi.2. Labora sicut bon⁹ miles Chri rc̄. Scd̄o ex pte dei. Et ideo ē hn̄da reuerētia ad eos sic̄ ad deū. Un̄ dic̄. ET PRESVNT vobis i domino .i. vice dn̄i. 2° Coꝝ.2. Ego si quid donaui vobis in psona Chri. Tertio ex pte via: q2 sunt vobis vtiles. Un̄ dic̄. ET COMMONENT vos: ꝛ iō scd̄o debetis charitatē abūdātius .i. p̄e aliis. Quarto PACEM ppter op⁹. S3 ꝯ̄ h̄ qdā agūt. Amos.5. Odio habuerūt in porta corripiētē rc̄. Ecclīci.19. Qui odit correctionē minuet̄ vita rc̄. S3 vos habete pacē pp opus correctionis qd̄ ppꝛie spectat ad eoꝝ officiū. ps. Dum loquebar illis: impugnabāt me gratis.

¶ Obsecramus aūt vos fratres: monete inordinatos: ꝯsolamini pusillanimes: subleuate ifirmos:
Mat.5. patiētes estote erga oēs. † Uidete ne qs malū pro malo cuipiā reddat: sed semp qd̄ bonū est sectemini: tū erga vos inuicē: tum erga omnes. †
Eccl.18. Semp gaudete: idesinenter orate: in oībus gr̄as
Luce.18. agite. Hec .n. est volūtas dei p Chr̄m Iesū erga vos. Spiritū ne extinguatis: ppbetias ne aspernemini. Oia pbate: qd̄ bonū fuerit: tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse aūt deus pacis sanctificet vos totos. Et iteger vester spiritus: ꝛ aīa: ꝛ corpus: ita vt in nullo possitis culpari: i aduentu dn̄i nostri Iesu Chri seruet̄. † Fidelis est
1. Coꝝ.1. et.11. q vocauit vos: q idē efficiet. Fratres: orate p nobis. Salutate fratres omnes cū osculo sancto. Adiuro vos p Dominū: vt recitet̄ hec epistola omnibus sanctis fratrib⁹. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum. Amen.

¶ Rogamus aūt vos frēs: corripite inquietos: ꝯsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad oēs. Uidete ne qs malū p malo alicui reddat: s3 semp qd̄ bonū est sectamini in inuicē ꝛ in oēs. Semp gaudete. sine itermissiōe orate: in oib⁹ gr̄as agite. Hec est .n. voluntas dei in Chr̄o Iesu in oib⁹ vobis. Spūm nolite extinguere. ppbetias nolite spernere. Oia autē pbate qd̄ bonū est tenete: ab oī specie mala abstinete vos. Ip̄e aūt de⁹ pacis sanctificet vos p oia vt iteger spūs vester ꝛ aīa ꝛ corp⁹ sine q̄rela in aduentu dn̄i nr̄i Iesu Chri seruet̄. Fidelis est q vocauit vos: q ēt faciet. Fratres orate p nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos p dominū vt legatur ep̄la hec omnibus sanctis fratrib⁹. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Lec. II.

Supra ostēdit quō subditi debēt se hr̄e ad prelatos hic ostēdit econuerso. Et circa h̄ duo fac̄: q2 p̄ docet quō p̄lati ad sacerdotes subditos se debeāt hr̄e. Scd̄o gn̄aliter quō se debeāt hr̄e ad oēs ibi. VIDETE ne qs rc̄. Sciēdū est aūt q2 cura p̄latorum ad duo d3 tēdere .s. ad retrahēdū alios a peccatis ꝛ ad custodiēdū seipsos. Q̄tū ad p̄mū tria Ap̄ls dic̄. Tripliciter .n. subditi pn̄t pati defectū. p̄ in actu. 2° in volūtate. 3° in v̄tute. In actu aūt quādo prūpūt in actum peccati. Et tūc sunt corrigendi. Et q̄uis de oī peccato spālr tū corrigēdi sunt de pctō inq̄etudis. Et iō dicit. CORRIPITE inq̄etos rc̄. 2° Thes.3. Nō inq̄eti fuimus iter vos rc̄. Eccl.19. Corripe p̄ximū anq̄ cōmineris ꝛ da locū timori rc̄. In volūtate ho qn̄ non aggredit̄ magna: q2 deijcit̄ pp aduersa ꝛ peccata p̄cedētia. Un̄ dicit. CONSOLAMINI pusillanimes. Pusillanimis est nō hn̄s aīum ad magna timens ne deficiat. Esa.35. Dicite pusillanimes ꝯfortamini ꝛ nolite timere rc̄. Job.4°. Uacillātes ꝯfirmauerūt manus tue rc̄. In virtute aūt qn̄ vel ex ifirmitate peccāt vel debilitant̄ in bono actu ꝛ isti sunt fouēdi. Un̄ dicit. SVSCIPITE .i. in viscerib⁹ charitatis fouēdo INFIRMOS quoꝝ est virtus debilis vel ad resistēdū malis vl̄ ad faciēdū bona. Ro.15. Debemus nos firmiores imbecillitates ifirmoꝝ sustinere rc̄. Prelatus autē d3 se custodire a defectu cuiuscūq3 modi ꝛ maxime ab impatientia: quia ipse portat totū pondus multitudis. Numeri.11°. Nō possum solus sustinere oē3 hāc multitudinem q2 grauis est mihi rc̄. Et ideo dicit. PATIENTES estote ad oēs. Prouer.19. Doctrina viri p patientiā noscit̄. ps. Bene patiētes erūt vt annūtient.

¶ Deīde cū dicit. VIDETE ne qs rc̄. Ostendit gn̄alr quō se habeāt ad oēs. Et circa h̄ duo facit: q2 p̄ ostendit qualr oēs in q̄busdā debeāt se habere. Scd̄o qd in oībus ibi. OMNIA autē. Circa p̄mū tria facit: q2 p̄ ostēdit quō se debeāt hr̄e ad p̄ximū. Scd̄o quō se habeāt in his que ad deū sūt ibi. SEMPER gaudete rc̄.

Tertio q̄uo se habeant ad eius dona ibi. SPIRITUM nolite ꝛc.] Quantū ad primuʒ debēt se habere vt nō inferāt ei mala: ⁊ vt studeāt ei benefacere. Un̄ dic̄. Dixi supra in spāli: sed nūc in gnāli dico: ne q̄s malū ꝛc. ps. Si reddidi retribuētib⁹ mihi mala. ¶ Sʒ ꝯ. Multotiēs vindicta petit̄ coram iudice. ¶ R̄ndeo. Sicut actus moralis sumit̄ fm̄ ītētionē finis: sic ad duo pōt esse intētio vel ad malū illius: ita q̄ q̄escat ibi. Et hoc est illicitū ⁊ ex liuore vīdicte. Uel ad bonū correctionis seu iustitie ⁊ cōseruatiōis reipublice: ⁊ sic nō reddit malū p malo: sʒ bonū. s. eius correctionē. Quātum ad 2ᵐ dicit. SED semp q̄d bonum est ꝛc.] Et dicit. SECTAMINI] ⁊ nō faciatis. quia tu ex te debes sumere occasionē bene faciēdi ad p̄ximū tuū ⁊ nō expectare q̄ ipse det tibi occasionē bene faciendi sibi. vnde. ps. Inquire pacē ⁊ persequere eam ꝛc. Ro. 12. Noli vinci a malo: vt. s. sis tractus ab eo ad malefaciendū: sed vince in bono malū retrahēdo eū ad bonū. Gal. vlt⁰. Dū tempus habemus operemur bonū ad oēs ꝛc.

Petere vindictam a iudice vel ex liuore vindicte/ ⁊ sic est malū/ vel ad correctiōes ⁊ ꝯseruationes iustitie/ ⁊ sic est bonum.

¶ Deinde cū dic̄. SEMPER gaudete ꝛc.] Ostēdit q̄uo se debeāt hr̄e quo ad deū: ad que tria opʒ habere. Primo gaudere de ipso. Un̄ dicit. SEMPER gaudete.] scʒ de deo: q̄a q̄cq̄d malū p̄ueniat est incōparabile bono q̄d est deus. Et ideo nullū maluʒ illud interrūpat. vn̄ dicit. SEMPER gaudete.] ¶ Scd̄o orare p bn̄ficiis suscipiēdis ibi. SINE intermissiōe orate.] Luc. 18. Oportet semp orare ⁊ nūq̄ deficere. Sed q̄uo pōt hoc esse. R̄ndeo dōm est q̄ hoc pōt esse tripl'r. Primo q̄ ille semp orat qui statutas horas nō intermittit. Simile habet̄. 2. Reg. 9. Tu comedes paneʒ in mēsa mea semp. Scd̄o sic. Semp. i. cōtinue orate sed tūc oīo sumit̄ p effectu oīonis. Est eniʒ oīo interp̄tatio desiderii: quia quādo desidero aliq̄d tūc illud orando peto. Unde ⁊ oratio est petitio decētiū a deo: ⁊ ideo desiderium habet viʒ oīonis. ps. Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s. Oia ḡ que facimus ex desiderio p̄ueniūt. Ergo oīo in bonis que facimus manet in virtute: q̄a bona que facimus ex desiderio bono p̄ueniūt. Glo. Nō cessat orare qui non cessat bn̄ facere. Tertio quo ad cām oīonis. s. faciēdo elemosynā. In vitis patrū. Ille sic orat q̄ elemosynas dat: q̄a qui elemosynā accepit orat p te etiā te dormiēte. Itē tertio orare p bn̄ficiis suscipiendis ⁊ gratias agere p susceptis. Ideo dicit. IN OMNIBUS] scʒ bonis ⁊ aduersis GRATIAS agite.] Ro. 8. Diligētibus deū oia cooperant̄ in bonū ꝛc. Col. 2. Abundantes in illo in gratiarū actione. Phil'. 4. Cū gratiarum actiōe. Hec est eni volūtas ꝛc. p̄ᵉ Thi. 2. Qui vult oēs hoies saluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis venire.

Semp orat q̄ statut̄ horis orat/ vl' in effectu oīonis/ vl' elemosynis paup'ibus erogat.

¶ Deide cū dicit. SPIRITUM nolite ꝛc.] Ostēdit q̄uo se habeāt ad dona dei. Et p̄ q̄ ea nō ipediāt. Scd̄o q̄ ea nō ꝯtēnant ibi. PROPHETIAS ꝛc.] Spūs aūt sanctus est psona diuina icorruptibilis ⁊ eterna: vn̄ in sua suba extingui nō pōt: sed tn̄ dr̄ q̄s extinguere spiritū: vno mō feruorē eius extinguēdo vel in se vel in alio. Ro. 12. Spū feruētes. Cū eni aliq̄s aliq̄d boni ex feruore spūssancti vult facere vel ēt cū aliq̄s bon⁹ motus surgit ⁊ ipse impedit: extinguit spūmscm̄. Act. 7. Uos semp spūsancto resistetis. Alio mō mortal'r peccando. Spūs. n. sanctus in se semp viuit: sʒ in nobis viuit quando facit nos in se viuere: sʒ qn̄ q̄s peccat mortal'r nō viuit in ipso spūsscūs. Sap. 1. Spūs. n. sanct⁹ discipline effugiet fictū ꝛc. Tertio mō occultando. q. d. Si donū spūssancti habetis vtimini eo ad vtilitateʒ p̄ximoꝝ. Eccl'ici. 20. Sapiētia abscōdita ⁊ thesaurus inuisus que vtilitas in vtrisq̄ʒ. Mat. 5. Nemo accendit lucernā ⁊ ponit eā sub modio ꝛc. PROPHETIAS nolite ꝛc.] Aliq̄ eni apud istos spiritu p̄phetie erāt pollentes qui ab istis reputabant̄ insani. p̄ᵉ Cor. 14. Emulamini spūalia: magis aūt vt p̄phetetis. Uel PROPHETIAS] i. diuinam doctrinā. Exponentes. n. diuinā doctrinam dicūtur prophete. q. d. Non spernatis verba dei ⁊ predicatiōes. Hiere. 20. Factus est sermo domini mihi in opprobrium ⁊ in derisum tota die.

Spūsscūs extinguit q̄ feruorē ei⁹ in se vel in alio extinguit vl' mortal'r peccādo vel eū occultando.

¶ Deide cum dic̄. OMNIA aūt p̄bate ꝛc.] Ostēdit q̄l'r se habeāt ad omnia ⁊ vnū est q̄ in oībus vtant̄ discretione. Ro. 12. R̄onabile obsequiū vestrum ꝛc. In hac materia dʒ esse diligens examinatio: boni electio: mali abiectio. Quātuʒ ad primū dicit. ROPHETIAS nolite spernere.] tn̄ omnia p̄bate. s. que sunt dubia. Manifesta. n. examinatione non indigēt. 1. Jo. 4. Oi spiritui credere nolite. Job. 12. Nonne auris verba diiudicat. Quātuʒ ad 2ᵐ dicit. QUOD bonū est tenete.] Gal. 4. Bonū autē emulamini in bono semper ꝛc. Quātuʒ ad 3ᵐ dic̄. AB OMNI spē mala abstinete vos ꝛc.] Esa. 7. Ut sciat reprobare malū ⁊ eligē bonuʒ. Et dic̄ SPECIE:] q̄r ēt q̄ hn̄t silitudinē malitie vitare dēm⁹: q̄ scʒ nō possem⁹ vitare corā hoibus absq̄ʒ scādalo coꝝ.

¶ Deide cū dic̄. IPSE autē ꝛc.] Subdit orationeʒ: ⁊ circa hoc tria facit. q̄a p̄mo orat pro eis. Scd̄o dat spem de exauditione. Tertio dat spāles monitiōes. Dicit ḡ. Ita moneo. sed nihil valet nisi deus grām det. Unde IPSE deus.] Leui. 21. Ego dn̄s qui sanctifico vos ꝛc. PER oia] i. vt sitis totaliter sancti. ET HOC] vt integer ꝛc. Occasione eni v̄boꝝ istoꝝ dixerunt quidaʒ q̄ in homine aliud est spūs ⁊ aliud aia ponētes duas in homine aias. Unam que animet. aliā que rōcinat̄. Et hec sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatib⁹. Unde sciendū q̄ hec nō differūt fm̄ essentiā sʒ fm̄ potētiā. In aia. n. nr̄a sūt q̄dā vires q̄ sūt act⁹ corpaliū orgāoꝝ sic sūt po ͤ sensitiue ptis. Alie sūt q̄ nō sūt act⁹ taliū organoꝝ sʒ sūt abstracte ab eis sic sunt po ͤ itellectiue ptis. Et he dicunt̄ spūs q̄si imālēs ⁊ sepate aliq̄ mō a corpe in q̄tū nō sūt act⁹ corpis. ⁊ dr̄ hec spūs ⁊ mēs. Eph. 4. Renouamini spū mentis vr̄e ꝛc. Inq̄tū aūt aiat dr̄ aia: q̄a h̄ ē ei p̄priū: ⁊ loq̄t̄ p̄pe. Nā ad pctā tria ꝯcurrunt electio affectio sensualitas, ⁊ executio corpis. Uult ḡ q̄ i nullo hoꝝ sit pctm̄. Nō dic̄ i rōne. vn̄ dic̄. VT SPIRITUS] i. mēs vr̄a SERVETUR] integer. In oī pctō rō corrūpit̄ sʒ q̄ oīs malus ē igr̄ās. Itē nec i sensua ͤ. Un̄ dic̄. ANIMA.] Itē nec i corpe. ⁊ iō dic̄. ET CORPUS.] Hoc aūt sic fit qn̄ vitat̄ imune a pctō. Et dic̄. SINE q̄rela] nō sine pctō q̄d ē soli⁹ Chri: sʒ eē sine q̄rela est ēt alioꝝ: q̄ ⁊ sī venialia nō tn̄ cōmittūt q̄uia ⁊ q̄bus p̄xim⁹ scādalizat̄. Luc. 1. Incedētes i oīb⁹ mādatis ⁊ iustificatiōibus dn̄i sine q̄rela. Et addit. IN ADVENTU ꝛc.] scʒ pdurādo vsq̄ʒ i finē vite. Ul' itegerspūs refert̄ ad donū spūssci. q. d. Donū spūssci q̄d hētis sit itegrū.

¶ Deide cū dic̄. FIDELIS ꝛc.] Dat speʒ exauditiōis. q. d. Ut ego spero ⁊ sic fiet: q̄a spē q̄ nouit faciet. i. cōplebit. ps. Fidelis dn̄s i oīb⁹ v̄bis suis ꝛc. Ro. 8. Quos vocauit hos ⁊ iustificauit ꝛc. ¶ Ultio iniūgit familiares monitiōes. s. oīonē ibi. ORATE.] Itē mutuā pacē ibi. SALUTATE oēs frēs i osculo scō] nō pduorio sic iudas. Mat. 26. Nec libidioso vt libidiosi mlier. puer. 7. VT LEGATUR ꝛc.] Timebat. n. ne p̄lati pp aliq̄ q̄ erāt h̄ eā occultarēt. Prou. 11. Qui abscondit frumēta maledicet̄ i pp'lis ꝛc. Ultio ꝯcludit ep'laʒ i salutatiōe.

¶ Explicit mirabilis ⁊ deuota expō doctoris Angelici S. Thome Aq̄natis ord. Fratrū Predicatoꝝ/ sup p̄ᵃ ep'la icliti Apl'i S. Pauli ad Thessalonicenses.

¶ In

¶ In epistolam ad Thessalonicenses posteriorem argumentum per Erasmum Roterodamum.

Quoniam non cōtigit Paulo facultas reuisendi Thessalonicēses: p eplam confirmat illorū animos: vt fortiter ferant illatas ob Christū afflictiones: nec ipsis defuturū pmiū: nec aduersarijs vindictam. Rursus de die aduentus dñi: de quo nonnihil attigerat in epistola superiori: monet: ne quid cōmouerentur quorūdam dictis: qui asseuerabant illum iā instare: ecce: sicuti putant: significans: prius abolendum Romanum imperium: ac deinde venturū antichristū. Attentius etiā inculcat coercendos esse: qui ocio τ curiositate sua turbarent quietem τ ordinem publicū: τ ad opus adigendos: cum ipse Paulus apud eos manib⁹ suis laborauit. Scripsit Athenis p eosdē: p quos misit priorē eplam: vt nostra docent argumenta.

¶ Argumenti Finis.

¶ Incipit Prologus in expōne S. Thome de Aquino ordinis Predicatorum super eplam 2am Diui Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Congregamini vt annūtiē que ventura sūt vobis dieb⁹ nouissimis τc. Gen. 49. Hec vba cōpetunt huic epistole. Duo eni tanguntur que ei cōueniūt. s. fructus τ eius mā. Vn̄ dicitur. Vt annūtiem τc. Agitur eni in ea de his que ventura sunt in diebus nouissimis: q̄ sunt tria. s. pericula ecclesie: tpe antichri. 2. Thi. 3°. In nouissimis dieb⁹ instabūt tēpora periculosa τc. Item maloꝝ supplicia. ps. Donec intrē in sanctuarium dei τc. Verūtā pp dolos posuisti eis: deiecisti eos dū alleuarent. Itē pmia bonoꝝ. Prouer. viii. Fortitudo τ decor indumētū ei⁹. Et de his agit in hac epla. Valuas ostēdit: qa congregamini. Sic agitur ex hac epla ꝯgregatio. s. concordātiū in veritate qa discordabāt de iudicio futuro ppter h qd dicit in pma epla. Deinde nos q viuim⁹ τc. ps. Dispersiōes israel ꝯgregabit. Itē voluntati: qa cum cōsiderāt q quecūq tēporalia sunt in nouissimo mūdi peribūt: dat itelligi q eos cōgregāt ad vnū querēdum. s. celeste premiū. Eccli. 30. Cōgrega cor tuū in sanctitate eius. Item cogitationū ad vnam stabilē veritatem. Esa. viii. Ego autem opera eoꝝ τ cogitatiōes eorū venio vt ꝯgregē τc. Sic g ps fructus τ māa in pma muniuit eos cōtra persecutiōes pteritas: hic muniuit eos contra futuras. Cap. I.

2.Cor.1.
Ephe.1.
1.Pe.1.
1.Thes.1.

Paulus τ Siluanus ac Timothe⁹ ecclesie Thessalonicēsiū in deo patre nro: τ dño Jesu Christo. † Gratia sit vobis τ pax a deo pre nro: τ dño Jesu Christo. Gratias agere debemus deo semp de vobis frēs: vt par est: qd vehementer augescit fides vra: τ exuberat mutua vestra oium charitas: cuiusq in alteruꝫ: adeo vt nosipsi de vobis gl'iemur in ecclesijs dei: de tolerātia vestra τ fide: sup oibus persequutionibus vestris: τ afflictionibus: quas sustinetis: documentū iusti iudicij dei: in hoc vt digni habeamini regno dei: p quo τ patimini.

Paulus τ Siluanus et Thimotheus ecclesie Thessalonicēsium in deo pre nostro τ domino Jesu Christo. Gratia vobis τ pax a deo pre nostro τ dño Jesu Christo. Gratias agere debemus semp p vobis fratres: ita vt dignū est: qm̄ supercrescit fides vestra τ abūdat charitas vniuscuiusq vestrū in inuicē: ita vt τ nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patiētia vestra τ fide τ in oibus psecutiōibus vestris τ tribulationib⁹ qua sustinetis in exemplum iusti iudicij: vt digne habeamini in regno dei pro quo τ patimini.

Diuiditur hec epla i salutationē τ eplarem narrationē ibi. GRATIAS agere debemus τc. Itē pmo ponunt psone salutātes. Scdo psone salutate. Tertio bona optata. Sūt aūt eedem psone que τ in pma. Tres aūt psone salutātes ponunt vt auctoritas eple robustior appareat. Eccles 4. Funiculus triplex difficile rumpit τc. ECCLESIE Thes. τc. Eccla ꝯgregationē dic que debꝫ eē in deo. alis est mala. De bona dicit ps. Cōgregate illi sanctos eius τc. IN CHRISTO. i. in eius fide. Ro. 5. Per quē accessum habemus per fidem in gratiam istā τc.

¶ Deinde optat eis bona. Et p PACEM. Ipsa est eni principium oium spūalium donoꝝ. p̄ᵒ Cor. 15. Gratia dei sū id qd sū τc. Itē pacē q̄ est finis boniꝫ. ps. Qui posuit fines tuos pacē τc. τ h A DEO τc. Jaco. 1. Oe datū optimū τ oē donū pfectū desursū est descēdēs a patre luminū τc. ET DOMINO τc. 2. Pet. 1. Per quē maxia nobis τ preciosa pmissa donauit τc. GRATIAS agere debemus τc. Hec ē eplaris narratio. Et pmo istruit eos de futuris in nouissimis dieb⁹. Scdo admonet eos familiariter de qbusdā in 3° cap. ibi. DECETERO fratres τc. Itē p monet sicut dcm̄ est q̄tum ad premia bonoꝝ τ penas maloꝝ. Scdo q̄tū ad pericula tēpore antichri. 2° cap. ibi. ROGAMVS autem vos τc. Itē pmo agit gratias de preparatione ad futurum iudiciū. Secūdo describit tpm iudiciū ibi. SED tamē iustū τc. Itē pmo gratias agit de pfectu. Secūdo ostēdit fructū pfectus. Tertio signū. Dicit g. GRATIAS agere debemus τc. Nā qa in pma epla cōmēdauit eos de fide τ charitate τ alijs bonis in qb⁹ abundabāt: ideo dicit. GRATIAS agere debem⁹ deo. quia bonum q habetis reputo meū. 3. Jo. Maiorem hoꝝ nō habeo gratiam q̄ vt audiā filios meos in veritate ambulare τc. Et hoc DEO sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignū est: qa de magnis bonis agim⁹ gratias 2. Mach. 1. De magnis pculis a deo liberati magnifice gratias agemus. Quare: qa semp crescūt bona spūalia. Periculose tñ custodiuntur nisi pficiat in eis hō. In donis autē dei est fides p quā deus habitat in

nobis: et in hac pficimus sm itellectū. Eph. 4. Habitare Christum p fidē in cordib⁹ vr̄is. Et sic proficit hō p cognitionē deuotionē: et inhesionē. Itē charitas p quam de⁹ est in nobis sm affectū. 1. Jo. 4. De⁹ charitas ē et q manet in charitate in deo manet et de⁹ in eo. Et iō dic. ET ABVNDAT.] Prouer. 15. In abūdāti iustitia virtus est maxia rc. 1. Thes. 4. De charitate aūt fraternitatis non necesse habuim⁹ scribere vobis. ipsi. n. a deo didicistis vt diligatis inuicē rc. Et tūc ponit pfect⁹ cū dicit. Ita q ego glorior ide apud alios quia vr̄a reputo mea. Bonū. n. discipulor est glia plator. Prouer. 10. Filius sapiēs letificat prez rc. Prouer. 17. Corona senū filij filior rc. 2. Corin. 9. Pro q de vobis glior. Et tūc ponit signū pfect⁹. s. patiētiā q ostēdit maxie in tribulatiōib⁹. Jac. 1. Beat⁹ vir q suffert tētationē rc. In tribulatiōib⁹ sūt duo seruāda. s. patiētia ne discedat a fide. Jac. 1. Patiētia opus pfectū hz. Et fides in psecutiōib⁹. p^a Cor. 4. Persecutionē patimur et sustinem⁹. Vñ dic. In fide in oib⁹ psecutiōib⁹ vr̄is et tribulatiōibus. Que qdē tribulatiōes dicunt a tribulis qb⁹ teri⁹ p afflictiōes pūgimur. Gen. 3. Spinas et tribulos germinabit tibi. ps. Tribulationes cordis mei multiplicate sūt. Et hec sancti sustinēt pp duo. s. pp terrorē malor. Si. n. de⁹ nō parcit bonis in h mūdo: quō parcet malis in futuro. p^a Pe. 2. Si aūt pmū a nobis qs finis eor q nō credūt dei euāgelio rc. Hiere. 49. Ecce qb⁹ nō erat iudiciū vt biberēt calicē rc. Scdo ad augēdū meritū. Vñ dic. VT DIGNE rc.] Naz vt dr̄ Mat. 11. Regnū celor vim patit et violēti rapiūt illō. Et Lu. vlti. Nōne hec oportuit Chrz pati. et ita itrare in gliaz suaz. Ro. 8. Si tñ cōpatimur vt et cglorificemur. Vñ dicit. PRO quo patimini rc.] Tribulatio eni q fit pro deo facit dignū regno dei. Mat. 5. Beati q psecutiōez patiunt rc. p^a Pet. 4. Nemo vestrū patiat q̄si homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienor appetitor.

¶ Siqdem iustū est apud deū: reddere his q affligūt vos: afflictionē: et vobis q affligimini: relaxationē nobiscū: cuz reuelabit dn̄s Jesus de celo: cū angelis potētie sue: cū incēdio flāme: q infligit vltionē his: q non nouerūt deū: et q non obediūt euāgelio dn̄i nostri Jesu Christi: q penā luent: in interitū eternū: a facie dn̄i: et a gloria fortitudis illius: cū venerit vt glorificet in sanctis suis: et admirādus fiat in oibus credētibus: qz fides habita sit testimonio nostro erga vos in die illo: in ad
Col. 1. 1. Thes. 3. qd etiam oramus semp p vobis: vt vos dignos habeat ista vocatiōe deus noster: et compleat oē bonum propositum bonitatis: et opus fidei cum potentia vt illustretur nomen domini nostri Jesu Christi per vos: et vos per illum: iuxta gratiā dei nostri et domini Jesu Christi.

¶ Si tñ iustū est apud deū retribuere retributionē his qui vos tribulāt et vobis q tribulamini requiem nobiscuz in reuelatione dn̄i Jesu de celo cuz angelis virtutis ei⁹ in flāma ignis dantis vindictā his qui nō nouerūt deum. et q non obediūt euāgelio domini nostri Jesu Christi. Qui penas dabūt in interitu eternas a facie dn̄i et a gloria virtutis eius cuz venerit glorificari in sanctis suis: et admirabilis fieri in oibus qui crediderunt: qa creditū est testimoniū nostrum sup vos in die illo. In quo etiam oramus semp p vobis: vt dignet vocatiōe sua de⁹. et impleat oēm volūtatē bonitatis sue et op⁹ fidei in virtute. vt clarificet nomen dn̄i nr̄i Jesu Christi in vobis et vos in illo. sm grāz dei nostri et dn̄i Jesu Christi. Lec. II.

Supra egit de eor idoneitate ad futur iudiciū: hic agit de forma iudicij. Et p ponit iudiciū q̄tū ad punitionē malor et pmia bonor. Scdo h vtraqz pte sigillatī ibi. IN FLAMMA rc.] Itē p ponit iudiciū q̄tū ad punitionē malor. Scdo q̄tū ad premia bonor ibi. CVM venerit rc.] Quātū ad pmū dicit. SVSTINETIS in exēplū rc.] Si tñ p qa iustuz ē. Vñ alia lra hz. Si qdē vel si tñ referat in exēplaz iusti iudicij. q. d. Justū est q hec patiamini: vñ dicit. Si tñ ex h mereamini. sz prima lra et expō est melior. Justū est retribuere. ps. Exaltare q iudicas terraz: redde retributionez supbis. Esa. 33. Ve h q pdaris: nōne et tu predaberis. TRIBVLATIONEM] s. eterne dānationis. Ro. 8. Tribulatio an angustia rc. ET VOBIS qdē requiē.] Luc. 16. Recepisti bona in vita tua et Lazarus silr mala. Nunc aūt hic 9solat tu vo cruciaris. Apoc. 14. Amodo. n. iā dicit sps vt requiescāt a laboribus suis. NOBISCVM] i. eqlē gliam. Sz nūqd h est vez. Rñdeo duplex ē eqlitas. s. absoluta q̄titatis et pportiōis. Et pma nō ē eqlis q̄tū ad pticipationem hominis: sz eqlis q̄tū ad beatitudinē pticipataz q ē de⁹. sz hō pticipat sm magis et min⁹. sm q ardēti⁹ vel minus ardēter amat deū. Sed sm 2^m oimoda equalitas erit: qa ita ē glia Petri ad grāz sibi datā et meritū suū sicut glia Lini ad suā. Hoc aūt erit IN REVELATIONE rc.] Jo. 5. Pr̄ oē iudiciū dedit filio rc. Et h inq̄tū filio hois ptātē dedit iudiciū facere: qa in forma hūana oib⁹ apparebit. Sz mō nō appz. qa humanitas ei⁹ latet i glia dei: sz tūc appebit. Et iō dic. IN REVELATIONE.] Esa. 40. Et reuelabitur gloria dn̄i rc. Et h cum ministris suis. s. angelis rc. Mat. 25. Cuz venerit fili⁹ hois in maiestate sua et oēs angeli cū eo rc. Equalitas absoluta et pportionalis.

¶ Deide cum dic. IN FLAMMA rc.] Agit de vtraqz. s. punitiōe malor et pmiatiōe bonor: sz i punitiōe malor ostēdit acerbā iustā et diuturnam. Dic g. DANTIS vindictā] i. iudicātis puniēdo IN FLAMMA ignis] faciē orbis cōburētis et inuoluētis reprobos et detrudētis in ppetuū. ps. Ignis aā ipz pcedet rc. Itē erit iusta pp duplicē culpā. s. Ifidelitatis et male vite. Quātū ad primū dicit. QVI nō nouerūt] i. noluerūt cognoscere DEVM.] Job. 21. Sciaz viarū tuaruz nolum⁹. 1. Cor. 14. Ignorās ignorabit rc. Quātum ad 2^m dicit. QVI nō obediūt euāgelio Jesu Christi.] Ro. 10. Nō oēs obediūt euāgelio. Inobediētia. n. est tñ pctm q per eam mors venit in mundū: vt dr̄ Ro. 5. Itē est diuturna: qa PENAS dabūt rc.] Et pōt legi dupl'r sm vnū sensum duplex est pena. s. sensus et dāni. De pena sensus pōt intelligi sic. DABVNT] i. sustinebūt penas eternas nō finiendas: et h IN INTERITV] qa semp morientur. Duplex ē pena / sensus et damni. Aliter. n. est de penis hui⁹ vite et illis. Naz hic quanto plus acerbiores tāto sunt breuiores: qa extinguūt: sz ille sunt grauissime qa sunt pene mortis et sunt iterminabiles. Vñ dicit q semp erūt q̄si in morte. ps. Mors depascet eos. Esa. vlti. Vermis eor nō morietur. Pena aūt dāni est duplex: qa separabunt a visione dei. Vñ

dicit

dicit. A FACIE dñi .i. timori. Job. 13. Non veniet in conspectu eius ois hypocrita. Alia est priuatio visionis glorie sanctorum. Esa. vii. Tollatur impius ne videat gloriã sanctorum rc. Uel aliter. A FACIE dñi rc. In hoc ostendit causa acerbitatis pene sensus. Sensus enim aliquando euacuatur vel propter superiorẽ iudicẽ: vel propter superioris potentiã: sed hoc nõ erit: quia hoc iudiciũ procedet a facie dñi. Psal. De vultu tuo iudicium meum prodeat rc. Et ideo dic. DABVNT penas .i. sustinebunt a facie domini.

¶ Deinde cũ dic. CVM venerit rc. Agit de premiatiõe sanctorum: et primo ponit premium. 2° meritũ ibi. QVI crediderunt rc. Gloriã sanctorum cõmendat et quantum ad essentiã per participationẽ glorie dei cum dicit. GLORIFICATI rc. et quantũ ad eius excessum ibi. ET ADMIRABILIS. Dicit ergo. CVM venerit rc. Christus certe gloriosus est. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur quia dñs Jesus Christus in gloria ẽ dei patris rc. ¶ Glorificari in sanctis eius quia bonum sui est cõmunicatiuum: vel glorificari in sanctis eius: qui sunt mẽbra sua in quibus habitat: et in quibus glorificatur quãdo sua gloria .s. capitis deriuatur vsque ad sua mẽbra. Esa. 49. Seruus meus es tu israel: quia in te glorificabor rc. Et hoc excedet oẽm admirationẽ. Unde dicit. ADMIRABILIS rc. Siquidẽ admiratio est stupor procedens ex magna phãtasia. Tãta autem sanctorum gloria non potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit. ADMIRABILIS. Sap. 5. Mirabuntur in subitatione insperate salutis rc.

¶ Deinde ponit meritũ ibi. CREDIDERVNT rc. Et ponit primo meritum fidei. Secundo suffragiũ orationis ibi. IN QVOS rc. Dicit ergo. Hec erit gloria: quia creditum est nostrum testimonium super vos qd credidimus de Christo vobis in illo die .i. propter illum diẽ quia bona que egimus sunt propter illũ diem: sed dicit. SVPER vos .i. hoc testimonium est super vos .i. super sensum humanũ. Eccli. 3. Plurima super sensum hominis rc. Fides enim nõ habet meritũ vbi humana ratio prebet experimẽtum. Nisi enim esset supra vos: non esset magni meriti credere. Uel dicit. SVPER vos .i. ordinatur vobis subiectiõibus intellectum vestrũ humiliter ad credendum. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigẽtes oẽm intellectũ in obsequium Christi rc. Sic exponit glo. Uel aliter et magis secundum lrãm. Dico quod glorificabitur Christus in vobis qui credidistis in die iudicij quãdo Apli iudicabũt. et tũc erit testimonium qd est super vos. idest de promptitudine et fidei vestre erit certum: idest credibile.

¶ Deinde cum dic. IN QVO oramus rc. Subiungit suffragium orationis. Et primo proponit qd petit. Secundo quo fine ibi. VT DIGNETVR rc. Tertio per qd posset assequi petitũ ibi. SECVNDVM gratiam rc. Petit autem vnũ ex parte dei. et duo ex parte nostra. Dicit ergo. IN QVO .i. propter quẽ diem nos oramus semper. Ro. 1. Sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis rc. primi Reg. 12. Absit autẽ hoc peccatum a me in dño vt cessem orare pro vobis rc. Sed ad quid? Ut dignetur vos vocatiõe sua deus noster .i. faciat vos in mũdo digne cõuersari sue vocationi. Ephe. 4. Digne ambuletis vocatiõe qua vocati estis rc. ¶ Item ex parte nostra petit ex parte voluntatis vt plene fruamur omni bonitate. Unde dicit. VT IMPLEAT oẽm volũtatẽ bonitatis .i. impleat in vobis volũtatẽ ois boni. Phil. 2. Qui operatur in nobis velle et perficere pro bona volũtate. ¶ Itẽ ex parte intellectus vt perfecte credãt. ideo dicit. ET OPVS fidei rc. Ro. 10. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autẽ confessio fit ad salutem rc. Et hoc operemini IN VIRTVTE .i. in cõstãtia et fortitudine vt nullo timore cessetis a cõfessione eius. Uel sic. IN QVO .i. propter quẽ diẽ oramus vt deus dignetur vobis dare illud ad qd vocauit vos. primi Pe. 3. In hoc vocati estis vt benedictionẽ hereditate possideatis rc. ¶ Impleat oẽ bonũ qd desideratis qd est in vita eterna: quãdo habebimus oculũ. Ps. Qui replet in bonis desideriũ tuum. ¶ Itẽ impleat opus fidei qd erit quando id qd hic per speculũ et in enigmate videmus: videbimus tũc facie ad faciẽ. Sed quo fine: vt clarificetur .i. ad gloriam Christi sit et per vos tam in presenti quam in futuro nomẽ Christi glorificetur in bonis viis. Mat. 5. Uideãt opera vestra bona et glorificẽt patrem vestrum qui in celis est. E cõuerso de malis di. Esa. 52. et Ro. 2. Nomẽ dei per vos blasphematur. Sed per quid poterimus illud consequi: secundum gratiam dei nostri que est radix oium bonorũ nostrorum. primi Cor. 15. Gratia dei sum id qd sum rc. Cap. II.

Rogamus autẽ vos fratres per aduentũ dñi nostri Jesu Christi: et nostri aggregationẽ in illũ: ne cito dimoueamini a mẽte: neque turbemini: neque per spũm: neque per sermonẽ: neque per epistolam: tanquam a nobis perfectam: quasi instet dies Christi. Ne quis vos decipiat vllo modo: quoniam nõ adueniet dñs: nisi venerit defectio prius: et reuelatus fuerit homo ille sceleroſus: filius perditus: qui est aduersarius: et effertur aduersus omnem: qui dicitur Deus aut numẽ adeo: vt in templo dei sedeat: ostentans seipsum esse deũ. An non meministis: quod cum adhuc essem apud vos: hec dixerim vobis? Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21. Ephe. 5. Dan. 9.

Rogamus autẽ vos fratres per aduentũ dñi nostri Jesu Christi et nostre congregationis in ipsum vt non cito moueamini a vestro sensu: neque terreamini: neque per spũm: neque per sermonẽ: neque per epistolam tanquam per nos missam quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduersatur et extollitur supra oẽ qd dicitur deus aut qd colitur ita vt in tẽplo dei sedeat: ostendens se tanquam sit deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis?

❡ Deide cū dic̄. ADAM .n. ꝛc̄. Assignat rōnē eius qđ dixerat. ꝛ p̄mo ex ordie creatiōis. Scd̄o ex ordine culpe ibi. ET ADAM nō ē ꝛc̄. Circa p̄ᵐ sciēdū ē ꝙ in ordine reꝝ ꝑfectū ꝛ impfectū diuersimode ordinantur: qa in vno ꝛ eodē iꝑfectū ꝓcedit tpe: ꝛ ꝑfectū precedit nā: qa nā tēdit ad ꝑfectū: sȝ in diuersis ꝑfectum est prius tpe ꝛ nā: qa nā semꝑ incipit a ꝑfectis. Et hūc ordinē agit hic: qa vir ꝑfectus est nā hūana: mulier vir occasionatus. Un̄ p̄mo formatus est Adā. Gen. 2. Formauit de⁹ hoiē de limo terre ꝛc̄. Scd̄ario mulier sicut qddā iꝑfectū a ꝑfecto originatū .s. de costa. p̄ᵉ Corin. 11. Nō .n. vir ex muliere: sȝ mulier ex viro ē ꝛc̄. Et ide est ꝙ hō nō dicit factus ꝓꝑ mulierē sȝ ad similitudineȝ dei. Gen. p̄. Faciamus hoiem ad imaginē ꝛ similitudineȝ nr̄am. Mulier aūt ꝓꝑ virū: iō vir dȝ p̄eē. Itē ex pte culpe. Ordo .n. gn̄atiōis ꝛ corruptiōis est ꝯtrari⁹: qa qđ est p̄mū in gn̄atiōe est vltimū in corruptiōe. Peccatū autē est corruptio nature. ꝛ ideo gn̄atio icepit primo ab Adā: sȝ corruptio a muliere. Un̄ dicit. ADAM nō est seductus .s. p̄mo: qa fortior erat: sed icepit a debiliori vt facilius seduceret fortior. Alludit autē hic verbis Ade. Gen. 3. Cuȝ enim deus rep̄hendit Adā dixit. Mulier quā dedisti mihi dedit mihi ꝛc̄. Et iō dic̄. ADAM nō est seductus sȝ mulier. Seductio aūt duplex est .s. in vniuersali ꝛ ꝑticulari eligibili q̄ est ignorantia electiōis. Quicūqȝ ḡ peccat seducit ignorantia electiōis in ꝑticulari eligibili. Mulier aūt fuit seducta ignorātia in vniuersali: quia .s. credidit qđ serpēs dixit: sed vir nō credidit h̄: sed deceptus fuit in particulari .s. ꝙ gerēdus eēt mos vxori: ꝛ cū ea comedere deberet ꝛ inexptus diuie seueritatis credidit ꝙ facile ei remitteret. ¶ Sȝ cōtra. Ignorantia est pena peccati. ḡ pena ꝓcessit culpā. ¶ Rn̄deo dōm est ꝙ nō ꝓcessit: qꝛ statiȝ ad ꝟba serpētis fuit elata ꝙ alius eēt de ea sollicit⁹ ꝛ ex illa ellatiōe seducta est. vn̄ elatio ꝓcessit.

Seductio in vli vel in particulari.

❡ Deinde cū dic̄. SALVABITVR aūt ꝛc̄. Rn̄det cuidam tacite q̄oni: qa diceret quis ꝙ si mulier nō est ꝓpter virū ꝛ ex ea est initium peccati. ḡ viro est nociua. Sȝ si aliquid nō est ꝓpter aliud sed est ei nociuum dȝ tolli. ḡ mulier non dȝ saluari. Dōm est ḡ ꝙ duplex est salus .s. temporalis: ꝛ hec est cōis etiam brutis. Alia est eterna ꝛ hec est ꝓpria hoium. Esa. 51. Salus autē mea in sempiternū erit ꝛc̄. Utrāqȝ aūt salutē mulier non amisit. Nō tēporalē qa statim non priuat sexu muliebri ꝓpter gn̄ationē ꝓlis. nec eternā qa ſm aīaȝ capax est gratie ꝛ glorie. Et iō q̄tū ad p̄mum dic̄. SALVABITVR .i. nō extirpabit. ꝛ h̄ per gn̄ationē filiorum ad quā est a deo ordiata. Quātū ad 2ᵐ dic̄. SI PERMANSERIT ꝛc̄. Sȝ qa si ipotrat cāȝ nūqd q̄ nō ꝑmāsit nō saluabit cū Apl̄us dicat ꝙ mulier melius facit si non nubat. Rn̄deo vno mō pōt eē locutio figuratiua ꝛ sic per virū rō superior intelligit. rō inferior est mulier. opera bona sunt filii iferioris rōnis. ꝛ charitas quā ꝑ virū ꝯcipit ꝛ per hec saluabitur. Alia est expositio lr̄alis. vt ly ꝑ nō dicat cām sed repugnātiā. Et ē sensus. Mulier saluabit etiā si icedat ꝑ gn̄ationē .s. si nubat ꝛ nō sit virgo. Et tūc ly per dicit augmētationeȝ salutis quasi per gn̄ationē filioꝝ ad cultum dei magis saluabitur. Eccli. 7. Filii tibi sunt erudi illos: ꝛ incurua illos a pueritia illoꝝ ꝛc̄. De salute ꝟo eterna tria ponit: scȝ ꝙ aliquid sit in intellectu. Scd̄o ꝙ in affectu. Tertio quo ad exteriorē actū. In intellectu est fides ꝑ quā itellectus Christo subiicit. Un̄ dicit. IN FIDE. Heb. 11. Sine fide ipossibile est placere deo. Et qa fides nihil valet sine dilectione. Ideo statim subiūxit dicēs. ET DILECTIONE .i. Coꝛ. 13. Si habuero oēm fidē: ita vt mōtes trāsferam ꝯharitatē aūt non habuero nihil sum ꝛc̄. In exteriori aūt ponit duo cōtra lasciuiā q̄ cōsistit in duobus .s. in luxuria. Et quātū ad hoc dicit. IN

Salus tēporalis ꝛ eterna

Ly per dicit non cām sed repugnātiam vel augmentationem.

SANCTIFICATIONE

SANCTIFICATIONE.] i. castitate. i. Thes. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra rc. Itẽ in crapula. Et qd dic. IN SOBRIETATE.] Tit. 2. Sobrie z pie z iuste viuamus in hoc seculo rc.] Cap. III.

Tit. i.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum appetit bonum opus desiderat. i Opz igit̃ epm irreprehẽsibilẽ eẽ: vnius vxoris maritũ: vigilãtẽ: sobriũ: modestũ: hospitalẽ: aptũ ad docẽdũ: nõ vinolẽtũ: nõ pcussorẽ: non turpiter lucri cupidum: sed equum: alienum a pugnis: alienũ ab auaritia.

Fidelis sermo. Si qs epatũ desiderat bonũ op9 desiderat. Opz enĩ epm irreprehensibilẽ esse vni9 vxoris virũ sobriũ: ornatũ prudentem pudicũ: hospitalem doctorem: nõ vinolentum: non percussorem sed modestum: non litigiosum: non cupidum.

Supra instruxit Timotheũ de ptinẽtib9 ad fidẽ rectã z cultũ dei hic agit de istructiõe officiorũ ecclesiasticorũ. Et pmo ponit istructio. Scdo sue istructionis occasio seu necessitas ibi. HEC TIBI scribo rc.] Itẽ pmo istruit de ptinẽtib9 ad epm. 2° quo ad diacones ibi. DIACONES sile rc.] Sz cũ fm Dionysiũ tres sint ordines. s. epoꝝ q pficiũt: psbyteroꝝ q illuminãt: diaconoꝝ q purgãt: q̃re nõ facit mẽtionem de psbyteris? Rñdeo dõm est q psbyteri itelligũtur cũ epis nõ q sit idistinctio iter ordines q̃tũ ad rẽ sed q̃tũ ad noia. qa psbyter idẽ est qd senior z episcopus supintẽdẽs. Et iõ psbyteri z episcopi q̃tũ ad nomen vocabant̃ z episcopi z psbyteri. Circa h̃ g primo agit de desiderio puentẽdi ad epatũ. Scdo describit cõditionẽ episcopi ibi. OPORTET autẽ rc.] Premittit g sue istructiõis assertionẽ dicẽs. FIDELIS sermo.] i. fidelẽ dicã vel dixi. Apoca. vlti°. Hec vba fidelissima z vera sunt. SI QVIS rc.] Ex h̃ sumpserũt aliq occasionẽ ambitionis epatus z plationis. Sz nõ recte itelligũt qd h̃ dr. Apls. n. h̃ voluit ostẽdere qd ptineat ad epm. Epo ẽ nomẽ grecũ: scopos. n. idẽ est qd intẽdẽs. epi. i. supra q̃. q supintẽdẽs. Duo g sunt cõsiderãda i epo. s. gradus superior z actio plebi vtilis. Aliq. n. pnciũt foris oculũ ad ea q̃ circũstãt eũ. s. q qui preest honorat̃ z q hz potestatẽ. Et g pp ista desiderat epatũ nescit qd sit epa. Et iõ dicit Aplus qd sit epa: z quid desiderat q epatũ desiderat qa bonũ opus. Nõ dicit bonũ desideriũ habet sed bonũ opus. s. vtilitatẽ plebis. Sz nũquid licet ipm desiderare? Aug. dicit q nõ. Glo. Locus superior sine quo regi nõ põt pplis. z si teneat̃ z administretur decẽter: tñ idecẽter appetit̃. Et idẽ dic. 19. de ciuitate dei. Caius rõ est q nullus dz appetere aliqd supra vires suas nõ sibi pportionatũ. als eẽt stultus. Oratius. Ludere q nescit cãpestribus abstinet armis. Ille g bene epatũ desiderare posset cui9 opus episcopatui esset pportionatũ. Ad h̃ aũt nullus ẽ idone9 qa plat9 hz grandẽ z cõuenientiã dz oẽs alios excedere in cõuersatione z cõtẽplatiõe ita vt in respectu sui alij sint grex. Et hanc idoneitatẽ de se psumere est maxime supbie. aut g appetit circũstantias: z tũc nescit qd appetat: qa nõ est h̃ epatus vel ipm opus z h̃ est supbie. Et iõ nõ est accipiẽdũ nisi ipositũ. Glo. Si dicis status epoꝝ ẽ pfectior statu religiosoꝝ. hũc ergo licz appetere. Rñdeo pfectio aliter se hz in h̃ z in illo. qa status epoꝝ psupponit pfectionẽ: z ideo nullus appetere dz nisi hẽat eã. sed status religiosoꝝ ẽ via: z ideo nõ requirit̃ pfectio iã habita: sed q acquirat eã nisi hẽat. z hoc pz Jo. vlti. vbi dñs symoni nõ dic. Si vis pfectus eẽ pasce rc. Et iuueni dic. Si vis pfectus eẽ rc. Sic g itelligẽdũ est in noie episcopatus bonũ opus. i. Pe. 5. Nõ vt dñantes in cleris: sed forma facti gregis rc. q. d. Si tu epatũ desideras h̃ est qd desideras qa bonũ opus. Sz qualis debeat eẽ epus ostendit cũ subdit. Opz epm rc. Quẽ pmo instruit in gñali. Scdo in spẽli ibi. VNIUS vxoris rc.] Dic g. Dico q bonũ opus desiderat: sz ad hoc nõ ois est idoneus: sed opz q sit talis: pmo irreprehẽsibilis. Vñ de Zacharia dr. Luc. i. q incedebat in oib9 mãdatis z iustificationibus dñi sine q̃rela. Leui. 21. Qui habuerit maculam nõ offeret panes deo suo nec accedet ad ministeriũ eius. Nec itelligendũ est q oino sit sine pctõ. qa dicit̃. i. Jo. i. Si dixerim9 rc. Nec est dõm sicut aliqui dixerũt q quicũqz peccauit mortalr post baptismũ nõ est idoneus quia pauci eẽnt tales: sed irreprehẽsibilis. i. nõ subiectus alicui pctõ: vñ ab alijs reprehẽdi posset: quia idecens est si reprehẽsibilis sit reprehensor. Mat. 7. Eijce primum trabẽ rc.

Deinde cum dic. VNIUS vxoris rc.] Instruit eũ in spẽli. z pmo quãtũ ad se. 2° quãtum ad multitudinem ibi. FILIOS hñtez rc.] Iterũ pma in duas. qa pmo ostẽdit qbus virtutib9 ornet̃. Scdo a quo mens debz eẽ libertatis ibi. NON vinolentũ rc.] Ois autẽ moralis virtus est pmo circa passiones z sunt duo que faciunt sanctitatẽ. s. castitas z sobrietas. qa per delectationem vel delectabilia carnis maxime inquietat̃ aia. Et iõ pmo ponit qd pertinet ad castitatẽ dicens. VNIUS vxoris virũ.] Simile Tit. p. In hoc autẽ discordia videt̃ esse inter Aug.m z Hieronymũ. Hieronymus. n. dicit q h̃ intelligit̃ post baptismũ. quia si ante baptismuz duas habuit vxores vel vnã pmo z aliam postea nõ impedit̃ ab ordinatione. qa per baptismũ omnia delentur. Augu. z Ambrosius cõtrariũ dicunt. qa siue ante siue post si duas habuit nõ ordinat̃. Et nũquid baptism9 nõ omnia delet? Respõdeo sic peccata nõ irregularitatẽ que interdũ etiam sine peccato icurrit̃ ex sola ecclesiastica institutione. sed matrimoniũ nõ est peccatũ etiã in paganis. Sed que est causa huius institõnis? Nũquid nõ magis impedit̃ qui multas cõcubinas habet? Rñdeo dõm q hoc fit nõ pp icõtinẽtiam tñ: sz ppter repñtationẽ sacramenti: qa sponsus ecclesie est Chris z vna est ecclesia. Cant. 5. Vna ẽ colũba mea rc.

Secũdo agit DE SOBRIETATE.] Tit. 2. Sobrie z pie z iuste viuamus in h̃ seculo rc. Hic. n. docet epz qui dicitur superintẽdens vt vigilet. Luc. 2. Pastores autẽ erãt rc. Et ebrietas obstat vigilijs. i. Pe. vlti. Sobrij estote rc. Tertio ordinat rõnem dicẽs. PRUDENTEM.] qa hec est regitiua oium virtutũ. z epus eligit̃ vt alios regat. Mat. 10. Estote prudentes. Mat. 24. Quis putas est fidelis seruus z prudens rc.

Cõsequẽter ponit virtutes q̃ ordinãt actiones exteriores. Prio q̃tũ ad se. Scdo quãtũ ad alios. Q̃tũ ad se dicit. ORNATUM pudicũ.] Ornatus est qñ hñt cõponit̃ in actibus z dictis. Ornatus enĩ importat pulchritudinẽ que cõsistit in pportiõe. Vñ tũc est ornatus quãdo agit z loquit̃ vt decet. Ecclici. 44. Hoies diuites in virtute pulchritudinis studiũ habentes rc. Hoc requirit̃ in episcopo qa per exteriora iudicamus de interiorib9. Ecclici. 19. Amictus corporis z risus dentiũ z ingressus hois enũciant de illo: qa planus ponitur in

Tres sunt ordines. Episcoporum perficientium. Presbyterorum illuminantium. Diaconorum purgantium.

Epus non dz hic duas vxores nõ tñi ppter icõtinentiam: sed pp repñtationẽ Christi z ecclesie.

aspectu honu: opz q̄ sit ornatus. Un̄ dī de Ambrosio q̄ quosdam ordinare nolebat. q̄a dissolute icedebant. Item quādoqz cōtingit q̄ occurrūt alicui aliqua turpia in alijs vel agentib⁹ vel dicētibus. ⁊ ad hec dz habere pudicitiam vt verecūdetur si videat vel audiat. Aug. Impudicus oculus impudici cordis est nūtius. Eccl. 7. Gr̄a. n. verecūdie illius super aurum.

Elemosyna spūalis ⁊ corporalis.

¶ Deinde cū dīc. HOSPITALEM ⁊c̄.]Agit de ep̄o in cōparatione ad alios. Imponit̄ autem ep̄o vt pascat oues. Jo. vlti. ⁊ .1. Pet. vlti. Et duplex est elemosyna. s. corporalis ⁊ spūalis. Ergo dz in vtroqz pascere. Quātū ad p̄mū dīc. Hospitalē. s. peregrinoꝝ ⁊ hospitum. Ro. 12. Hospitalitatē sectātes. Heb. vlti. Hospitalitatē nolite obliuisci ⁊c̄. Job. 31. Hostium meum viatori patuit ⁊c̄. Quantū ad 2ᵐ dicit. DOCTOREM.]Ephe. 4. Alios pastores ⁊ doctores ⁊c̄. Et hoc est officiū p̄priuz prelati. Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meuz ⁊ pascent vos scientia ⁊ doctrina ⁊c̄.

¶ Cōsequēter cū dīc. NON vinolētū ⁊c̄.]Remouet vitia opposita. Tria aūt remouet. Unum qd̄ pertinet ad ꝯcupiscētiam carnis. Aliud ad irā. Aliud ad cupiditatez. Quātū ad p̄mū dicit. NON vinolētū.]Minus dicit ⁊ plus significat. Ephe. 5. Nolite inebriari vino in q̄ est luxuria ⁊c̄. q. d. Nō gulosuz/non luxuriosum. Quātuz ad irā duo ponit. p̄mo quātū ad actū cū dīc. NON percussorē.]Decēter p̄hibet hoc post vina. quia ebrij de facili ꝑcutiūt. sed modestū. idest patiētez. Phil. 4. Modestia vestra nota sit oīb⁹ hoīb⁹ ⁊c̄. Bene patientes erāt vt annūtiēt. Chrūs passus nō ꝑcutiebat. Scd̄o quātū ad v̄ba cū dicit. NON litigiosuz.]. 2. Thi. 2. Seruum dei nō opz litigare ⁊c̄. 1. Cor. 11. Si quis autē videtur cōtentiosus eē nos talem cōsuetudinē nō habemus neqz ecclesia dei. Et hoc q̄a episcopi sunt successores Aploꝝ: quos Chrūs instruxit vt pacē annūtiarent. Itē in passione sua Chrūs dixit. Pacez meā do vobis. pacem meā relinquo vobis. ¶ Quātum ad res tēporales dicit. NON cupidū.]q̄a ponit̄ iudex ⁊ ordinator ecclīe q̄ si sit cupidus de facili declinat a iustitia. Exo. 23. Ne accipias munera que excecant etiaz prudētes ⁊ subuertunt verba iustoꝝ. sed heu. Hiere. 6. A maiore vsqz ad minorem oēs auaritie student ⁊c̄.

¶ Qui sue domui bene presit: qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia. Quod si quis ꝓprie domui preesse nō nouit: quō ecclesiam dei curabit? Nō nouitiuz: ne inflatus in cōdēnationem incidat calūniatoris. Opz autē illū ⁊ bonuz habere testimoniū ab extraneis: ne in ꝓbrum incidat ⁊ laqueū calūniatoris. Ministros itidez cōpositos: nō bilingues: non multo vino deditos: nō turpiter lucri auidos: tenētes mysteriuz fidei cū pura conscientia: atqz hi probentur prius: deinde ministrent sic: vt nemo possit illos criminari. Uxores similiter modestas: non calūniosas: sobrias: fidas in omnibus.

¶ Sz sue domui bene prepositū filios hn̄tē subditos cū omni castitate. Si qs autez domui sue preesse nescit quomō ecclīe dei diligētiā habebit? Nō neophitū: ne in supbiā elatus in iudicium icidat diaboli. Opz aūt ⁊ illū testimoniū hr̄e bonū ab his q foris sunt vt nō in opprobriū incidat ⁊ in laqueū diaboli. Diacones silr pudicos. non bilingues. nō multo vino deditos. nō turpe lucrū sectātes: hn̄tes misterium fidei in consciētia pura. Et hi autem ꝓbentur primum: ⁊ sic ministrent nullū crimen habētes. Mulieres similr pudicas. nō detrahētes: sobrias/fideles in oībus. Lec. II.

Supra ondit Aplūs q̄lis dz eē ep̄s fm̄ se. hic ostēdit q̄lis dz eē in cōparatiōe ad multitudinē. Et p̄ ad multitudinē domestice familie. Scd̄o quo ad multitudinē ecclīe ibi. NON neophitū ⁊c̄.]Tertio quo ad multitudinē ifideliū ibi. OPORTET aūt ⁊c̄.]Itē p̄mo ondit q̄lis dz eē in cōparatiōe ad familiam domesticā. 2° rōnē hu⁹ assignat ibi. SI QVIS aūt ⁊c̄.]Itē p̄mo ostēdit q̄ ab episcopo reqrit̄ gubernatio debita familie. 2° bona instructio filioꝝ ibi. FILIOS hn̄tē ⁊c̄.]Dīc ḡ. Opz ep̄m preesse domui. i. familie sue ⁊c̄. Ut eā bn̄ gubernet. Bona aūt gubernatio nō solū est acq̄sitio diuitiaꝝ q̄a ea nō sunt finis iconomice sed instrumēta. s3 finis ei⁹ est recta vita. Ecclīci. 44. Pacificātes in domib⁹ suis. Spālr aūt in domestica familia hcipui sunt filij. Et iō dīc de eis spālr. FILIOS ⁊c̄.]idest q̄ suis filijs dnet̄ nō emollitus ex teneritudine amoris quē q̄nqz ext̄dit ad filios. Inter alia aūt q̄ requirunt̄ in filijs ep̄oꝝ quos habuerūt anq̄ essent episcopi reqrit̄ q̄ sint casti. q̄a mala eoꝝ vita eēt testimoniū ꝯ parētē ⁊ plāti. Ecclīci. 10. Scd̄m iudicē ppli sic ⁊ ministri ei⁹. ⁊ q̄lis rector ciuitatis tales ⁊ habitantes in ea. Sap. 4. Ex iniqs. n. oēs filij q nascunt̄ testes sūt neqtie aduersus parētes in interrogatione sua. Scd̄a ratio est. q̄a ad domuz episcopi concurrit populus: ideo oportet eos esse castos. Cōtra illud. 1. Reg. 2. vbi filij Hely non casti corrumpebant mulieres veniētes ad templum. vnde ⁊ Hely a dn̄o est punitus.

¶ Deinde cū dicit. SI QVIS aūt ⁊c̄.]Dicti sui rōnē assignat. Posset. n. dici. Quid ad ep̄m q̄ bn̄ regat familiā cui iminet cura cōis? Et iō dīc. SI QVIS aūt ⁊c̄.]. i. ꝓprie familie. Luc. 16. Qui fidelis ē in minimo ⁊ in maiore fidelis ē. Cōtingit tn̄ frequēter q̄ aliq nō sunt regitiui bn̄ in ꝑuis domesticis: q tn̄ bn̄ regūt in maioribus. Sz dīc. NESCIT:]vt hec nesciētia referat̄ ad negligētiā. ⁊ q ꝑua negligit de facili magna negligit. s3 q nō curat de ꝑuis aliqū bn̄ se hz in maioribus.

¶ Cōsequēter ondit q̄lr se hēat ad multitudinē ecclīe in q̄ nō dz eē nouit⁹ i fide s3 antiquus. Un̄ dīc. NON neophitū]. i. nouā fidē hn̄tē. Act. 1. Opz eligere vnum ex his q nobiscū ⁊c̄. Idē Nūeri. 11. Cōgrega mihi. 70. viros de seniorib⁹ q̄s tu nosti q̄ senes sint ppli ac magistri ⁊ duces ⁊c̄. Sz sīc dī Sap. 4. Senect⁹ venerabilis ē nō diuturna neqz nūo annoꝝ cōputata ⁊c̄. Cōtingit. n. q̄nqz q̄ in aliqb⁹ nouis supabundet gr̄a ⁊ hn̄t silr cū etate moꝝ senectutē q dispensatiue ꝓmouent̄ sicut Ambrosi⁹ diuina ispiratiōe. Un̄ h̄ qd̄ dīc h̄ ad eos ptinet q nō solū etate neophiti. s3 ⁊ qui neophiti sunt ꝑfectiōe. Et hu⁹ est rō: ne in supbiā ⁊c̄. Qn̄. n. aliqs de nouo veniēs ad fidē ⁊ ad ꝯditionē aliq̄ ꝓmouet̄: reputat se alijs meliorē. ⁊ valde necius: q̄si nisi ipse eēt. nō hēent vnde ꝓuideretur ecclesie. Et dīc. DIABOLI.]q̄a ipse ꝯdēnatus fuit ꝓp peccatum superbie.

¶ Deide cū dicit. OPORTET aūt illū ⁊c̄.]Ondit q̄lr se habeat ad multitudinē ifideliuz ⁊ ponit documēta. P̄rio vt sit bone fame. Col. 4. In sapientia ambulate ad eos q foris sūt. 1. Pe. 2. Cōuersationē v̄raz iter gen-

tes hñtes bonā τc. Et h̄ necīū ē p̄lato. q̄a ꝯuersatio to/tiꝰ ꝯgregatiōis iudicaṫ ex p̄lato. ¶ Sꝫ ꝯ .z. Cor.6. Per īfamiā τ bonā famā τc. ¶ R̄ndeo īfamia īsurgit q̄nqꝫ ex culpa eius q̄ īfamaṫ. τ hāc p̄hibet hic. q̄nqꝫ ex mali/cia detrahētiū. τ in hac opꝫ hr̄e patiētiā τ de hac loqṫ Ap̄ls ibi. Sed hic loquiṫ de assumendo in ep̄m q̄ τ si sit bonus τ infamaṫ falso oꝫ patiēter ferre. Sc̄do assi/gnat rōnez. Unde subdit. VT NON i opprobriū τc.] Ubi tangit duplex periculuz. s. ne fiat opprobriosus τ per hoc eius auctoritas minuaṫ. τ per ꝯn̄s auferaṫ au/dacia corrigēdi. Mat.7. Eyce p̄mū trabē τc. Sc̄do ne incidat τc. q̄nqꝫ. s. i͞p̄atiēter sustinēdo q̄ īfamis ꝯciteṫ ad odia τ desperet τ h̄ꝯ. Et q̄ p̄latus sit odiosus laicis ꝯtingit si negligit cultū diuine laudis. Malac.z. Irri/tum fecistis pactum leui dicit dn̄s exercituū p̄p̄ qḋ de/di vos cōtēptibiles τ humiles oībus populis.

¶ Deinde cū dicit. DIACONES τc.] Ondit ꝑtinentia ad diacones qḋ in greco idē est qḋ ministri. In p̄miti/ua. n. ecclesia solū erāt tres ordines vt dicit Dionysiꝰ: scꝫ ep̄oꝝ/p̄sbyteroꝝ/τ ministroꝝ: τ non diuidebanṫ ꝑ diuersos gradus: sed oīa erāt in vno ordine p̄p̄ pauci/tatē ministroꝝ τ p̄p̄ nouitatē ecclīe. Primo ḡ ondit q̄/les debēt esse f̄m se. Sc̄do q̄ntū ad alios ibi. MVLIE/RES τc.] Itē p̄mo ondit q̄les debēt eē. Sc̄do q̄ō exa/minādi sunt ibi. ET HI τc.] Itē p̄mo ostēdit q̄les de/bent eē q̄ntū ad coꝝ ꝓpriū corpus. Sc̄do q̄ntū ad res exteriores ibi. NON turpe τc.] Tertio q̄ntum ad alia. HABENTES τc.] Itē quātuꝫ ad corpus. Prio ostēdit quo ad totius corporis q̄litates. Sc̄do q̄ntū ad oris re/frenatiōnē. Dicit ḡ. Dico q̄ episcopi debēt eē pudici sil'r opꝫ diacones eē: q̄a ꝯtrariū pudicitie facit ineptū ad sp̄ualia. q̄a denegat aiuꝫ a sp̄ualibꝰ quē necesse ē tales hr̄e eleuatū. Esa.52. Mundamini qui fertis vasa do/mini τc. Luc.12. Sint lumbi vestri p̄cincti τc.

¶ Deinde ondit quales debēt eē in ore. Os deseruit lo/cutiōi τ gustui. Quātū ad p̄mū dicit. NON bilingues.] Eccl'ici.28. Lingua tertia multos cōmouit τ dispersit illos a gēte in gētē τc. Bilinguis est hn̄s duas linguas. Nō erūt tales diaconi ministri pacis. Quātū ad zᵐ di/cit. NON multo τc.] Prouer.23. Cui ve: cuius patri ve: cui rixe: cui fouee: cui sine cā vulnera: cui suffos/sio oculoꝝ. Nōne his q̄ cōmoranṫ i vino τ studēt cali/cibꝰ epotādis. Esa.5. Ue qui potētes estis ad biben/dū vinū τ viri fortes ad miscēdam ebrietatem.

¶ Deide cū dicit. NON turpe τc.] Ondit q̄ō se hēant ad res exteriores. Nō solū eni diuertiṫ a iusticia q̄nqꝫ p̄p̄ cupiditatē lucri: sed ēt a veritate dicētes q̄ nō opꝫ. Et ideo p̄hibeṫ eis tēporale lucrū in quo intelligiṫ oē lucrū inhonestū. ¶ Sꝫ q̄ntuꝫ ad affectionē dicit. HA/BENTES τc.] Et istruit eos. Prio q̄ntū ad fidē. Sc̄do quātū ad ꝯsciētie puritatez. Uñ dicit. MYSTERIVM fidei] nō fidē. idest nō tm̄ fidē simplicē sed intelligen/tiam eius qḋ in fide occultū est. Mysteriū. n. idez est qḋ occultū: q̄a ministri debēt scire nō tm̄ ea de fide q̄ τ p̄pl's intelligit: sꝫ τ mysteria q̄a debēt alios istruere. z. Pe.3. Parati semꝑ ad satisfactionē oī poscēti vos ra/tionem de ea que in vobis est fide τ spe τc. Item con/scientiaꝫ purā. quā impura facit in fide errare. supra p̄mo. Finis autez precepti est charitas de corde puro τ conscientia bona τ fide non ficta τc.

¶ Deide cū dic̄. ET HI p̄hibenṫ τc.] Ostēdit q̄ō exa/minenṫ. Posset. n. dicere aliqs. Puto oēs bonos: h̄. n. toꝫ esse in mea reputatiōe. Sed q̄ntū ad eoꝝ ꝓmotiōeꝫ oēs sunt examinādi. Uñ etiā ipsi examinanṫ. vñ dic̄. ET HI τc.] NVLLVM crimē] i. peccatū mortale. non aūt intēdit de pctō veniali. q̄a vt dr̄. 1. Io. 1. Si dixeri/mus: q̄a peccatuꝫ non habemus ipsi nos seducimus τ veritas in nobis non est. Nec dicit qui habuerunt: sed qui habent. i. sunt notabiles τ habent infamie crimē. Alioquin h̄ esset derogare clauibus ecclesie.

¶ Deide cū dicit. MVLIERES τc.] Ondit qual'r se ha/beant ad alios. Et p̄mo ponit suā istructionem. Sc̄do rōnē ibi. QVI eni hn̄t τc.] Circa p̄mū duo facit. q̄a pri/mo ondit q̄liter se habeāt ad vxores quas habebāt in primitiua eccl'ia. τ loquiṫ ꝓ statu illo. Sc̄do q̄ō ad fi/lios ibi. QVI filijs τc.] Iterū p̄ma in duas: q̄a p̄ osten/dit q̄les debēt eē coꝝ vxores. Sc̄do qual'r ipsi hēant se ad illas ibi. DIACONES τc.] In vxoribꝰ eoꝝ requi/rit q̄tuor. s. pudicitiā/modestiā/sobrietatē/τ fidelitatē. Dicit ḡ sil'r sicut dixi de diaconibꝰ dico de mulieribus q̄a opꝫ eas eē PVDICAS.] Eccl'ici.26. Gr̄a sup̄ gratiā mulier sancta τ pudorata. Itē MODESTAS] in lingua nō detrahētes. Eccles.10. Q̄ō si serpens mordeat i si/lētio: nihil eo minꝰ hꝫ qui detrahit τc. Itē SOBRIAS] que est maximū ornamētū mulierum. supra. z. Sil'r τ mulieres in habitu ornato cuꝫ verecūdia τ sobrietate. Itē FIDELES] vl' deo q̄ntū ad verā fidē vl' viris suis.

In vxoribus eꝑoꝝ q̄tuor ꝯditiōes debꝫ eē: pudicitia/modestia/so/brietas/fideli/tas.

Sꝫ q̄ culpa est diaconi si eius vxor est mala. R̄ndeo. Aliqs a ministerio repelliṫ nō solū ꝓpter culpā: sꝫ ēt p̄p̄ aliqḋ īpedimētū ministerij. Et iō si p̄ter culpā eoꝝ possent mulieres eē male tn̄ p̄stāt īpedimentū dupl'r. Primo q̄a cū male sunt idigent maiori cura. τ p̄ h̄ mi/nus vacarēt ecclesiasticis ministerijs. Sc̄do quia viri deprauanṫ ex vxoribꝰ. Itē eēt in p̄iculū. q̄a ministro/ruꝫ ecclīe multi freq̄ntāt domos. ¶ Dixerunt aūt ca/taphrige q̄ ex quo inter diaconos agiṫ de mulieribus. mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sꝫ sciē/dum est q̄ in iure aliq̄ mulieres aliq̄n vocanṫ diaco/nisse. nō q̄a habeāt hūc ordinē: sꝫ p̄p̄ aliqḋ ministeriū ecclīe. sicut in greco diciṫ diaconus quilibꝫ minister.

Diaconi ex malis vxori/bus debēt re/pelli a mini/sterio.

Opio illoꝝ q̄ dixerunt mu/lieres ordiari ad sacros or/dines.

¶ Diaconi sint vnius vxoris mariti: q̄ liberis re/cte presint: τ ꝓprijs familijs. Nam q̄ bene mini/strauerint: gradū sibi bonuꝫ acq̄rūt: τ multam li/bertatē in fide: q̄ est in Chr̄o Iesu. Hec tibi scri/bo: sperans fore: vt veniaꝫ ad te cito: qḋ si tardiꝰ venero: vt noris q̄ō oporteat in domo dei ver/sari: q̄ est ecclesia dei viuētis: colūna τ stabilimē/tuꝫ veritatis. Et citra ꝯtrouersiā magnū ē pieta/tis mysteriū. Deꝰ manifestatꝰ ē in carne: iustifica/tus est in sp̄ū: visus est in angelis: p̄dicatꝰ ē gēti/bus: fides illi habita ē in mūdo: receptꝰ ē i gl'ia.

¶ Diacones sint vniꝰ vxoris viri: qui filijs suis bn̄ p̄sint: τ suis domibꝰ. Qui. n. bn̄ mi/nistrauerint: gradū bonū sibi acq̄rēt τ mul/tā fiduciā in fide q̄ est in Chr̄o Iesu. Hec tibi scribo filij Thimothee: sperās me ve/nire ad te cito. Si autez tardauero: vt scias q̄ō oporteat te in domo dei ꝯuersari q̄ est eccl'ia dei viui. colūna τ firmamētū verita/tis. Et manifeste magnū est pietatis sacra/mētū qḋ manifestatuꝫ ē in carne: iustifica/tuꝫ est in spiritu apparuit angelis: predica/tum est gentibus: creditum est in mundo: assomptum est in gloria. Lec. III.

Supra ostēdit Apl's q̄les debēt eē diacones ⁊ eorū vxores hic ondit quō diaconisse hēant ad vxores ⁊ ad filios ⁊ familiā. Et p̄ ponit documētū. Scdo ei⁹ rōnē ibi. QVI. n. bn̄ rč.] Dicit ḡ. Dixi q̄ mulieres diaconoꝝ sint pudice. Et si in vxorib⁹ est pudicitia hn̄da pp eos amplius in ipsis est nec̄ia vt sint oīno a ɔtactu mulierū imunes. Sꝫ q̄a fm h̄ pauci eēnt ministri ɔcedit q̄ saltē SINT vni⁹ vxoris viri.] q̄a habuisse ples ē signū icōtinētie: ⁊ ɔ significationeꝫ sacri. Et idē est q̄ dn̄s istituit matrimoniū vnius ad vnā. Unde ⁊ prima vxor benedicitur non secunda.

Deide mouet qualr̄ se habeant ad filios dicēs. QVI filijs suis bn̄ p̄sunt] .s. bn̄ erudiēdo ī disciplina bona ⁊ bona vita. Eccli'ci. 7. Filij tibi sūt erudi illos rč.

Cōseq̄nter hortaẗ eos bn̄ p̄esse ⁊ toti domui .i. familie .s. cū māsuetudie. Eccli'ci. 4. Noli eē sič leo ī domo tua rč. Et hui⁹ ponit rōnē dicens. QVI. n. rč.] .q.d. Qd̄ regris ab ep̄is rōnabile ē. q̄a ipsi sūt p̄elati. Sꝫ q̄re a diacono q̄ ē minister. R̄ndet dicēs. QVI. n. rč.] Et primo ondit q̄ bon⁹ vsus hui⁹ ministerij ē via ad maiorē dignitatē. Scdo ēt q̄ est via ad vitā eternā. Quātū ad p̄mū dič. QVI. n. bn̄ ministrauerint] exercēdo officiū diaconi. Qd̄. n. ē in greco diacon⁹ in latino dī minister. GRADVM bonū sibi acq̄rēt] .i. p̄moueri mereñ ad gradū altiorē. Mat. 25. Quia ī pauca fuisti fidelis sup multa te ɔstituā rč. Et dič BONVM.] q̄a supra codē. Qui ep̄atū desiderat bonū opus desiderat. Nec tn̄ in h̄ est coꝝ finis: sꝫ cū h̄ remunerationem hn̄t a deo. Jo. 12. Volo vt vbi ego sum illic sit ⁊ minister meus. Et iō dič. MVLTAM fiduciā] .s. augīlij g̃re in p̄ñti: ⁊ glorie in futuro. ⁊ hoc PER fidē Chr̄i] .2. Coꝝ. 3. Fiduciā talē hēm⁹ rč. Esa. 12. Fiducialr̄ agā ⁊ nō timebo.

Deide cum dicit. HEC tibi scribo rč.] Ponit rōnem oīuꝫ p̄dictaꝝ monitionū. Et p̄ excludit cāꝫ opinatā. 2° astruit verā ibi. SI AVTEM rč.] 3° assignat rōneꝫ ibi. QVE est eccl'ia rč.] Circa p̄m̄ sciēdū est q̄ posset Thimotheus credere q̄ ex quo scripsit decetero eū nō visurus eēt. al's sup̄fluū videreẗ eū lr̄is monere. Et ideo dič. HOC scripsi tibi rč.] Et nōiat eū filiū. q̄a sibi charissim⁹ erat. 1. Coꝝ. 4. Ideo misi ad vos Thimotheū qui ē filius me⁹ charissimus rč. Et dič SPERANS.] q̄si nō certus. 2. Jo. Plura hn̄s vobis scribere nolui p̄ chartā ⁊ attramētū. spero eni me futuꝝ apud vos ⁊ os ad os loq rč. Scribo igiẗ lꝫ speꝫ habeā. q̄a spes in lōgum ptrahi pōt. Prouer. 16. Hoīs est p̄parare aīam ⁊ dn̄i linguā gubernare rč. Et iō dič. SI AVTEM tardauero rč.] .1. Thes. 2. Sed sathanas impediuit nos. Ego igitur scribo vt si tardauero scias quomodo oporteat te in domo dei ɔuersari. p̄s. Habitare facit vnius moris in domo rč.

Deide cū dicit. QVE est eccl'ia rč.] Assignat rōnem q̄re sit sic ɔuersandū ī ea. Et assignat rōnē hui⁹ cāe q̄ ē duplx̄. Prio cōmēdādo ipsaꝫ eccl'iaꝫ. 2° v̄itatē eccl'ie ibi. ET MANIFESTE rč.] Circa p̄mū duo facit. q̄a p̄ cōmēdat eccl'iā ex p̄te eius cui⁹ est eccl'ia 2° ex v̄itatē ipsius eccl'ie ibi. COLVMNA rč.] Ex p̄te eius cui⁹ est eccl'ia q̄a ē dei viui. Eccl'ia q̄si adunatio. q̄a in eccl'ia ē adunatio fideliū. Ro. 8. Quos vocauit rč. Et adunāẗ in deū. Jo. 17. Ut ⁊ ipsi in nobis sint vnū rč. Et iō dič que ē DEI.] Et addit VIVI.] ad dis̄tōnē alioꝝ deoꝝ ad quos ɔgregant̄ gētes. Naꝫ hi sunt mortui. sꝫ de⁹ ecclesie ē viuus. Jo. 5. Sič p̄r hꝫ vitā in semetipo rč. Est ergo sic in ea ɔuersandū vt sp̄ualr̄ viuam⁹. p̄s. Domū tuā dn̄e decet sanctitudo rč. Scdo rō ē ex veritate ecclesie. Nāle ē. n. hoī vt desideret cognitioneꝫ veritatis

Eccl'ia .i. adunatio.

cū sit p̄fectio itell's. Un̄ Aug. dič q̄ btitudo ē finis hominis q̄ nihil aliō ē q̄ꝫ gaudium de veritate. Hoc inq̄rūt phis p̄ creaturas. Ro. 1. Sꝫ in h̄ vacillabant. q̄a nō hēbāt certitudinē v̄itatis. tum q̄a erāt corrupti erroribus suis. q̄a vix iueniẗ apd̄ eos q̄ in v̄itate ɔcordēt. Sꝫ in eccl'ia ē firma cognitio ⁊ veritas. Un̄ dicit. COLVMNA.] Eccli'ci. 24. Thron⁹ me⁹ ī colūna nub rč. Eccli'ci. 26. Colūne auree rč. Et dī AVREA.] q̄a in se scīā. ET FIRMAMENTVM] .s. q̄tū ad alios. quia nō possunt firmari in veritate nisi per ecclesie sacramenta. Luc. 22. Tu aliquādo ɔuersus cōfirma rč. p̄s. Ego ɔfirmaui colūnas eius. Si igitur ecclesia cōgregat in deo ⁊ dat cognitionē veritatis debemus eē in ea.

Deide cū dič. ET MANIFESTE rč.] Cōmendat caput eccl'ie. Et p̄ Chr̄iꝫ ad cui⁹ māifestationeꝫ appuit. 2° de ei⁹ exaltatiōe agit ibi. ASSVMPTVS rč.] Cōmendat āt Chr̄iꝫ 2r̄. p̄ q̄tū ad nāꝫ diuāꝫ. 2° q̄tū ad humanā ibi. QVOD manifestatus ē rč.] Dič ḡ. ET MANIFESTE rč.] Quia sacr̄m idē ē qd̄ sacrū secretū. Nihil aūt tā secretū q̄ꝫ id qd̄ in corde gerim⁹. Multo ḡ mag̃ qd̄ in cor dei ⁊ secretū ē ⁊ sacrū. 1. Coꝝ. 2. Que sūnt dei nemo nouit nisi sp̄us dei rč. Esa. 24. Secretū meum mihi secretū meū mihi. Esa. 45. Tu es de⁹ abscōdit⁹. Et h̄ ē v̄bū dei ī corde p̄ris. p̄s. Eructauit cor meū verbū bonū rč. Hoc siq̄deꝫ sacr̄m ē sacr̄m pietatis. secretū aūt hoīs aliq̄n ē vanū. p̄s. Dn̄s scit cogitationes hominū q̄m vane sūt. Inq̄tū ḡ ē restauratiuū mundi est pietas. Itē magnū q̄a ē verus de⁹ cui⁹ magnitudis nō ē finis. Hoc ḡ secretū qd̄ latet ī corde p̄ris factum ē hō. Et iō describit ipꝫ. Scdo q̄tū ad nām hūanā rč. Et p̄ q̄tū ad carnē. 2° q̄tū ad aīaꝫ. Q̄tū ad p̄m̄ dič. QVOD manifestatū ē ī carne.] Sič v̄bū qd̄ latet ī corde māifestaẗ v̄bo sensibili. ita v̄bū dei ī corde dei latebat. sꝫ in carne māifestatū. Jo. 1. Verbū caro factū ē rč. Q̄tū ad aīaꝫ dič. IVSTIFICATVM ē ī sp̄ū.] Hoc 2r̄ exponiẗ. Prio ne credaẗ q̄ caro p̄us sit ɔcepta dič q̄ non. q̄a IN SPIRITV] .i. p̄ sp̄m̄ scm̄ ɔcept⁹ est. Mat. 1. Qd̄ eni ex ea natū ē de sp̄ū scō ē. Et Luc. 1. Qd̄. n. ex te nasceẗ vocabiẗ fili⁹ dei. Et h̄ q̄a sp̄ūsc̄ūs superueniet in te rč. Ut IN SPIRITV scō] hūano p̄ q̄ Jo. 19. Emisit sp̄m̄. Et sic ē māifestatū ī carne qd̄ n̄ ē cū sp̄ū. Et dico SPIRITV iustificato] .s. q̄a iustus ē absq̄ oī macula.

Deide cum dič. APPARVIT rč.] Ondit ei⁹ manifestationē. ⁊ p̄mo factā angelis. 2° hoīb⁹ ibi PREDICATVM rč.] Dič ḡ. sacr̄m illud qd̄ appuit rč. excludit ēt cognitionē angeloꝝ rč. Illud aūt dī appere qd̄ in potestate sua hꝫ videri ⁊ nō videri: ⁊ non subest p̄tāti vidētis. Un̄ nō dī lapis appet mihi: sꝫ video lapidē. Si ḡ angelus ī sua nā hr̄et q̄ videret v̄bū. nō diceret verbū appere sibi: sꝫ q̄ ipse videret cuꝫ vellet. Et iō dicit Apl's q̄ APPARVIT angelis] q̄a non in sua nā viderūt ipm̄. Et veꝝ ē q̄ a p̄n⁹ appuit angelis q̄n ex ɔuersiōe ad se deificauit ipsos: sꝫ q̄n ē icarnatū multa mysteria inotuerūt angelis q̄ nō cognouerāt antea. Et iō dič Beda q̄ ī natiuitate appuit angelis claritas q̄ nō antea in v̄itate visa ē hoīb⁹. Et h̄ 2r̄. Prio q̄tū ad ministeriū Apl'oꝝ. Scdo q̄tū ad cognitionē p̄ploꝝ quibus māifestaẗ. Olīꝫ siq̄dē solis iudeis māifestabaẗ. sꝫ nūc in gētib⁹. Et iō dič. PREDICATVM ē gētibus.] Mat. vlti⁹. Eūtes ḡ docete oēs gētes rč. p̄s. Annūciate inter gētes gl'iam ei⁹ rč. Et h̄ efficaciter. QVIA creditum est mūdo.] Et h̄ dn̄s orabat Jo. 17. Et h̄ maxime mirū est q̄ p̄ simplices pauperes ⁊ ipotētes tot⁹ mūdus est cōuersus. 1. Coꝝ. 1. Non multi sapientes rč. Et hoc vt non glorieẗ ois caro rč. Secūdo manifestat q̄ sola

Appare rč.

sola

sola veritas dei hoc facit: quia ASSVMPTVM est in gloria] Christus.s.quia manifestatus assumptus est in celis. Mar. vlti°. Dñs quidē Jesus postquā locutus ē eis assumptus est in celum ⁊c̄. Phil. 2. Et ois lingua confiteat: quia dñs nr̄ Jesus Christus in gloria est Dei pris. Cap. IIII.

2.Tim.3. 2.Pet.3. Jude.1. Spiritus autē certo loquit: quod in posterioribus temporibus discedent quidam a fide: attēdentes spiritibus impostoribus: ac doctrinis demonioꝝ: per simulatione falsiloquoꝝ: cauterio notatā hn̄tium conscientiā: phibētiū 9bere matrimoniū iubentium abstinere a cibis: quos deus creauit ad sumēdum cum gratiaꝝ actione fidelibus: ⁊ his qui cognouerunt veritatē: quod quicquid creauit deus bonū sit: ⁊ nihil

Eccl.39. reijciēdum si cū gratiaꝝ actiōe sumat. Sanctificat enim per sermonē dei ac precationē.

Spiritus autē manifeste dicit: quia in nouissimis tēporibus discedent quidam a fide attēdentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demonioꝝ in hypocrisi: loquētium mēdacium ⁊ cauteriatam hn̄tium suā 9sciam: phibētium nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cū gratiaꝝ actiōe fidelibus: ⁊ his qui cognouerunt veritatē. Quia ois creatura dei bona est ⁊ nihil reijciēdum quod cum gratiaꝝ actione percipit. Sanctificat enim per verbum dei ⁊ orationem.

Superius instruxit Timotheum de pertinentibus ad ordinationē ecclesie in spūalibus. Scdo quantum ad documēta fidei: cultum dei ⁊ dispōnem ministerioꝝ: hic instruit eū de ordinatiōe ecclie quātum ad exteriora. Et primo quātum ad cibos. Scdo quātum ad status hoium ⁊ diuitias. ibi. QVICVNQVE sub iugo ⁊c̄.] Item primo agit de vsu ciboꝝ. Scdo de dispensatione ciboꝝ. 5. cap. ibi. VIDVAS honora ⁊c̄.] Itē primo excludit superstitiosā abstinētiā. Scdo prefert pietatem abstinētie licite. ibi. EXERCE TE ⁊c̄.] Itē primo prenunciat falsā doctrinā de illicita abstinentia. Scdo instruit eū hec preponere fratribus. ibi. HEC pponens ⁊c̄.] Itē primo errorē manifestat. Secundo excludit ipsum. ibi. QVOS DEVS ⁊c̄.] Itē primo prenunciat errorē futurū ex parte deceptoꝝ. Secūdo ex parte decipiētium. ibi. IN HYPOCRISI ⁊c̄.] Item ponit actorē denunciationis. Scdo fidei defectū. ibi. QVIA in nouissimis ⁊c̄.] Tertio causā defectus. ibi. ATTENDENTES ⁊c̄.] Dicit ergo. Magnū est pietatis sacramētum quod iustificatū est in spiritu: sed supra hoc sacramētum spiritussanctus aliquid pnunciat futurum. Ad eū enim ptinet reuelare mysteria. 1ª Cor. 14. ⁊ Joā. 16. Que ventura sunt annūciabit vobis. Spūs ergo pnunciat in corde futura. Sed olim loquebat in similitudinibus. Nume. 12°. Si quis fuerit inter vos ppheta dñi in visione apparebo ei vel per somnū loquar ad illū. Osee. 12°. Ego visionē multiplicaui ⁊ in manu pphetarū assimilatus sum ⁊c̄. Sed in nouo testamēto spūssanctus manifeste dicit. Joā. 16. Et palam de patre meo annunciabo vobis. Et pnunciat defectū fidei futurum. Unde dicit. IN NOVISSIMIS tēporibus ⁊c̄.] Nouissimum tēpus dicit vltima etas: quia nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Tn̄ in hoc tēpe tanto amplius nouissimū est: quanto magis ppinquū nouissime diei. Et sicut in primitiua ecclia ppter ppinquitatē ad Christum: ⁊ sacramēta instituta fuit feruētissima fides: sic in nouissimis tēporibus in cōparatiōe ad tēpus Aploꝝ recedent a fide: quia carnales erunt: sed magis in fine abūdabunt errores. Gen. 49. Congregamini vt annūciem que ventura sunt vobis nouissimis diebus ⁊c̄. Causa defectus est duplex. Una ex parte diaboli seducētis. scdo Cor. 11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua ⁊c̄. Et ideo dicit. ATTENDENTES spiritibus erroris] .s. demonibus quoꝝ est officium in errorē mittere. Joā. 8. Mendax est ⁊ pr eius ⁊c̄. 3. Reg. vlti. Egrediar ⁊ ero spūs mendax ⁊c̄. Et dicit SPIRITIBVS] quia demon maior multos hz ministros. Sed quō attendent eis? Nunquid eos videbūt? Non: sed loquet in eis. Et ideo addit scdam cām .s. falsam doctrinā. Et fm Glosam dicit hic falsos doctores demones: nec immerito. Sicut enim boni hoies interdū dicunt angeli: sic isti ppter excellentē maliciā demones dicunt. Jo. 6. Nōne .n. duodecim vos elegi ⁊ ex vobis vnus est diabolus. ¶ Ex parte decipiētium est duplex cā. Una eoꝝ falsitas. Alia peruersitas 9scie eoꝝ. Quātū ad primū dicit. DEMONIORVM] .i. hoium a demone possessoꝝ: ⁊ hoꝝ dico loquentium mendaciū. Iere. 23°. Usquequo istud est in corde pphetarū vaticinātium mendaciū ⁊ pphetātium seductiones cordis sui. Et nota quod per mendacium simplex absque pallio apparētie nō posset aliquis decipe quēpiā. Et ita hi neminē possent fallere: nisi ptenderent aliquod pallium vel bone intētionis vel simulationis vel false auctoritatis. 1ª Corinth. 3°. Nemo vos seducat ⁊c̄. scdo Timo. 3°. Habētes quidem spēm pietatis .i. fictā pietatē. ET DEMONIORVM] .i. eoꝝ habētium CONSCIENTIAM cauteriçatā.] Cauterium est corruptio in carne per ignē ex qua egredit continue putredo. Ita ex igne peruerse voluntatis ire odij ⁊ 9cupiscētie vlcerat 9sciētia ⁊ demonioꝝ egredit falsa doctrina. Titum. 1. Coinquinate sunt eoꝝ mentes.

¶ Deinde ostendit que sit ista falsa doctrina: ⁊ tangit heresim manicheoꝝ: qui dānant matrimoniū. Cōtra illud. Mat. 19°. Quos deus cōiunxit hō non separet. 1ª Cor. 7. Mulier nō peccat si nubat. Item manichei prohibent vsum ciboꝝ .i. mandant abstinere a cibis. Abstinere aūt a cibis pōt quis licite intētione domandi carnē: sicut Timotheus abstinebat a vino: vel pp scandalum: sicut dicit Aplus. 1ª Corin. 8. Si esca scādaliçat fratrē meū nō manducabo carnes in eternum. Itē illicite. Uno mō ppter legis pceptū: quasi legalia adhuc essent seruāda. cōtra quod loqt ad Galathas. 2. Alio mō fm heresim manicheoꝝ: nō quia phibitū lege quā dānant: sed quia dicūt quod in carnibus ouis ⁊ vino: ⁊ hm̄i .s. in aliqua talium particula diuina natura est cōmixta: quod non pōt de deo putari. Non videt autē hoc dicere de legalibus: quia dicit in nouissimis diebus: sed de manicheis. Et istos demones vocat: quia inter oēs hereses plus dant diabolo de honore: quia ponunt eum pncipium ex equo cū deo bono: ponētes eum pncipiū visibilium. Improbat aūt Aplus hanc erroneā doctrinā dupliciter. Primo ex intentione dei creantis cibos. Secundo ex conditione creature. ibi. OMNIS CREATVRA ⁊c̄.] Dicit ergo quod prohibent abstinere: ⁊ hoc contra intentionem dei qui creauit eos ad percipiendum. Gen. 1. ⁊ 9. Sicut olera virētia dedi vobis oia ⁊c̄. Sed dicis. Nunquid plante pp aialia ⁊ herbe pp hoies? Et ideo dōm est quod

Cauteriū qd

sic sm et Phm in primo pol. qa imperfectu ordinat ad perfectius. Et io sicut i gnatioe e multiplex pfectio. primo s. plantarum: deinde aialium: et ultio humana: ita i usu rex. Et ideo AD PERCIPIENDUM] sed CUM gratiarum actioe. j. ps Thes. ult. In oibus gras agite: qa s. concessa sunt vobis a deo. ps. Edent pauperes rc. Sed illi qui percipiunt cum grarum actione sunt fideles. Nullus. n. pot gratias agere deo in eo qd licitu est. Stultus enim est qui agit gratias de fornicatione deo: qa deus non est actor malorum. Ergo ille gratias agit qui habet hoc q visus ciborum sit licitus. Et hoc quidem innotescit per fide solam. Et ideo dicit fidelibus.

¶ Deinde cu dicit. QUI noverunt.] Quia ois rc. Improbat errore ex pditioe creature. Et primo pponit creaturas ee bona sz se. Scdo qntu ad usum. Dicit g. OMNIS creatura e bona] s. in sua na. Gen. 1. Vidit de cuncta que fecerat et erat valde bona rc. A bono etiam actore nihil est nisi bonu. Sed qa multa sunt i se bona: quorum tn usus no e bon: ideo pbat oem creatura esse bona no solum in se: sz et qntu ad usum. Et primo ponit intentum. Scdo pbat. ibi. SANCTIFICATUR enim rc.] Dic g. Nihil reyciedum est. s. ex debito divine legis: Quis ex alia ca sic: sicut venenu comedere: inquantu tale no est pecti: sz reyciedum e inquantum est mortiferu. Sitr nec aly cibi inquantum res tales sunt: no sunt reyciedi: sz inquantum incitat ad lasciuia. Ergo sm discretione ronis et ordinatione charitatis no sunt reyciedi. Math. 15. Omne qd intrat in os no coinquinat hoiem rc. Quare g aliqui cibi in veteri lege sunt phibiti. Augustin ponit rones contra Faustu: qa in illorum statu no solum p vba: sz et per facta pfigurat est chrs. Et io in cibis vestib et sacrificiis fuerut figure. Et tunc i stat. Non g phibent sz se: sz qa immundorum figure sunt: sicut potius est signum imunde vite. Et io phibitio carnis ei e signu q i lege Chri e phibita ois immunditia. Et e exemplum Augustini. Hoc nome fatuus pot psiderari: sm q e vox coposita ex lris: et sic e bona: vel inquatu signu et significatius talis rei: et sic mala est et phibita. Ois ergo creature visus sm se e bon. Cuius ro est: qa si esset malus h no posset ee nisi inquantum diabolus post pctm hois accepisset ptate sup eos: qa ex quo ho peccavit accepit i hoiem ptatem et corum q sunt ei. Sz p Chrm e ablata hec ptas et hec vocat scificatio. Un oia qcuq bndicim exorcizant prio ubi e oio expellens diabolum. Et ideo dicit. SANCTIFICATUR. n. p vbu dei] s. per Chrm q oes sanctificat. Jo. 17. Et PER ORATIONEM] fidelium. Jaco. ult. Multu valet deprecatio iusti assidua.

¶ De his: si comonefeceris fres: bon eris minister Jesu chri: enutritus in sermonibus fidei: boneque doctrine: qua vsque sequutus es. Ceterum pphanas et aniles fabulas reijce: quin potius exerce temetipsum ad pietate. Nam corporalis exercitatio paululum hz vtilitatis: at pietas ad oia vtilis est: vt que pmissiones habeat vite pntis ac future. Indubitatus sermo dignusque: qui oibus modis approbet. Nas in hoc et laboram: et probris afficimur: q spem fixam habeam in deo vivete: qui est servator oium hoium: maxie fideliu. 2. Thi. 2.

¶ Hec pponens fratrib bonus eris minister Chri iesu: enutrit vbis fidei et bone doctrine qua assecutus es. Ineptas aute et aniles fabulas devita. Exerce aut teipsum ad pietate. Nam corporalis exercitatio ad modicu vtilis est. Pietas aut ad oia vtilis est: pmissione habes vite que nuc est et future. Fidelis sermo et oi acceptioe dign. In hoc. n. laboramus et maledicimur: qa speramus in deu vivu qui e salvator oium hoium: maxime fidelium. Lec. II.

Supra reprobavit supstitiosas ciborum abstinetias: hic mandat Timotheo vt doctrinas premissas pponat fidelib. Et primo ostedit qd oz pponere. Scdo qd oz vitare. ibi. INEPTAS aut rc.] Proponit ergo duas rones quare oz pponere pmissa. Unam ex comisso sibi officio. Scdam ex eius educatioe. Dicit g. Hoc qd dixi supra. s. q ois creatura e bona: et q nihil reyciedum est rc. PROPONENS rc.] Timothe. n. constitut erat i offo ministery chri: qa oes hntes offm pdicadi et regedi pstituut ministri chri. p Cor. 4. Sic nos existimet ho vt ministros Chri rc. Ille aut est bonus minister qui seqt intetione dni sui. Chris aut h docuit. Mat. 15. Nihil qd intrat in os coinquinat rc. Et io hoc offm reqrit illud. Ite ipsa educatio h reqrit. Prouer. 22. Adolescens iuxta viam sua et cu senuerit no recedet ab ea rc. Et io incoveniens e q aliq nutritu veritate doctrine recedat ab ei veritate. Un recedes a doctrina qua eccla suos parvulos instruit no e bonus minister Chri. Et io dic. ENUTRITUS vbis fidei rc.] Verbu enim dei est spuale nutrimetum quo sustentat aia: sicut corp p cibu. Deu. 8. No in solo pane vivit ho: sz in oi vbo qd pcedit de ore dei rc. Hoc vbum fidei instruit primo circa credenda: et sic dicit. ENUTRITUS vbis fidei.] Scdo circa agenda: et sic dicit. Un subiungit. ET BONE doctrine.] Vel fidei vbu qua et simplices hnt et bone doctrine qua spuales magistri.

¶ Deinde cu dicit. INEPTAS rc.] Ondit qd vitadu sit. QUIA fabule inepte et inanes.] Fabula. n. sm Phm e coposita ex miris: et fuerut in prn invete: vt dicit Phs in poetria: qa intetio hoium erat vt iducerent ad acgrendum virtutes et vitadum vitia. Simplices aut meli inducunt repntationib q ronibus. Un in miro hnt representatio vel delectatio: qa ro delectat in collatione. Et sicut repntatio in factis e delectabilis: ita repntatio in vbis: et h est fabula. s. dicere aliqua et repntando monere volens ad aliqd. Sed antiqui habebant aliquas fabulas accomodatas aliqb veris qui veritates occultabat in fabulis. Duo g sunt in fabula: q. s. contineat verum sensum: et repntet aliqd vtile. Ite q pveniat illi veritati. Si g pponat fabula que no pot repntare aliqua veritate est inanis: sz que no pprie repntat est inepta sicut fabule de Thalmuth. Thalmuth e fabula inepta.

¶ Deinde cu dicit. EXERCE TE rc.] Exclusa supstitiosa abstinetia: hic coparat abstinentia virtuosam alys virtutib. Et sciedum e q iste Timothe erat ho valde abstinens. Un dicit ifra. 5. Et modico vino vtar: et forte vt sit sollicit de his q ad miam ptinet: qa q no parcunt sibi frequeter nec alys parcut. Et io inducit eum vt pietate pferat abstinetie. Et p idicit eu ad pietatem. Scdo prefert ea abstinentie. ibi. NAM CORPORALIS rc.] Tertio pfirmat quodda dictu. ibi. PROMISSIONEM rc.] Quarto dat forma docedi pietate. ibi. PRECIPE HEC rc.] Dicit ergo. EXERCE teipsum ad pietate.] Pietas est p qua paretib patrieque benivole officium ipendimus: sicut religio per qua cultum debitum deo exhibem. Pietas. n. iportat quada affectio-

nem ad suũ pñm. Principium aũt gñationis est pr̃ ⁊ pa tria. Et iõ opȝ ꝙ hõ circa eos sit beniuolus. Pater aũt oĩuȝ ẽ deꝰ. Malach. i. Si ego pr̃ vbi ẽ honor meꝰ. Et ideo nomẽ pietatis est deriuatũ ad cultuȝ dei: vt dicit Augu. 4° de ciuitate dei. Vñ Eusebia ẽ idẽ qd̃ pietas. Job. 28. Ecce pietas ipsa ẽ sapiẽtia ſm aliã trãslatio nem vbi nr̃a hic hȝ. Ecce timor dñi ipsa ẽ sapiẽtia ⁊c̃. Titũ. i. In agnitione veritatis q̃ est ſm pietatẽ. Sed q̃tũ ad terrenã pietatẽ cõpetit pietati vt hõ sit beni uolus cõpatriotis: ſȝ q̃tũ ad chr̃ianã pietatẽ reqrĩ vt hõ oĩbus hoĩbꝰ sit beniuolus: qɑ oẽs sumus eiusdẽ pa tris. Et iõ pietas sumiĩ pro mĩa. Cũ ḡ dicit. EXERCE teipsuȝ ad pietatẽ.] põt accipi ſm ꝙ ptinet ad cultum dei ⁊ ad opa mĩe exhibẽda. Glo. ad pietatẽ .i. ad cultuȝ oĩpotẽtis dei ⁊ opa misericordie. Et dicit. EXERCE.] nõ fac: qɑ exercitium dicit promptitudinẽ: ⁊ hoc ideo qɑ exercitatus facit leuius / delectabilius / ⁊ stabilius. Prouer. 24. Diligenter exerce agrum tuum.

Deinde cũ dicit. NAM corporalis ⁊c̃.] Prefert eam abstinẽtie. Et p̃mo oñdit ad qd valet exercitatio cor poralis. Scdo ad qd pietas. ibi. PIETAS aũt ⁊c̃.] Cor poralis exercitatio ieiuniũ ⁊ hmõi in sua nã nõ sunt bõa: ſȝ penalia: ⁊ si hõ nõ peccasset nihil hoꝝ fuisset: ſȝ sunt bona medicinalia. Sicut. n. reuberbaꝝ ẽ bonũ iquãtũ releuat a cholera: sic ⁊ ista inquãtuȝ cõprimunt cõ cupiscẽtias. ḡ ad istud MODICVM sunt vtilia.] p̃me Cor. 9°. Castigo corpus meuȝ ⁊ in seruitutẽ redigo ⁊c̃. Col. 3. Mortificate mẽbra vr̃a que sunt sup terraȝ ⁊c̃. Et ideo si hõ esset in statu in quo nõ posset peccare nõ indigeret ieiunio ⁊ hmõi. Vñ Chrisostomꝰ sup Math. Venit Jesus ⁊c̃. dicit Joãnes purus hõ indigebat me dicina ieiunij. Chr̃s deꝰ erat ⁊ nõ purus hõ: ⁊ ideo hmõi nõ idigebat. Ergo AD MODICVM vtilis est] qɑ tm̃ ad morbũ pcĩ carnalis nõ sp̃ualis: qɑ aliqñ pp abstinentiã hõ iracũdiã inanẽ gl̃iaȝ ⁊ hmõi incurrit.

Deinde cuȝ dicit. PIETAS aũt ⁊c̃.] Prefert abstinẽ tie pietatem ⁊ accipiĩ hic vtroqȝ mõ .s. pro cultu dei ⁊ mĩa ⁊ est ad oĩa vtilis: qɑ ad oĩa pctã delenda. Eccl. 3. Ignẽ ardẽtem extinguit aqua: ⁊ elymosyna resistit peccatis. Itẽ ad bona pmouẽda. Eccl. 17°. Elemosyna hoĩs q̃si sacculus ⁊c̃. Itẽ pmerenĩ spãlẽȝ dei mĩaȝ. Math. 5°. Beati misericordes: qm̃ ipsi mĩaȝ cõsequenĩ. Et iõ ad hoc designãduȝ dñs Mat. 25°. Specialr̃ cõmemorat opera misericordie qd̃ pbat subdens. PROMISSIO NEM habẽs ⁊c̃.] In p̃ceptis. n. decalogi vnũ soluȝ in uenĩ: qd̃ ptinet ad pietatẽ .s. honorare pr̃es ⁊ matres: ⁊ sub illo cõtinenĩ oĩa p̃cepta ad q̃cũqȝ bñficiũ ipen denduȝ p̃ximo: ⁊ h̃ ẽ soluȝ p̃ceptũ iter ea q̃ ad p̃mã est habẽs pmissionẽ .s. vt sis longeuus ⁊c̃. Exo. 20. Et Ap̃ls hic iterpretaĩ longeuus ſm vitã pn̄tẽ ⁊ futurã. Vñ dicit. VITE que nũc ẽ ⁊ future.] Prouer. 3°. Lon gitudo dierũ in dextera eiꝰ. Sed tunc est qõ: qɑ aliqñ inueniĩ aliqs pietatem sequẽs: qui tñ nõ est longeuus. Rñdeo sicut dicit Ph̃s hec bona tẽporalia intantuȝ sunt bona inquãtuȝ vtilia ad felicitatẽ. Vñ si qɑ hẽret satis de tẽporalibꝰ ꝙ pp ipsa ipediren a bono virtutis ⁊ felicitatis: h̃ nõ esset sibi ad bonã fortunã: ſȝ ad ma laȝ: vt dr̃. 10. Ethicoꝝ. Et longitudo vite ẽ vnũ de tẽpo ralibꝰ intantũ bonũ inquãtuȝ coadiuuat ad virtuteȝ. Aliqñ aũt est occasio ad peccãduȝ: ⁊ iõ deꝰ aliqñ sub trahit eã homini: nõ qɑ deficiat a pmissione: ſȝ qɑ dat qd̃ meliꝰ est. Sap. 4. Raptꝰ ẽ ne malitia imutaret cor eiꝰ ⁊c̃. Alia est qõ: qɑ Ap̃ls p̃fert pietatẽ corpali exercitationi: qɑ hȝ spem vite pn̄tis ⁊ future. Sȝ nunqd cor poralis exercitatio nõ hȝ spem: alr̃ ieiunãs non mere reĩ vitã eternã. Rñdeo qñ due virtutes sunt ⁊ vna cõ tinet aliã: illud qd̃ ẽ superioris virtutis p se cõpetit ei: per accidẽs aũt inferiori: virtꝰ aũt cui cõpetit p se me reri vitaȝ eternã est charitas: cuiꝰ pprius ⁊ imediatus effectꝰ est pietas. Et iõ ſm ppriã rõnẽ attingit ad me rendaȝ vitã eternã: abstinẽtia aũt nõ: nisi iquãtũ ordi naĩ ad charitatẽ ⁊ pietatẽ: qɑ si ieiunans nõ refert hoc ad dilectionẽ dei nõ mereĩ vitaȝ eternã. Tertia qd̃ ẽ: qɑ dicit hic Ambrosius in glo. Oĩs summa discipline chr̃iane in mĩa ⁊ pietate ẽ quã aliqs sequẽs si lubricuȝ carnis patiaĩ sine dubio vapulabit: nõ tñ pibit. Vbi p̃mo ẽ dubiũ de p̃ma eiꝰ pte: qɑ mĩa ⁊ pietas imediate ordinanĩ ad charitatẽ in q̃ ẽ summa chr̃iane religio nis. Rñdeo quorũdaȝ fuit opio sicut Augu. dicit de cio de ciuitate dei: ꝙ exercẽtes pietatis operã quãtũcũqȝ faciant pctã carnalia finalr̃ nõ pereũt eternalr̃. Et ad hoc ẽ auctoritas ista. Itẽ qd̃ haben Mat. 25°. Vbi dã nandis solũ iproperat defectũ mĩe. Ergo debeĩ pena eterna soluȝ imisericordibꝰ. Augustinꝰ aũt dicit cõtra: qɑ Ap̃ls dicit qui talia agũt regnũ dei ⁊c̃. Quãtũcũqȝ enim exerciteĩ qɑ in mĩa si in morte est in pctõ mortali nõ intrabit in regnũ. Ad opposita dõm ẽ ꝙ nõ est mi sericors qui sibi nõ misereĩ. ſm illud Eccl. 30. Mise rere aĩe tue placẽs deo. Et h̃ vt hõ cõiũgaĩ deo p amo reȝ: alr̃ nõ ẽ misericors. Ad illõ euãgelij rñdet Augu. ꝙ nõ quicũqȝ peccat detrudiĩ in ifernũ statim: qɑ re manet ei locus pñie: ſȝ ille detrudiĩ q finalr̃ moriĩ in pctõ ⁊ ptinet pñia ad mĩaȝ. Sed qd dicit lubricũ ⁊c̃. Rñdeo dõȝ est ꝙ logĩ de lubrico mortali. Et ꝙ dicit nõ peribit: ſȝ h̃ nõ sit ex cõdigno: tñ est ex cõgruo in quãtuȝ disponiĩ animꝰ ad bonũ. Dñs ẽt post lapsum hoiem reparat. Et h̃ p̃cipue vr̃ eẽ in pietate: qɑ homo bñfaciẽdo alijs inducit alios ad orandũ pro se ⁊ dñs donat aliqñ veniaȝ pctõꝝ ibꝰ precibꝰ sanctoꝝ inquãtũ impetraĩ eis venia peccatoꝝ ⁊ donũ gratie: qɑ homo põt mereri ex congruo alteri p̃mam gratiaȝ: alr̃ pro nihilo oraret ecclesia pro peccatoribus.

